GRAMMATICI LATINI

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

VOL. IV

PROBI DONATI SERVII

QVI FERVNTVR

DE ARTE GRAMMATICA LIBRI

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

NOTARVM LATERCVLI

EX RECENSIONE

THEODORI MOMMSENI



Acc. 2562

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLXIV

PROBI DONATI SERVII

QVI FERVNTVR

DE ARTE GRAMMATICA LIBRI

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

NOTARVM LATERCVLI

EX RECENSIONE

THEODORI MOMMSENI

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLXIV

4-II A
5914
c45469564

LIPSIAE TYPIS B. G. TEVBNERI.

FRIDERICO AVGVSTO ECKSTEIN

SOCERO SVO

D.

HENRICVS KEIL

PRAEFATIO

Inter scriptores artis grammaticae praeter Priscianum in primis clara fuerunt Probi Donati Servii et Sergii nomina, quorum libri hoc quarto grammaticorum volumine editi sunt. nunc quoniam non solum quibus rationibus in illis edendis usus sim explicandum, sed etiam de ipsis libris, quos edidi, dicendum est, cum multa quae huc pertinent non unius libri propria sed communia plurium sint, hoc loco de iis rebus disserere visum est. itaque primum de iis quae Probi nomine inscripta feruntur dicam, deinde de arte Donati, postremo de Servii vel Sergii libris. nam de notarum laterculis, quos Theodorus Mommsenus me rogante a se recensitos cum magno litterarum commodo in hoc volumen recipi voluit, satis ab ipso dictum est.

I DE CODICIBVS ET EDITIONIBVS PROBI

Probi de arte grammatica libri qui supersunt maximam partem Bobiensibus codicibus debentur, quos circa annum millesimum quingentesimum Ianum Parrhasium tractavisse in praefatione primi voluminis dixi. et catholicon quidem liber et is qui est de ultimis syllabis ad Caelestinum scriptus, qui ipse quoque olim Probi nomine inscriptus ferebatur, uno codice Vindobonensi 16 ad nostram aetatem propagatus est. hunc olim Bobiensem fuisse inscriptio in prima pagina posita, 'liber sancti Columbani de Bobio', indicat. eundem inter codices anno 1493 Bobii repertos enumeravit Raphael Volaterranus commentar. urban. l. IV f. LVI ed. Roman. a. 1506, 'Probi Catholica'.*) accurate eum descripsit Endlicherus

*) Tres codices Probi Bobii extitisse testatur index librorum Bobiensium decimo saeculo scriptus apud Muratorium antiq. Ital. III p. 820, 'libros Valerii Probi tres'. e quibus codicibus unus videtur fuisse is de quo supra dictum est; de altero item nunc Vindobonensi postea dicetur; tertium suspicari possumus continuisse commentarium in Vergilii bucolica et georgica, quem ex Bobiensi codice editum esse constat.

cod. philolog. Latin. bibl. Palat. Vindobon. p. 215 sqq. cod. 322, qui codicem octavo vel nono saeculo scriptum esse dicit; rectius, ut videtur, septimo vel ineunti octavo tribuerunt idem Endlicherus et Eichenfeldius analect. gramm. (Vindobonae a. 1837) praef. p. I sqq. nam et scripturae genere similis esse dicitur codici Neapolitano Charisii, et utrumque librum eodem fere tempore scriptum esse indicare videntur membranae rescriptae antiquissimi codicis Lucani, quarum partem in Vindobonensi libro, partem in Neapolitano inventam esse docuit Eichenfeldius in ephemeridibus annalium Vindobonensium (a. 1824) vol. 26 p. 20 sqq. de iis libris quos dixi quaedam accuratius mihi indicavit Ioannes Vahlenus. hi igitur in codice scripti sunt ita, f. 76 *PRAEFATIO* | *Accipe nostra* (p. 219) — f. 95* *abstulit ensis* (p. 264) | *DE CATHOLICIS PROBI* | *Quoniam instituta artium* (p. 3) — f. 110 *praeteriti* | *FINIT DE CATHOLICIS PROBI* | *(ARS SERVI GRAM' EXPLICIT)* | *FELICITER* (40, 13) et dimidia fere paginae parte, quae restabat, vacua relicta f. 110* *de participio temporis praeteriti Quoniam de pedibus* (40, 15) — f. 111* *delectare FELICITER ARS PROBI* | *GRAMMATICI URBIS* | *EXPLICIT CATHOLICA* (43, 10) | *Theodosius macrobius* — CYΛω ΛaC II (anal. gramm. Vindob. p. 194) | *Item alio modo — ex trisyllabo et isdem* (43, 11—13).

Ex hoc codice saeculo quinto decimo exeunte vel sexto decimo ineunte descripti sunt duo, qui nunc Neapoli in regia bibliotheca servantur, alter Borbonicus IV A 11, quem descripsit Cataldus Ianellius in catalogo bibliothecae musei Borbonici p. 9, alter Borbonicus IV A 17 apud Ianellium l. c. p. 13, quorum prior librum de ultimis syllabis cum aliis grammaticis Bobii inventis, posterior et hunc et catholicon librum continet. utrumque olim Iani Parrhasii fuisse, in posteriore Parrhasium argumenta rerum quae tractantur in margine adscripsisse, 'quin universum fortasse manu sua iuveni adhuc scripsisse' indicat Ianellius: cf. anal. gramm. Vindob. praef. p. XV. praeter hos unum superesse novi codicem, in quo quaedam ex catholicis Probi excerpta extant, Parisinum 7520 ex diversis membranarum fasciculis compositum. in prima enim codicis parte excerpta Probi saeculo undecimo, ut mihi videbatur, scripta leguntur ita, f. 1 *ARS PROBI DE ULTIMIS SYLLABIS CUIUS DECLINATIONIS UEL UBI Praepositiones locorum quattuor uulgo seruantur ex. in. ad. ab. audio. audiebam. audeo audebam. Nunc de catholicis nominum uerborumque rationibus doceamus* (p. 3) — f. 9 *Sexta forma senaria est in numero singulari primam regit sola in plurali nulla ut nullum nulle nullo* (37, 7). sequuntur Alcuini de philosophia et Bedae de schematibus libri.

Atque haec quidem de libris manu scriptis. editi autem sunt Probi libri primum a Iano Parrhasio, qui librum de ultimis syllabis

ad Caelestinum ita inscriptum, 'Probi grammatici instituta artium ad Caelestinum', una cum aliorum grammaticorum libris edidit Mediolani a. 1504, deinde et instituta artium, quae dixerat, magis emendata et catholica cum libro Frontonis de differentiis et Phocae de aspiratione Vicetiae a. 1509 edidit.*) Parrhasium autem codicem Bobiensem, nunc Vindobonensem, expressisse non solum in praefatione

*) Mediolanensis editionis hic est titulus, 'Hoc in volumine continentur auctores Infra scripti. Probi instituta artium Maximi Victorini de quantitate syllabarum Donati prima ars Seruius ad Albinum de naturis ultimarum Sergius in artem Donati primam. Attilius Fortunatianus de metris Horatianis Donatiani generis eiusdem fragmentum Item Caesii Bassi Terentianus Beda', et in fine libri 'Impressum Mediolani per Ioannem Angelum Scinzenzeler sub impensis Ioannis Iacobi et Fratrum de Lignano. Anno Domini MCCCCCIIII. Die. II. Decembris'. praemissa est epistula Parrhasii ad M. Antonium Cusanum Mediolanensem patricium, in qua de scriptoribus a se editis haec scribit, 'Ea propter accuratissimi grammatici Probi instituta artium (Sic enim libro titulum fecit) quaeque Maximus Victorinus et alii: quorum subieci nomina: paris argumenti commentaria scripserunt: ad te misi. cum Caesii Bassi de Metris Horatianis opusculo: uetustatis iniuria mutilato. quod accidere necesse fuit: et eorum (quos dixi) plaerisque. quippe quorum uix e media Bibliothecarum strage: quam geticus dedit furor: unicum quod extabat exemplar: erutum sit. auxilio Patris Amplissimi Stephani Poncherii luteciae parisiorum pontificis: indulgentissimique mei patroni'. Vicetina editio ita inscripta est, 'In hoc codice continentur: instituta artium Probique Catholica: Cor. que Frontonis de nominum verborumque differentiis: et Phocae grammatici de flatili nota atque de aspiratione libellus aureolus: Ab .A. Iano Parrhasio nuper inuenta: ac nunc primum edita', et in fine libri 'Expliciunt Instituta artium et Catholica Probi Corneliique Frontonis De nominum uerborumque differentiis unicus et aureus libellus. Itemque Phocae grammatici de aspiratione praeceptio nondum publicata. Veicetiae XII. Februarii. M. D. IX. Per Henricum et Ioannem Mariam eius .F. Librarios'. praemissa est epistula Parrhasii ad Senatum Veicetinum, in qua de Probo haec scribit, 'Quanta apud antiquos Valerii Probi fuerit auctoritas .A. Gellius in noctibus Atticis: Aeliusque Donatus indicat et Seruius honoratus: ac (siquid inter hos habet loci) Priscianus: qui testimoniis eius ut oraculis utuntur. Is inter alia monimenta frugiferi sui laboris: Instituta artium reliquit et Catholica: quae rationem totius emendati sermonis amplectuntur. Ea sexcentis et amplius abhinc annis in altissimo puluere iacuerunt incognita: donec a situ Georgius primum Merula uindicauit in usum tantummodo suum. Mox eo defuncto: quidam proprii iuris exemplaria fecerant. Indignumque uidebatur ambitioni paucorum seruire quae latinae linguae diligentissimus indagator: in hominum lucubrarat utilitatem. Quare nos iisdem: quibus ante Merula: uestigiis ad interceptae praedae cubile deducti libros aetate iam putres exscripsimus: Incredile: quanto labore propter obsoletas ueterum literarum notas: et iam temporis iniuria uanescentium. Sed ne quod in aliis accusamus imitari uidear haec edere constitui Probi manibus ingratum fore non ratus: si (cui scripta sunt) ingenua studiosaque iuuentus inde proficiat'. ceterum quod editores Vindobonenses analect. gramm. praef. p. XIV Probi catholica typis Vdalrici Scinzenzeler a Galbiato edita esse dixerunt, errore propter Terentiani editionem commisso factum esse videtur. nam descripta quidem esse catholica a Galbiato, ut ederentur, litteris Sfortiae in editione Tereu-

Vicetinae editionis ipse indicavit, cum se Georgii Merulae vestigia secutum codicem vetustissimum exscripsisse dicit (nam Merulam Bobienses codices tractavisse constat), sed etiam conlatis editis exemplaribus cum Vindobonensi libro plane elucet. nam ita haec cum libro manu scripto consentiunt, ut pauca vel neglegentius expressa vel consilio editoris mutata esse adpareat. in catholicis autem quamquam plura quam in priore libro mutata sunt, tamen alio Probi codice non usus est Parrhasius, sicut existimaverunt analectorum grammaticorum editores Vindobonenses praef. p. XVII, sed ea quae sine librorum manu scriptorum ope invenire non potuit ex codice Claudii Sacerdotis, quem ipsum quoque Bobii inventum habebat, petita sunt: cf. p. 34, 7 sqq. quare ne nomen quidem auctoris, quod Parrhasius libro ad Caelestinum inscripsit, ex manu scripto libro petere potuit, sed sua coniectura ductus ex ipso Bobiensi codice confecit. nam cum in eo codice hunc librum nullo auctoris nomine inscriptum catholica Probi excipiant, ex primis catholicorum verbis, *quoniam instituta artium sufficienter tractavimus, nunc de catholicis nominum verborumque rationibus doceamus,* conclusit haec ipsa quae proxime antecedunt esse Probi instituta artium. atque illud ipsum videtur indicare voluisse in praefatione prioris editionis his verbis, 'Probi instituta artium (sic enim libro titulum fecit)'. alteram Parrhasii editionem secuti sunt quicumque sexto decimo saeculo hos libros ediderunt, paucis quidem mutatis, sed non adhibito libro manu scripto. sed in plurimis exemplaribus unus institutorum liber, quem dicebant, exhibitus est, cuius has extare novi editiones, Parisinam Ioannis Parvi a. 1510, Mediolanensem Angeli Scinzenzeleri a. 1513, Coloniensem Eucharii Cervicorni a. 1517, Venetam Ioannis Tacuini a. 1519, Venetam Caesaris Arrivabeni a. 1522, Marpurgensem a. 1530. instituta et catholica Parisiis apud Ascensium a. 1516 edita sunt.

Postea communi institutionum grammaticarum nomine inposito utrumque librum coniunxit Putschius, qui librum ad Caelestinum ita inscripsit, 'M. Valerii Probi grammaticarum institutionum liber I', catholica ita, 'M. Valerii Probi grammaticarum institutionum liber II qui est de catholicis nominum et verborum'. sed is cum plerumque alteram Parrhasii editionem expresserit, tum Bongarsiano codice se usum esse dicit, 'ex codice M. S. cuius variantes submisit Iac. Bongarsius, multa restituta sunt'. nec tamen integrum codicem habuit Putschius, sed quaecumque ille novavit, quae ingenio tribui non possunt, in prima parte catholicorum inveniuntur, eaque cum Paritiani a Galbiato facta exhibitis constat (cf. vol. I praef. p. VIII); sed typis expressam esse editionem non novi, neque eam in indice editionum Probi ipsi Vindobonenses l. c. p. XVIII posuerunt.

sinis excerptis ita consentiunt, ut dubitari nequeat quin vel ex hoc ipso libro vel ex prorsus simili Bongarsiana illa petita sint: cf. p. 17, 4. 7, 5 sqq. Putschii rationem retinuit Fridericus Lindemannus, qui utrumque librum ad fidem codicis Vindobonensis a se conlati in primo volumine grammaticorum Latinorum edidit. huius excerpta, quae cum reliquis Lindemanni schedis ad me adlata erant, ipse in edendis his libris secutus sum. nam ipsum codicem non vidi. quamquam autem facile concedo Lindemannum minus diligenter, quam fieri debebat, scripturam manu scripti codicis indicavisse, tamen quae ab illo omissa sunt non tam gravia esse videbantur in hoc praesertim librorum genere, ut denuo codicem excutiendum esse existimarem. sed Lindemannum in editione interdum suis schedis neglegentius usum esse inveni. quo factum est ut non nulla aliter, atque ab illo factum erat, a me indicarentur. praeterea ex Parisino codice pauca adscripsi. nam quae eo continentur non solum neglegentissime ab homine inperito ex Probi libro excerpta et in conpendium redacta, sed etiam tam vitiose scripta sunt, ut exiguam omnino utilitatem praebeant. denique ex editis exemplaribus, quorum nulla est auctoritas ad scripturam constituendam, ea quae digna esse memoria videbantur adposita sunt.

Post catholica Probi posui instituta artium vel artem minorem, ut antea dicebatur. quem librum Angelus Maius class. auct. vol. V p. 153 sqq. anno 1833 ex codice Vaticano non addito nomine auctoris primus edidit. de codice autem, quem expressit, haec scripsit in praefatione p. XXXIV, 'quamquam multi in vaticana bibliotheca sunt valde prisci grammaticorum latinorum codices, nullus tamen ad illum accedit, ex quo anonymum grammaticum sumpsimus: est enim ultimae prorsus antiquitatis *χειμήλιον*, litteris partim quadratis scriptum in membrana pertenui ac laevigata, cum priscis emendationibus, quae partim in oris codicis, partim in corpore ipso fiunt; non mediocre sane volumen in 4., foliis constans 289, seu paginis 577. — codex enim ad sextum septimumve Christi saeculum referri debet.' hunc codicem igitur ita expressit editor, ut pauca, quae in codice corrupta essent, corrigeret, plura neglegentia transcribendi corrumperet. nam accuratiorem eiusdem codicis notitiam mihi praebuit apographum in schedis Lindemanni inventum. in quo quamvis nihil indicatum sit de libro manu scripto, ex quo factum est apographum, tamen non dubito quin ex Vaticano codice descriptum sit. nam non solum scriptura cum Romana editione consentit, sed etiam numerus paginarum, quae in margine apographi indicatae sunt, idem est, quem in codice esse Maius dicit. est autem ab Italo homine, siquid ex forma litterarum concludere licet, satis accurate, ut videtur, ex vetere codice descriptum. nam et ea

quae in margine codicis adscripta vel versibus interposita erant diligenter indicavit, et pauca quaedam, quae primum in transcribendo omiserat, codice iterum conlato addidit. ad Lindemannum unde schedae adlatae sint, mihi non constat, sed Niebuhrio intercedente eum accepisse suspicor. Vaticano codice, si fides habenda est Maio, omnium antiquissimo aliquanto recentior est Vindobonensis 17 in catalogo Endlicheri p. 214 sqq. et in praefatione analectorum grammaticorum Vindobonensium p. VII sqq. descriptus. ex hoc enim codice adhibitis praeterea duobus Parisinis liber magis emendatus et Probi nomine inscriptus paucis annis post Maii editionem iterum editus est in analectis grammaticis Vindobonae a. 1837. Vindobonensis igitur codex, olim Bobiensis, scriptus esse dicitur octavo vel nono saeculo. in eo Probi liber, is de quo nunc dicimus, primo quaternione membranarum amisso legitur f. 17 *rimus syllabas accipit* (p. 71, 28) — f. 49 *de uerbo quantum ratio poscebat tractauimus UTERE FELIX LAPPADI MERCURI SCRIPTOR CUM PATRONIS GAUDE* (p. 192). ex Parisinis autem codicibus alter 7494 nono saeculo scriptus est, in quo Probi liber post artem grammaticam Diomedis legitur f. 124—218 *INCIPIT TRACTATUS PROBI GRAMMATICI.* de hoc uberius dictum est in praefatione primi voluminis p. XXIX sqq. alter 7519 chartaceus quinto decimo saeculo scriptus solum Probi librum continet, *Probi Grammatici de octo orationis membris ars Minor Δe Voce. Vox siue sonus — de uerbo quantum ratio poscebat tractauimus. finis.* utriusque autem codicis scriptura, quam editio Vindobonensis exhibuit, cum Vaticano codice ita consentit, ut vix dubitari possit quin ex hoc ipso ducti sint Parisini. quod quamquam scio nisi omni librorum scriptura inter se conlata certo demonstrari non posse, tamen pauca exempla, quae infra scripsi, ad rem probandam idonea esse confido, in quibus Vaticanum R, Parisinum veterem P, recentem A litteris significavi: 141, 2 *debent esse potiora*] *debenese potiorum* R *de bene se potiorem* PA; 144, 30 *et subiunctam pondus posse soni sustinere*] *et subiunctam pondus possessioni sustinere* RP *subiicere et subiectam et ponis passonis sustinere* A; 149, 24 *ad casum suum*] *ad suum usum* RPA; 158, 16 *deficiunt*] *definiunt* R *definiuntur* PA. 144, 4 *quinctiam composita* in extrema pagina codicis R librarius omisit, unde idem defectus ad PA propagatus est. atque in his quidem omnibus Bobiensis codex veram scripturam servavit. in aliis locis quaedam, quae in margine codicis R adscripta sunt, Parisini in continuitatem verborum receperunt: 118, 38 *quae plerosin patiantur*] *quae plerosis patiantur* adscripta in margine interpretatione *plenitudinem* R *quae plenitudinem patiantur* A *quae leprosis patiantur* P. 74, 22 *pluralis et communis: singularis*] *pluralis et communis de numeris tribus necessaria ratio sin-*

gularis P; 125, 29 *Sallustius vas aut vestimentum*] *salustius necessaria et difficilis ratio vasa aut vestimentum* P: utroque loco quae in codice Parisino prave interposita sunt R in margine adscripta praebuit. item 87, 30 *de e* R adscriptis in margine his, *ablativus casus quando e producta quando correpta terminatur,* quae pro *de e* recepit P. Bobiensem quoque codicem ad stirpem Vaticani prope accedere eique ita similem esse repperi, ut utrumque librum ex eodem archetypo diligentius ab eo qui Vaticanum descripsit, minus diligenter a Bobiensi librario expresso ductum esse veri simile sit. nam in summa scripturae similitudine tamen in Bobiensi codice alia brevitatis studio in conpendium redacta sunt, alia arbitrio librarii mutata. quo fit ut pauca, quae in Vaticano codice corrupta sunt, emendatiora exhibeat Bobiensis.

Praeter hos libros, de quibus dixi, duo Neapolitani a Ianellio indicati sunt catal. biblioth. mus. Borbon. p. 12, Borbonicus IV A 15 chartaceus saeculo quinto decimo vel sexto decimo scriptus, qui olim Iani Parrhasii fuit, et Borbonicus IV A 16 chartaceus sexto decimo saeculo scriptus. hos vel ex Bobiensi tum, cum integer erat, vel ex Vaticano descriptos esse probabile est. Parrhasii autem libro usus esse videtur Pierius Valerianus, qui in castigationibus Vergilianis Romae a. 1521 editis ex arte Probi (nam ita librum inscripserat Parrhasius) non nulla attulit.

Ex his quae de libris manu scriptis exposita sunt satis adparet in nova editione primum locum tribuendum fuisse apographo codicis Vaticani (R). itaque huius potissimum scripturam exhibui. a qua siquando Romana editio ex eodem libro minus accurate expressa discrepat, editi exemplaris scripturam r littera indicavi; consentientem utriusque exemplaris scripturam communi R litterae signo contineri volui. ex Bobiensi codice, cuius scripturam ex Vindobonensi editione petitam B littera indicavi, ea quae vel rectius quam in R scripta sunt vel aliquo modo memorabilia esse videbantur adscripsi. sed de eius scriptura quo certius constaret, etiam si nihil adnotaverunt editores Vindobonenses, quoniam hunc maxime illi secuti sunt, interdum editionis Vindobonensis scriptura pro libro manu scripto exhibenda fuit. denique ex Parisinis codicibus pauca, quae coniecturae loco habenda sunt, adnotavi. omnino autem ne in Vaticano quidem codice illud secutus sum, ut plane integra scripturae discrepantia exhibita quidquid librarius peccavisset cum pulvisculo exhaurirem. nam nec ipse liber tam religiosa opera, quae aliis scriptoribus iure inpenditur, dignus esse videbatur, et quaedam per se satis levia tam aperte corrupta erant, ut memoriam vitiorum longius propagare inutile videretur. accedit quod magna pars eorum quae librarii peccaverunt non tam errori scribendi quam vitio pronuntia-

tionis tribuenda est. in quo genere cum suae aetatis usum in veteres scriptores transferrent, tum in iis libris, in quibus vel propter recentiorem ipsius auctoris aetatem vel propter vilitatem argumenti minor erat vetustatis reverentia, plus sibi sumpsisse videntur. nunc quoniam haec librariorum neglegentia, ut nullam vim habet ad pristinam scripturam constituendam, ita ad cognoscendum morem extremae aetatis non inutilis est, ea quae maxime memorabilia visa sunt hoc loco conponere placuit, praesertim cum in non nullis librariorum peccatis eadem sermonis pravitas, quam grammaticus notavit, adpareat. plurima autem eius generis exempla in Bobiensi codice inveniuntur; pauciora etiam Vaticanus praebuit.

Itaque propter similitudinem soni saepe *o* littera pro *u* scripta est in B, *nomerus, somus* pro *sumus, comolant, commoto* pro *commuto, torcolar, oscolor, singolorum, copolotiva, costodio, gerondi, corror* 156, 37, *notritor* 176, 1, *doobus* 122, 25; contra *u* pro *o, dinuscuntur cognuscitur* et similia, *numen* pro *nomen, numinativus, lucutio, insulens, furma, custus* 92, 20, *praeturio* 120, 32 sqq.; *sonus* pro *sonos* saepe exhibet R, *sonu* pro *sono* 72, 18, *cumparo* 150, 8. ad eandem causam revocandum est, quod *e* et *i* litterae saepissime in B permutatae sunt: *e* pro *i* posita, *accepit accedit recepere* pro *accipit accidit recipere, Cercenses, Cecero, Certe* pro *Cirtae* 155, 16, *trigenta, quadragenta, pertenere, retenere, indecativus, indegent* 78, 3; 20, *redegi* pro *redigi* 181, 7 *credete* 145, 19, *feducia* 145, 22, *termenare, menus* 161, 40, *nomenibus* 72, 39, *mexturam* 137, 12, *genetore* 83, 6, *extrensecus intrensecus, senapi* 98, 36, *seccat* 129, 10. quod vitium etiam ad declinationem verborum pertinuit in his, *fuessem fuesses* etc. B 174, 8, *rapueremus rapueretis* B 172, 13, *docebemini* B 166, 10, *scripseretis* R 168, 17. contra *i* pro *e* scriptum habet B in talibus, *criscunt, calisco, facisso, pertimiscendum, possissiva, quatinus, Dioclitiane* 119, 26, *docis* pro *doces* 164, 14, *doceris docerit* pro *doceres doceret* 165, 9, *fuissis* 170, 11, *beneficisti* R 146, 11. simili neglegentiae videtur tribuendum esse, quod in tertia coniugatione producta *ie* pro *i* longa saepius praebet B, ut *nutrierem nutrieres* 175, 22, raro R, *nutriebimini nutriebuntur* pro *nutribimini nutribuntur* 176, 24. *uus* pro *us* longa in nominibus quartae declinationis maxime in plurali numero v. *casus* saepissime exhibet R, contra *qus* pro *quus* vel in R vel in B vel in utroque saepe scriptum est, ut *equs* 108, 24. denique interdum vocales, quae vulgo iam minus audiebantur, omissae sunt, ut *stinc* pro *istinc* R 152, 32; 154, 21, *vaplo* pro *vapulo* B 156, 37, *numri* pro *numeri* B 80, 3. in consonantibus permutatio litterarum *b* et *v* in utroque codice tam late patet, ut in multis vocabulis nullo discrimine modo mollior modo durior pronuntiatio a librariis expressa sit, ut *declinavitur, tractavimus* pro *tractabimus, exhiveri, duvium, nuvium, immovilis, plevi*

pro *plebi*, *velua* pro *belua*, *verva* pro *verba*, *vos* pro *bos;* et contra *genetibus*, *conparatibus*, *brebis*, *berba* pro *verba*, *bocatio*, *malibolus*, *labant* pro *lavant*, *bobis* pro *vobis*. sed talia quidem usu librariorum trita esse constat. nec magis a communi usu recedit inconstantia in litteris *b* vel *p* et *d* vel *t* adhibendis, vel siquando *c* et *g* vel *c* et *q* litterae minus constanter positae sunt, ut *opago* pro *opaco* B 128, 6, *intecros* pro *integros* B 163, 35, *condam* pro *quondam* B 152, 33, *supervaque promisqua* R. magis memorabile videtur illud, quod interdum consonantes, cum propter tenuitatem soni vulgo iam in pronuntiando vix audirentur, in scribendo omissae sunt. maxime illud valuit in *m* littera in fine vocabulorum tam saepe in B omissa, ut vitiosam potius pronuntiationem expressam, quam errorem commissum esse adpareat, quod saepissime accidit in accusativis nominum, quorum pauca ponam exempla, *ad forma* 75, 38 et 78, 31, *propter ratione* 104, 5 et 181, 9, *alia specie designant* 120, 5, *ante u littera* 107, 32, *post u littera* 107, 38, *per x littera* 126, 36, *signeque* pro *segnemque* 81, 5. quare mirum non est eandem *m* litteram interdum falso additam esse, ut *litteram* pro *littera*, *ultimam* pro *ultima* et similia saepe habet B, *de accentum* RB 138, 23. neque alienum ab hoc genere esse videtur *ambos* pro *avos* R 127, 31. interdum etiam in *s* littera in fine vocabulorum omissa eadem soni tenuitas in B deprehenditur, ut *specie* pro *species*, *orationi* pro *orationis* 145, 10, *deponenti* pro *deponentis* 157, 4, *tempori* pro *temporis* 187, 2, *litteri* pro *litteris* 183, 22. denique ex simili soni tenuitate videtur profectum esse, quod *n* littera licentius vel addita vel omissa est, ut *iuguntur* pro *iunguntur* R 118, 32, *istiti* pro *institi* B 163', 46, *extresecus* pro *extrinsecus* B 137, 13, *hunc* pro *huc* B 154, 37, *coniungatione* et *coniungationes* R 158, 18. *b* littera in verbo *probo* saepius omissa est in B, ut *proantur* pro *probantur* 124, 20; item *l* littera, *sava* pro *salva* B 164, 1.

Appendix Probi et excerpta de nomine ex codice olim Bobiensi, nunc Vindobonensi 17, de quo supra dictum est, primum edita sunt in analectis grammaticis Vindobonae a. 1837. appendicem autem dixerunt editores propterea, quod ea quae hoc nomine inscripserunt artem Probi in libro manu scripto excipiunt, f. 49 *Nomina appellativa* (p. 193) — f. 52 *fungantur FELICITER* (p. 204). ex his aliqua pars eorum quae de differentiis scripta sunt legitur etiam in codice Montepessulano 306 saeculo nono scripto f. 68 *INCIPIUNT DIFFERENTIAE PROBI UALERII. Inter austrum et ostrum* (199, 18) — f. 68 *delectat demonstrat EXPLICIT ARS PROBI DEO GRATIAS AMEN* (201, 10). hunc igitur librum praeter Vindobonensem editionem, ex qua scripturam codicis Bobiensis petivi, adhibui. excerpta autem de nomine in eodem codice (nam falso in indice siglorum Vindobonensem 16 scriptum esse video) leguntur ante

artem Probi f. 8 *INCIPIT UALERII PROBI DE NOMINE Nominatiuus finitur* (p. 207) — f. 10* *suo ordine dicetur* (p. 216). hunc commentarium, diu antequam ederetur, legit Hieronymus Columna, qui versum Lucilii 209, 10 inde primus edidit in Enn. fragm. p. 179 (Neapoli a. 1590). usus est autem libro Bobiensi tum, cum Neapoli in bibliotheca Carbonaria servabatur: cf. Enn. fragm. p. 101 et 234. praeterea Franciscum Poggium librum aliquem Probi habuisse testatur Franciscus Barbarus, qui in epistula ad Poggium data Venetiis a. 1417 (Fabric. biblioth. Lat. vol. II p. 262 ed. Ern., A. W. Zumpt in Cic. orat. pro Muren. praef. p. XXXVII) inter veteres scriptores a Poggio repertos Probum grammaticum refert, 'tu Tertullianum, tu Marcum Fabium Quintilianum, tu Q. Asconium Pedianum, tu Lucretium, Silium Italicum, Marcellinum, tu Manilium astronomicum, L. Septim. Valerium Flaccum, tu Caprum, Eutychium, Probum, grammaticos, tu complures alios Bartholomaeo collega tuo adiutore vel fato functos vita donastis vel longo, ut aiunt postliminio in Latium reduxistis'. illud autem ad quem librum Probi referendum sit nescio. nam Bobienses certe libros Poggium non tractavisse certum est.

II DE PROBI LIBRIS DE ARTE GRAMMATICA

Postquam Ianus Parrhasius catholica et instituta, quae quidem ille dixerat, edidit, non dubitaverunt viri docti nobilissimo grammatico M. Valerio Probo Berytio, sicut ipsi Parrhasio visum erat, haec tribuere. artem quoque illam, quae nostra demum aetate edita est, Probo tribuerat Parrhasius, qui haec in Neapolitano codice adscripsit, sicut refert Ianellius catal. biblioth. mus. Borbon. p. 12, 'Hoc opus esse Probi constat ex Sergio grammatico, qui de nominum differentiis agens in Commentario, quod in editionem Donati secundam scripsit (430, 37); Senior, inquit, ut Probus dicit, tamen generis masculini est, hoc autem legitur hoc libello pag. 9' (61, 3). sed accuratius huius grammatici ratione perspecta cum hos libros, quales nunc habemus, non potuisse ab illo scribi intellectum esset, duos statuerunt fuisse eiusdem nominis grammaticos, quorum alterum Berytium a Neronis fere aetate ad Domitiani imperium vitam produxisse constat, alterum quarto post Christum natum saeculo vixisse voluerunt. copiose de iuniore illo Probo, quem dicunt, primus disputavit Osannus symbol. litter. vol. II p. 166 sqq. post hunc Lerschius ephem. antiq. a. 1843 n. 79 et 80 ita utrumque distinxit, ut veterem illum grammaticum scriptoribus edendis et adnotandis operam dedisse, iuniorem arti scribendae intentum fuisse diceret. et huic quidem solam artem et excerpta de nomine danda existimavit, reliqua a Probi nomine omnino aliena esse voluit. horum sententiam reliqui, qui post

eos de Probo scripserunt, ita secuti sunt, ut, quamvis non omnia quae ab illis proposita erant probarent, tamen de recentiore illo artigrapho omnes consentirent. et prudentior sane haec sententia est, quam illa priorum opinio, qui hos esse genuinos veteris grammatici libros sibi persuaserant. sed tamen illud de iuniore quodam Probo, cui haec omnia quae de arte grammatica scripta hoc nomine feruntur tribuenda essent, non magis mihi videtur a veritate abesse.

Nam siquae in hac re veterum grammaticorum auctoritas est, Priscianus certe, cum multa ex catholicis, pauca etiam ex institutis artium adscripto Probi nomine adferret, his omnibus ita usus est, ut non discerneret ab iis quae antiquiores auctores secutus ex aliis Probi libris, qui nunc non extant et Berytio grammatico haud dubie tribuuntur, adscripsit. et catholica quidem citavit his locis, qui vel certo vel satis probabiliter ad eos catholicorum locos quos indicavi referendi sunt, vol. I p. 162, 9 *acus, unde aculeus diminutivum teste Probo* et 259, 17 *diminutio tamen a masculino fit aculeus teste Probo:* 20, 27. 218, 22 *quod autem Graecum est hoc nomen* (cassis) *ostendit etiam Probus in libro qui est de catholicis nominum:* 28, 23. 236, 12 *Publipor Publiporis et Marcipor Marciporis (sic Probus; ita enim antiqui pro Publii puer et Marci puer dicebant), quae o non producunt in obliquis casibus, 'unus constitit in agro Lucano gnarus loci nomine Publipor': Sallustius in* III *historiarum hoc protulit:* 16, 18. 238, 5 *satur — quod a Probo praetermissum doctissime attendit noster praeceptor Theoctistus:* 17, 18. 241, 8 *hic et haec et hoc inquies quoque inquietis, quod quamvis in nominativo e correptam habeat, ut Probo videtur, in genetivo tamen eandem producit secundum genetivum quies quietis principalis* et 242, 20 *nam inquies, cuius extremam corripi dicit Probus, inquietis declinatur:* 18, 16. 242, 1 *Probus tamen inter correpta haec* (a pede conposita) *ponit:* 26, 15. 249, 19 *quidam, ut Probus, pubes puberis, quidam puber puberis:* 19, 32. 250, 17 *Probus autem et Caesar hoc pollen pollinis declinaverunt:* 9, 11. 257, 10 *mustus quoque musti excipit Probus:* 30, 8. 319, 22 *hic et haec et hoc insons, quod solum teste Probo o ante ns habet correptam, et eius simplex sons sontis:* 6, 12 et 28, 26. 320, 24 *scrobs huius scrobis: sic alii, sed Probus nominativum protulit similem genetivo: quod Plautus masculino genere profert in Amphitrione 'ibi scrobes effodito tu plus sexagenos in dies':* 20, 3. 469, 13 *nexo quoque nexas vel nexis, ut Probo placet, nexui:* 39, 26. 485, 19 *tergeo tersi, quod Probus et Charisius et Celsus et Diomedes conprobant:* 34, 17; 38, 21. 491, 13 *sorbeo vel etiam sorbo, ut Probo placet, sorpsi vel sorbui:* 38, 6. 503, 16 *nam unguo Nisus quidem et Papirianus et Probus tam ungui quam unxi dicunt facere praeteritum:* 37, 15. 535, 14 *quaeso quaesi, Probus tamen quaesivi dicit:* 39, 19. ex institutis autem haec petita sunt, vol. I p. 31, 1 *n transit in m*

sequentibus b vel m vel p auctore Plinio et Papiriano et Probo, ut imbibo: 150, 6. 213, 12 *Probus etiam alius alia aliud inter nomina posuit* et 283, 7 *aliud: hoc enim nomen esse et Probus in institutis artium ostendit et ratio ipsa, de qua in pronomine latius tractabimus. ostendit autem Probus his verbis, 'hoc unum nomen tantum, id est alius, quam maxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri singularis sic anomale confirmatum sit declinari, hic alius huius alius huic alii:'* 105, 23. 301, 14 *Probo tamen et quibusdam aliis artium scriptoribus et o Penthee et o Tydee et Ilionee posse dici secundum Latinam analogiam placet:* 103, 14. contra alios Probi libros, qui nunc non extant, citavit his locis, quos quidem ad Berytium grammaticum pertinere vel coniunctus cum Probi nomine Caper vel consensus Diomedis grammatici demonstrat. nam ut Priscianus aliis auctoribus et maxime Capro debere videtur omnia quae praeter illa quae supra scripta sunt ex Probo attulit, ita Diomedem veteris illius Berytii copiis usum esse constare puto iis quae vol. I praefat. p. LI sqq. de ea re disputavi. itaque veteri grammatico haud dubie debentur haec, vol. I p. 115, 18 *Probus etiam ponit hoc glandium haec glandula,* 171, 14 *supra dictorum tamen nominum usus et apud Caprum et apud Probum de dubiis generibus invenis;* 393, 8 *sed et eorum et superiorum omnium usus tam apud Caprum quam Plinium et Probum invenies* (Diom. p. 400); 445, 23 *nos quoque in praeterito perfecto, quod pro παρακειμένου, id est paulo ante perfecto, et pro ἀορίστου teste Probo habemus* (Diom. 336, 10); 470, 12 *supra dictis addunt quidam neco necavi vel necui, sicut et Probus et Charisius et Diomedes* (Diom. 366, 3); 490, 8 *a deleo, cuius simplex, id est leo, in usu non est, deletum, a delino delitum nascitur, quod Probus et Caper conprobant* (Diom. 375, 27); 499, 17 *sapio tam sapui vel sapii quam sapivi protulisse auctores inveniuntur; Probo tamen sapui placet dici, Charisio sapui vel sapivi, Aspro sapivi et sapii secundum Varronem, quod Diomedes etiam approbat* (Diom. 369, 25); 513, 7 *nanciscor etiam nactum facit absque n, ut Probo et Capro et Pollioni et Plinio placet;* 529, 6 *occano occanui — sed Probus occini quoque existimat dici posse, cum simplex cano cecini faciat* (Diom. 373, 23); 534, 26 *lacesso lacessivi: sic Probus, et videtur mihi melius dicere, participium enim passivum lacessitus, Caper tamen lacessi dicit esse;* 535, 20 *pinso pinsui facit praeteritum, quod Probus usu Pomponii conprobat* (Diom. 373, 3); 539, 2 *fulcio fulsi, quod et Probo placet, quamvis alii differentiae causa fulxi posuerunt,* 541, 18 *aio, cuius declinatio in usu frequenti non est, quartae coniugationis esse ostenditur ab imperativo in i terminato: sic enim Probus de dubio perfecto tractans ostendit Naevium protulisse* (Diom. 374, 1). haec igitur omnia, quae Probi nomine inscripta apud Priscianum extant, siquis inter se conparaverit, facile adparebit Priscianum non solum catholicorum et

institutorum libros, quos nunc habemus, legisse et Probo tribuisse, sed etiam nullum statuisse discrimen inter hunc et veterem illum, quem antiquis auctoribus citavit, adeo ut saepe dubitari possit, quid illis libris debuerit, quid ex antiquiore fonte petiverit: cf. Hertz in Priscian. vol. I p. 171.

Servius quoque in commentariis Vergilianis non solum ex iis quae Probus in Vergilium adnotaverat multa citavit, sed etiam grammaticis eius libris usus est, quo refero haec, in Aen. I 194 partitur] *Sallustius ait 'provincias inter se partiverant': nam et partio et partior dicimus, et est verbum de his quae, cum utramque recipiant declinationem, pro nostra tamen voluntate activae sunt significationis, ut punio punior, fabrico fabricor, lavo lavor, quamquam tentaverit Probus facere differentiam inter activam passivamque significationem, ut dicamus tondeo alterum, tondeor ab altero* (cf. Priscian. vol. I p. 393, 9): in Aen. VII 421 *Probus de temporum conexione libellum conposuit, in quo docet, quid cui debeat accommodari, ex quo intellegimus hanc quam fecit arduam esse conexionem: nam patiere futuri temporis est, fusos vero participium est praeteritum* (cf. Diom. 388, 10): et fortasse etiam in Aen. X 33 iuveris] *concessivus est modus iste secundum Probum: namque in artibus non invenitur: fit autem, quotiens taedio contentionis quasi videmur concedere quod tamen nolumus fieri* (cf. Diom. 396, 30). inter haec igitur ea quae ex catholicis 17, 2 citavit in Aen. II 15, *instar nomen est indeclinabile licet Probus instaris declinaverit, ut nectaris*, ita scripta sunt, ut eidem auctori, cui reliqua debentur, tribui videantur. minus certum est, utrum ex eodem catholicon loco an ex Vergiliano commentario petita sint haec, in Aen. VI 866 *instar, similitudo, et est nomen, quod non recipit praepositionem: ad instar enim non dicimus, quod Probus declarat* (al. *declinat*).

Ex reliquis grammaticis nemo saepius Probi libris usus est quam Pompeius, qui instituta et catholica nominum memoravit p. 156 ed. Lind. *scripsit autem ad hunc locum Probus unum librum; iste institutor iam artem scripsit: non scripsit perfectis, sed ad eos qui volunt se perfectos esse*, catholica nominum p. 196 *habes unum librum Probi de isto genetivo scriptum, tantum modo hoc solum tractat in illo libro.* catholicon igitur libro, ut ea nunc primum ponam, de quibus certo constat, usus est p. 92 *quamvis apud Probum invenimus hic later* et p. 205 *ita enim facit, later: ita enim legimus in Probo et in antiquis:* 17, 4. ex institutis artium autem haec petita sunt, p. 93 *et Probus adiecit, sed accidunt etiam accentus: habemus in Probo accentum etiam nomini accidere: legite artem Probi et invenietis:* 51, 22. p. 128 *conparativus gradus generis est semper communis, doctior, excepto uno, ut ait Probus, senior:* 61, 3. p. 135 *tractatum est hoc a Probo aliter, a Donato aliter* et p. 137 *et hoc Probus sequitur et ait sic, omnia adverbia vel*

omnes particulae, quaecumque sunt, quae habent sensum augentis, non iungenda sunt nec comparativo nec superlativo, sed tantum modo positivo: 73, 9. p. 235 *qualitas pronominum secundum istum in duas dividitur partes, secundum Probum in quattuor* et p. 236 *Probus autem ita definivit, omnia pronomina aut finita sunt aut infinita aut minus quam finita aut possessiva:* 131, 25. p. 291 *habes hanc regulam* (de futuro tempore in am et in bo) *scriptam in Probo:* 180, 4. p. 409 *habetis eas* (praepositiones) *in Probo bene enumeratas: triginta habes accusativas, quindecim habes ablativas et quattuor habes communes et septem habes loquellares:* 147, 5. praeter hunc catholica citata inveni a Cledonio p. 1901 *Probus in arte quam de regulis scripsit hic later posuit:* 17, 4; commentarium de structuris cum catholicis coniunctum a Rufino p. 2724 *Probus de numeris oratoriis, trochaeus et paean tertius faciet illam structuram Tullio peculiarem, esse videatur:* 42, 10; et de structuris anal. gramm. p. 508 ed. Vind. *sed ut brevissime, ait Probus, de structuris delectantibus doceamus — possumus delectare:* 43, 7; instituta ab his, Servio in Don. p. 413, 34 *quas regulas* (de futuro tempore in am et in bo) *Probus artifex tuetur:* 180, 4; ib. 430, 36 *sed conparativus gradus generis est semper communis, excepto nomine quod est senior: hoc enim, ut Probus dicit, tantum generis masculini est:* 61, 3; ib. 431, 19 *Probus autem dicit omnia adverbia, quae vim augentis aut minuentis in se habent, non debere coniungi nec conparativo nec superlativo:* 73, 9; ib. 435, 25 *Probus autem pronomen in quattuor partes dividendum putavit, id est pronomen finitum, infinitum, minus quam finitum et possessivum:* 131, 25; Cledonio p. 1933 *praepositiones sunt secundum Probum numero quinquaginta et quinque: ex his tributae sunt accusativo triginta, ablativo quindecim, utrique quattuor, loquellis sex:* 147, 4; in commentariis ad Donatum in codice Parisino 7570 saec. XI f. 17 *Probus autem ita definivit, omnia pronomina aut finita sunt aut infinita aut minus quam finita aut possessiva:* 131, 25; et in codice Frisingensi 12 ephem. scholast. a. 1832 p. 274 *sed hoc sciendum, quod Probus grammaticus ammonet, quod x duplex sit, quoties in ea terminatur syllaba, ut felix nox rel., quoties vero ab ea incipit syllaba, ut maximus anxius, pro una consonante est accipienda:* 51, 3.

Haec igitur cum libris Probi, quales nunc habemus, ita consentiunt, ut dubitari nequeat quin ex his ipsis petita sint. sed praeterea multa vel in editis veterum grammaticorum libris vel in codicibus manu scriptis adscripto Probi nomine citantur, quae vel ex aliis libris petita esse certum est, vel ita conparata sunt, ut non satis adpareat, utrum ex institutorum libro, eo quem nunc habemus, an ex alio fonte ducta sint. nam cum recentiores grammatici saepe ea quae ab antiquioribus petebant neglegentius describerent neque ipso-

rum quos appellant libros inspicerent, sed praecepta aliorum, quorum auctoritate in veteribus citandis usi erant, cum antiquioribus prave miscerent, non omnia in hoc genere satis accurate memoriae prodita sunt. itaque ut omnem Probi memoriam, quae quidem ad libros de arte grammatica scriptos, in quibus nunc versamur, pertinet, persequar, reliqua quoque, quae hoc nomine adscripto apud grammaticos citata inveni, adscribam. et quoniam quaedam ex his ita cum Diomede consentiunt, ut ad eundem librum, quo ille usus est, videantur referenda esse, alia institutorum librum ita sequuntur, ut, quamvis non plane cum iis quae in illo leguntur consentiant, tamen ex his peti potuerint, et Diomedis et ipsius Probi locos, qui in eodem argumento versantur, indicabo, quo facilius intellegatur, quo quaeque pertineant. Serv. in Don. 434, 8 *quod dicit ab his mulabus filiabus deabus nos dicere debere, sciendum est propter testamentorum necessitatem: nam haec pauca dicit Probus contra artem esse suscepta,* Pompei. p. 176 *sed scire debes quoniam Probus istam regulam expressit et dixit, si volueris sequi ut omnia, ubi genera discernenda sunt, aliter proferantur in ablativo vel in dativo, incipiemus dicere Romanabus,* p. 210 *ait sic Probus, quod verum est, debemus per omnia regulam sequi; sed si quando fuerit necessitas testamenti scribendi, tunc ista servanda sunt, aliter non,* p. 211 *et in tantum hoc putavit Probus, ut etiam dixerit ista verba mutari, nata natabus, filia filiabus, dea deabus, mula mulabus; quinque posuit tantum modo:* Prob. instit. 82, 16. Serv. in Don. 436, 28 *neuter uter alius et reliqua constat esse nomina, quoniam Probus viginti et unum dicit esse pronomina, in quibus ista non computantur,* Cledon. p. 1906 *Probus quattuor species fecit tantum et ipsis omnia pronomina inposuit viginti et unum,* Pomp. p. 260 *Probus enumeravit omnia pronomina, et diximus iam quoniam omnia pronomina viginti et unum sunt. in istis pronominibus, quae collegit Probus viginti et unum, ista de quibus dubitatio est, non inveniuntur:* Prob. instit. 131, 25 sqq. Pomp. p. 95 *hoc sciens Probus abstinuit se, inter accidentia semper non dixit illud quod non numquam accidit; non, sed dixit, nomini accidunt qualitas genus numerus figura, et non dat conparationem nomini:* Prob. instit. 56, 31 et 51, 22. Pomp. p. 155 *commune est, ut dicit Probus, tantum de duobus generibus, ut invenimus in auctoritate, ex tribus. Probus dicit debere dici de duobus generibus, ut hic et haec advena:* Prob. instit. 52, 10. Serg. explan. in Don. 495, 11 *Probus enim dicit inpossibilem rem; multa sunt, ait, ita corrupta ut ne soluta quidem possint esse integra,* Pomp. p. 165 *alia Probi: ille ait hoc dictum, quoniam figura aut rebus constat certis aut rebus incertis: ait sic Probus, pleraque quae sunt in figura apparent esse integra, pleraque corrupta, pleraque sine sensu,* p. 187 *habes in arte Probi, id est institutis ipsius, hoc tractatum: ait sic, nomina omnia*

posse conponi vel ex non intellegendis (hoc stultum est) vel ex integris vel ex corruptis: Prob. instit. 53, 18. quod Pompeius p. 326 de Probo retulit, *fero dicimus, ferui nemo dicit, quod temptat Probus mutare hoc ipsum, ut dicas fero tuli: sed si fero tuli facit, tollo quid habes dicere?*, dubitari potest, utrum ex catholicis 39, 6 petitum sit, an ad ea pertineat, quae Probo auctore Diomedes 380, 11 et 372, 2 disputavit. ad eundem locum pertinet Serg. explanat. in Don. 557, 19 *Probus non posuit suffero.* non magis incerta res est de Cledonio p. 1861 *Probus et Varro alter eorum in duas* (*altereutrum nouas* corr. *alter eorum in duas* cod.) *partes scribit et reliquas subiectas facit, alter in quattuor, prout quisque potuit sentire* et p. 1874 *nam Probus et Sabinus sic volunt declinari optativum per singula tempora, quomodo coniunctivum.* nam illa de partibus orationis, si modo integra sunt, in iis quae nunc de libris Probi restant non leguntur. de optativo modo autem quoniam quaesitum esse apud veteres constat ex Diomede 340, 4, ex eius modi disputatione potius quam ex declinationibus verborum instit. p. 160 sqq. haec petita esse puto. in codice Bambergensi, de quo dictum est vol. I praefat. p. XXI, est ars Clementis, in qua ex Probo citata inveni haec, f. 11 *Probus vero opinione caeca novem accidentia nomini accidere dicit, litteram videlicet et syllabam et accentum inter accidentia numerando,* f. 25 *Probus vero quattuor divisiones pronominum esse dicit, finita, infinita, minus quam finita, possessiva, — et hoc sciendum quod Probus ordinem accidere praepositionibus dicit.* ex quibus quae de nomine et pronomine dicta sunt, a Pompeio videntur petita esse; de praepositione nisi erravit grammaticus, alium Probi librum eum secutum esse necesse est: cf. Diom. 409, 5. item Pompeium p. 235 secutus est Iulianus Toletanus in arte grammatica Romae edita a. 1797 p. 74 *Donatus definivit in duas, id est in finitum et in infinitum, Probus in quattuor, finitum infinitum articulare et possessivum, Pompeius in viginti unam.*

Contra ex eo libro, quo Diomedes, qui Probum nominatim appellavit 342, 9. 352, 35. 354, 17. 364, 30. 365, 10, usus est, petita sunt haec, in codice Caroliruhensi Prisciani vol. I p. 428, 12 *Probus, est verbum praeterea hio hias, ex quo frequentativum hiato* (l. *hicto*) *as, inchoativum vero hisco is. sed quanquam ita esse habet* (*se habent* Diomedes), *tamen plus inesse in eo videtur, quod est hiscere quam hiatare* (l. *hietare*): Diom. 343, 13. in scholiis Bernensibus in Verg. georg. IV 134 *carpere, carpebat: infinitivo enim inperfecta tempora significat more veterum, ut Probus ait:* Diom. 341, 4. in codice Parisino 7491 saec. X f. 90 *qualitatem autem in modis bipertitam esse Probus adfirmat dicens 'qualitas verborum aut finita aut infinita est. finitiva verbi qualitas est, cum quasi definitiva et simplici utimur expositione ipsa distinctione per se* (*ipsa dictione per se commendantes sensum* Dio-

medes) *sine alterius conplexu, ut accuso as at. infinitiva sane qualitas est, in qua haec universa confusa sunt, ut legere':* Diom. 338, 17. ibid. f. 93 *vel secundum Probum activa ea sunt quae dumtaxat* (l. *quae dumtaxat actum nostrum significant*), *cum alio agente sit qui patitur, ut accuso as. extrinsecus enim expectat patientem. sic passiva sunt, cum alio patiente penes alium sit administratio, ut accusor accusaris. expectat enim extrinsecus agentem. neutra sunt quae o littera terminantur. sed secundum Probum* (cf. de differ. p. 201, 15) *neutrum in nomine, neutrale in verbo rectius dicimus:* Diom. 336, 26. ibid. f. 94 *sed e contrario Probus adfirmat tempus in se* (*per se* Diomedes) *nullum omnino diremptum est, cum per se in se revolvitur* (l. *revolvatur*) *et sit perpetuum* (l. *perpetuo*) *unitum et individuum. sed quoniam actus noster variatur nec idem semper est, individuo tempore* (l. *tempori*) *per metonymiam partes temporis inponere solemus, non tempus dividentes. etenim aut agimus aut acturi sumus. hinc quod agimus in tres partiones* (l. *portiones*) *dividimus et dicimus instans praeteritum futurum. instans est, quod et praesens, cum quid maxime agimus; praeteritum, cum facere desinimus et actum perficimus; futurum, cum non adhuc agere instituimus, sed acturos nos promittimus. in praeterito duo tempora sunt artificalia. artes enim exigentibus fabulis et rebus actis seculi* (l. *saecula*) *reperierunt. inperfectum scilicet, id est non tam* (l. *iam*) *perfectum, ut si aliquid agimus, quod non perficientes agere desinimus, unde hoc tempus inchoativum dicitur; perfectum, hoc est cum facere desinimus et actum perficimus, quod alii absolutivum, alii infinitivum dicunt; plus quam autem perfectum, quod vetustissimum dicunt, cum non solum quid egimus, sed longa intercapedine inveteraverit nobis:* Diom. 335, 21. in codice Leidensi bibl. publ. 136 saec. X f. 143 *item ostendit Probus esse omnes personas, dicens de usurpativis 'usurpativas* (l. *usurpativa*) *species est huius modi, cum dicimus legendo proficiscit* (l. *proficit*), *id est dum legit, legendi causa venit, id est ut legat, legendum tibi est, id est necesse est ut legas. his enim fere casibus usurpantur dicta quod usu exerceri quo modo hoc pacto legitur demonstratur'* (f. *usurpantur, usurpativa dicta, quod usu exerceri quod hoc pacto legitur demonstrant*): Diom. 395, 30. sed in his cum manifestus sit consensus Diomedis, non dubito ex eodem fonte repetere illa, Consent. p. 2051 *quaedam vero talia sunt, ut neutrum horum, sicut Probus vir doctissimus adnotat, admittant, ut algeo aestuo. neque enim, inquit, Latine dicitur volens aut invitus quis aestuat aut alget, cum hoc ex necessitate pro qualitate temporis evenire videatur:* Diom. 337, 10. Pomp. p. 367 *habes hoc in Probo: falsum est, dicit, quod dicunt, verbum deponens esse ab eo quod non deponat r litteram, quasi cata antiphrasin, quo modo Parcas ab eo quod non parcunt, quo modo dicimus lucum ab eo quod non luceat; sic et deponens:* Diom. 337, 24. in codice Parisino 7491 f. 92

item sciendum est quod ipsa declinatio inpersonalis, quae in tur exit, a neutralibus, ut ait Probus, figuratur, quia ipsa neutra passivum ex se aliter non faciunt: cf. Diom. 398, 31. ibid. *Probus vero in his* (gerendi verbis) *actum tamen* (l. *tantum*) *fieri docet excludens passionem. sed notandum quod Probus in his quae a neutro vel a deponenti veniunt merito et recte exclusit, non ab his quae ab activo veniunt. — item, ut ait Probus, haec participia non sunt, sed propria sermonis species. participia enim cum sint alia* (l. *talia*), *recipiunt et personam et numerum et* (l. *ut*) *ab his legendis.* eadem fere de gerendi modo praecepta Probo tribuuntur etiam in codice Leidensi 135: cf. Diom. p. 342. denique ad laudem artis grammaticae, qua Probus inter recentiores grammaticos florebat, pertinent haec, apud Cassiodorum de gramm. p. 2321 *sed quamvis auctores temporum superiorum de arte grammatica ordine diverso tractaverint suisque saeculis honoris decus habuerint, ut Palaemon Phocas Probus et Censorinus,* apud Ausonium praef. ad Syagr. 18 *nomen grammatici merui, non tam grande quidem, quo gloria nostra subiret Aemilium aut Scaurum Berytiumque Probum,* profess. Burdig. 16, 12 *Scaurum Probumque corde callens intimo,* ib. 21, 7 *grammatice ad Scaurum atque Probum.* in codice Parisino 7560 saec. XI f. 10 *sciat se Prisciani vel Donati, Probi vel Audacii, Velii Longi vel Romani, Flaviani vel Euticis, Victorini vel Focae, Asporii vel Pompei latus laniare,* analect. gramm. Vindob. p. 514 *sed illos non putes intellegere, nisi a Donato sumpserint principium, ut est Probus et Caesar.*

Non piguit magnum numerum locorum, quibus posteriores grammatici mentionem Probi fecerunt, conponere, ut eorum testimoniis constaret, quam frequens huius grammatici memoria et quanta eius auctoritas fuerit.*) nam quae Suetonius Gellius Charisius de Probo tradiderunt, quoniam ex antiquiore aetate profecta et ab his libris in quibus nunc versamur aliena sunt, omisi. sed ut ad quaestionem

*) Ex iis quae adscripto Probi nomine in commentariis quibusdam infimae aetatis in codicibus manu scriptis leguntur quaedam non recepi, propterea quod non ex ipsius Probi libris descripta, sed a posterioribus grammaticis, qui illius mentionem fecerant, petita sunt. alia, quae, quia vel incerta vel nullius momenti sunt, omisi, nunc breviter indicabo. Montefalconius bibl. vol. II p. 1334 in indice codicum bibliothecae Pontiniacensis posuit 'Probum de ratione temporum'. de quo codice nihil praeterea mihi constat. sed si recte ab illo liber Probi indicatus est, commentariis grammaticorum ex Probi disputatione de temporibus verborum excerptis, qui supra indicati sunt, similis fuisse videtur. Valerii nomine adscripto quaedam citata sunt ab Aldhelmo Mai. class. auct. vol. V p. 538 et 560, de quo cf. Osann. symbol. litt. vol. II p. 173, et in commentario codicis Lavantini vol. I praef. p. LV, quae ipsa quoque ad Valerium Probum pertinere haud inprobabile est. denique nomen Probi cum aliis grammaticis appellavit Priscianus l. XIII. p. 13, 14 et l. XVII p. 142, 27, Rufinus p. 2713 et 2720.

institutam de auctore librorum qui Probi nomine inscripti feruntur redeam, non multum tribuo auctoritati grammaticorum, qui quae ex his libris petiverunt eodem loco quo ea quae antiquioribus commentariis debentur habuerunt. facile enim fieri potuit, ut scriptores aetate longe diversos propter idem nomen confunderent. gravius est illud, quod in catholicon quidem libro (nam de hoc nunc solo dicendum est) sunt quae satis certis argumentis, Prisciano maxime auctore, Berytio grammatico vindicentur. atque ut primum de ea parte quae est de nominibus dicam, ea quae hic de regulis nominum breviter indicata legimus cum iis quae Priscianus in sexto libro de nominativo et genetivo multo uberius disputavit et quae in quinto libro de generibus tractavit ita consentiunt, ut dubitari vix possit quin ex eodem fonte utriusque grammatici doctrina derivata sit. ex multis exemplis haec pauca ad rem probandam sufficiant, p. 3, 14 die acie: Prisc. 366, 9. p. 6, 25 de nominativo a finito: Prisc. 199, 14; 143, 14; 201, 18. p. 7, 4 lac: Prisc. 212, 4. p. 10, 28 homo: Prisc. 206, 22. p. 13, 8 acer alacer: Prisc. 152, 18. p. 13, 29 Gadir: Prisc. 154, 1. p. 16, 11 pauper: Prisc. 152, 8. p. 20, 3 scrobis: Prisc. 168, 9. p. 31, 1 vis: Prisc. 249, 9. p. 22, 24 Chremes: Prisc. 244, 5, ubi quae de nominibus es syllaba finitis in catholicis plurimis locis dispersa leguntur in uno loco conposita sunt. iam igitur quamvis Priscianus non indicaverit, quem auctorem in his secutus sit, neque uni omnia debeat, sed doctissimorum virorum inventis se usum esse profiteatur p. 194, 10, tamen Caprum saepe nominatim appellavit. Caprum porro Probi copiis usum esse scimus. quare cum non improbabile sit hunc catholicorum cum Prisciano consensum ex communibus copiis Probi, cuius nomen catholica prae se ferunt, derivandum esse, accedit etiam illud, quod aliqua vestigia eorum quae Berytio grammatico aperte tribuuntur in catholicis restare videntur. ex quo genere sunt ea quae de nomine sal ex Capro et Probo exhibuit Priscianus p. 171, 8 conl. cathol. 8, 25, et de generibus deminutivorum p. 115, 18 conl. cathol. 6, 16 et 20, 27. etiam quae de nominibus cum puero conpositis Priscianus Probo auctore disputavit p. 236, 12, quamquam ex catholicis 16, 18 petere potuit, sicut supra p. XVII indicatum est, tamen haud scio an Capro potius debuerit. denique quae de scriptura nominis Orchus in catholicis praescripta sunt p. 10, 22. 14, 33. 22, 27. 38, 28 Berytii grammatici doctrinae convenire docet Servius in Verg. georg. I 277 *Probus Orchus legit, Cornutus vetat aspirationem addendam.*

Plura indicia doctrinae ex veteribus Probi copiis derivatae in altera parte catholicorum, quae est de verbis, extant. in qua parte ut Prisciano et Diomede auctoribus multo certius constat, quid

Berytio grammatico placuerit, quam in priore, ita haec in catholicis multo brevius et neglegentius tractata sunt. sed tamen ad Probum satis certo referuntur haec, p. 34, 21 relevi: cf. Prisc. 490, 7 et 529, 20 Diom. 370, 6. p. 34, 8 et 38, 6 sorbo sorbeo: cf. Prisc. 491, 13 Diom. 366, 27. p. 35, 29 aio: cf. Prisc. 494, 11 et 541, 18 Diom. 374, 1. p. 36, 25 partio partior: cf. Serv. in Verg. Aen. I 194. p. 36, 34 lavo: cf. Prisc. 471, 2 Diom. 381, 12. p. 39, 26 et 40, 7 necto nexo: cf. Prisc. 469, 12. 536, 8. 538, 2 Diom. 369, 16. p. 39, 5 tollo: cf. Diom. 372, 4 et 380, 9. in quibus quamquam quaedam sunt, in quibus nomen Probi e catholicis, ut videtur, Priscianus adscripsit, tamen haec quoque a Berytio grammatico tractata esse consensus Diomedis vel uberior ipsius Prisciani disputatio ostendit.

Itaque cum multa, quae olim a Probo uberius tractata esse vel certo constat vel probabiliter conici potest, nunc breviter indicata inveniantur in catholicis, haec ex iis quae nobilissimus grammaticus scripta reliquerat excerpta esse dicemus, non recentem nescio quem Probum, cuius nulla apud veteres scriptores memoria extat, fingemus. nam ex antiquiore aliquo et uberiore commentario haec quae nunc legimus excerpta esse universa libri indoles docet. tam multa enim vel inepte repetita vel perverso ordine posita vel nimio quodam brevitatis studio corrupta sunt, ut certissimis indiciis adpareat scriptorem ea quae ab antiquiore auctore acceperat in compendium redegisse, ad novum rerum ordinem, terminationes nominum et verborum dico, revocavisse, denique ad usum suae aetatis accommodavisse. in quo studio quamvis multa omittenda essent, tamen plurima veteris doctrinae vestigia relicta sunt. unde enim tam multa veterum scriptorum exempla et antiqui sermonis reliquias grammaticum recepisse existimabimus, nisi bonum et antiquum auctorem secutus esset? quin etiam ipsius rationis ac doctrinae, quam veterem grammaticum secutum esse scimus, quasi quaedam vestigia in catholicis latere videntur. nam quod is in primis sibi proposuerat, ut quid leges Latini sermonis et praecepta artis postularent, quid usus loquendi sibi sumpsisset, doceret et diligenti lectione usum veterum scriptorum observaret et quibus in rebus ab illis novi recederent indicaret, illud in hoc quoque libro multis exemplis agi videmus. quae cum ita sint, ne illud quidem huic iudicio repugnare existimo, quod quaedam sane in catholicis scripta sunt, quae iis quae Probum docuisse aliis auctoribus constat aut non satis respondeant aut adeo adversari videantur, ut p. 36, 16 de verbo pario conlato Prisciano 500, 19 et 540, 6 et Diomede 383, 4, p. 38, 26 de verbo inchoo conlato Diomede 365, 16. ni mirum, quae fuit grammaticorum libertas et neglegentia in antiquioribus auctoribus adhibendis, ab eo qui haec in hunc ordinem conposuit non solum plurima omissa, sed etiam

multa addita vel inmutata esse putabimus, praesertim cum id egisse videatur, ut ex amplissimis Probi copiis ea potissimum quae ad vulgarem dicendi usum pertinerent exciperet. itaque ut singula exempla per totum librum dispersa omittam, ea quae de casibus deque formis casualibus p. 32 sqq. breviter disputata et quae de structura orationis in fine libri p. 40 sqq. scripta sunt non a Probo petita, sed postea addita esse puto.*) sed illam de structura disputationem iam antiquo tempore adiectam et una cum reliquis Probo tributam esse, inde adparet, quod non solum a Rufino p. 2724 et in tractatu de structuris anal. gramm. Vindob. p. 508 quaedam ex hac parte adscripto Probi nomine citantur, quae supra p. XX indicata sunt, sed etiam Claudius Sacerdos, incertae aetatis grammaticus, sed quarto saeculo vix inferior, qui catholica integra in suum librum transtulit, haec quoque recepit. praeterea alium de structuris commentariolum ex eodem codice, in quo catholica scripta sunt, petitum subiecit Parrhasius. hunc ego, quamvis a catholicis omnino alienus sit, in eo loco, in quo a prioribus editoribus positus erat, relinquendum esse putavi.

Ceterum haec, quae de origine et indole catholicorum disputavi, etiam ad editionis rationem quodam modo pertinent. nam cum in plerisque veterum grammaticorum libris facilius esse soleat corrigere quae falsa esse adparet, quam quid librarii peccaverint, quid ipsis grammaticis debeatur, iudicare et quae ab his scripta sunt, non quae scribi debuerunt, restituere, tum iis scriptoribus, qui, sicut in hoc libro factum est, veterum praecepta in conpendium redegerunt, cautio adhibenda est. quare quamquam ea quae in codice corrupta sunt corrigendo vel transponendo facile in iustum ordinem revocari poterant, tamen non nulla ita conparata erant, ut codicis scripturam relinquere praestaret, ne neglegentia grammaticorum, quorum studiis haec quae nobis tradita sunt debentur, videretur correcta esse.

Cum catholicis olim instituta artium in unius operis continuitatem coniuncta fuisse, ita ut instituta priorem, catholica posteriorem librum efficerent, prima catholicorum verba docent p. 3, 2 *quoniam instituta artium sufficienter tractavimus, nunc de catholicis nominum verborumque rationibus doceamus.* praeterea eiusdem libri mentio facta est p. 10, 25. 14, 10. 39, 3. 40, 17, unde adparet et de litteris

*) Subscriptionem in Bobiensi codice ante commentarium de structuris positam, quam supra p. VIII exhibui, ita quispiam interpretari possit, ut usque ad hunc locum excerpta Probi pertinere, reliqua postea addita esse indicetur. sed vereor ne subscriptio eo loco posita errori librarii tribuenda, non ex antiquiore memoria profecta sit. illud quoque quod ibi interpositum et postea deletum est, *ars Servii grammatici explicit*, quamquam multa de nomine Servii conici possunt, tamen errori librarii tribuere malo.

et de partibus orationis in eo libro expositum fuisse. atqui eodem nomine inscriptum habemus librum de arte grammatica, cui illud nomen vindicavi auctoribus Prisciano vol. I p. 383, 7 et Pompeio p. 156 et 187 (p. VIII. XIX. XXI), cum antea artem minorem inscripsissent Vindobonenses editores. hunc diversum esse ab illo libro, qui olim cum catholicis coniunctus erat, non magis ex iis quae catholicon scriptor in institutis se tractavisse ait, quam ex universa eius libri indole et ratione adparet. nam neque ea quae ille ponit scripta inveniuntur in hoc, et omnis disputandi et scribendi ratio a catholicis abhorret. agitur autem, ut nunc primum de hoc ipso libro dicam, de octo partibus orationis, ordine partium vulgari ita mutato, de nomine, de pronomine, de participio, de coniunctione, de interiectione, de praepositione, de adverbio, de verbo. antiquiorum grammaticorum auctoritas raro adhibita est. nam praeter Varronem tribus locis 48, 37; 127, 31; 152, 30 et 38 et Plinium item ter 89, 10; 133, 7 et 11; 137, 11 et Caesarem semel 50, 22 citatum nullus nominatim appellatus est. ac ne illorum quidem libros ipse grammaticus legisse videtur, sed quid statuerint a recentioribus artis latoribus (nam ita dicere consuevit) accepit. omnino veteres scriptores cum paucos tum eos maxime qui in scholis legebantur, Vergilium, Terentium, Sallustium, Ciceronis in Verrem et in Catilinam orationes (nam praeter has bis tantum fragmenta Ciceronis adscripta inveni, quae unde petita sint nescio), semel etiam Lucilium citavit. res ipsae autem multis verborum ambagibus et inepta disputandi prolixitate iisdem rebus et verbis saepe repetitis expositae sunt. atque in eo fere omnia versantur, ut doceatur, quem ad modum vocabulo aliquo proposito casus nominum, gradus conparationis, tempora et modi verborum, denique reliquae verborum formae nullo quidem iudicio adhibito vel cognosci vel fingi possint. et non tam ad usum loquendi quam ad constantiam regularum, quas scriptor posuit, praecepta revocantur, quod maxime in iis quae de ablativo casu et de reliquis casibus ex ablativo derivandis disputata sunt p. 75 sqq. adparet. saepe disputationem ad summas ineptias labi videas, ut ea quae de figura nominum scripta sunt p. 53 sqq. quin etiam in rebus tritissimis, de quibus nullus dubitandi locus vel leviter erudito relictus est, hunc scriptorem haesitantem et ea quae praecipit regulis et analogia firmantem deprehendas: cf. 68, 10 facillimus, 72, 29 summus intimus extremus ultimus, 98, 20 vires, 105, 16 o Mercurii, 124, 22 agrestis; itemque in quaestionibus verborum 181, 22 sqq. plura eius generis exempla inveniuntur. quamquam haec ipsa demonstrandi cura et religio ad inperitorum hominum usum et corrupti sermonis emendationem in primis videtur accommodata fuisse. quaecumque autem difficiliora sunt vel longiorem disputationem requirunt, haec alio loco se trac-

taturum esse promittit. quaedam enim ad eam partem quae est de metris vel de metris et structuris, plurima ad eam quae est de sonis remittuntur. in tam multis igitur infimae aetatis indiciis vix opus est eo argumento, quo A. Maius usus est, ut librum quarto saeculo non vetustiorem esse probaret, quod Diocletianarum mentio facta est 119, 26. verum tamen ut recte de hoc libro iudicetur, illud tenendum est, non ad perfectam artis scientiam eum scriptum esse, sed tironibus instituendis destinatum. quod cum omnis libri ratio et indoles, de qua modo dixi, probat, tum Pompeius grammaticus p. 156 verbis supra p. XIX positis adfirmat. fuit autem hic mos grammaticorum, ut, cum aliter rudibus litterarum, aliter doctioribus scribendum esse intellegerent, aut ipsi artium scriptores duobus libris diverso modo conpositis utrisque consulerent, aut minor celeberrimarum artium editio (nam ita vulgo dicebant) pararetur ab aliis. cuius rei luculentissimum exemplum praebent artes Donati in hoc volumine editae. illud igitur ut de institutis Probi quoque factum esse putemus, suadent illa saepissime ab hoc grammatico repetita, quibus multa quae omisit alio loco se tractaturum esse pollicetur. quibus promissis hoc indicare videtur, se huic vulgari et pueris destinatae artis expositioni alium et doctiorem librum, qui in eodem argumento versaretur, quasi ad perficiendam eruditionem subicere voluisse. idem sensisse videtur is qui in Parisino libro, suam, opinor, coniecturam secutus, non veteri testimonio usus, artem minorem hunc librum inscripsit. denique quamvis pauca in tali quidem libro ad veterem doctrinam referri possint, tamen, ni fallor, et in doctrina grammatica, quam hic scriptor sequitur, et in non nullis quaestionibus cum iis quae de usu extremae aetatis exposita sunt coniunctis vestigia quaedam antiquioris auctoris, quem secutus est, adparent. redeo ad illa instituta artium, quae olim cum catholicis coniuncta fuerunt. de quo libro quoniam praeter pauca, quae in catholicis relata sunt, nihil memoriae proditum est, nihil certi constat, nisi quis ex duobus libris Claudii Sacerdotis grammatici aliquid concludere velit, ut, quem ad modum alter liber catholicis Probi similis est, ita priorem institutis similem fuisse dicat. quamquam hoc quoque valde incertum est. sed illud hoc loco non est omittendum, grammaticos, qui supra indicati sunt, multa, quae in iis libris qui nunc Probi nomine inscripti feruntur non scripta sunt vel non satis certo ad eos referri possunt, huic grammatico tribuisse. haec igitur omnia, quae quidem ad eos libros qui nunc supersunt non pertinent, ex antiquiore et doctiore libro Probi, qui praeter hunc recentem et in usum tironum scriptum olim extabat, petita sunt, sive is ab institutis illis, quae olim ante catholica scripta erant, non diversus fuit, sive haec quoque ex illo excerpta erant.

Ergo ut paucis conprehendam quae disputavi, sic statuo: quae Probus de conpluribus artis grammaticae partibus scripta reliquerat, cum summam auctoritatem apud grammaticos nacta essent, postea in artem redacta sunt. quam artem duobus libris sic dispositam fuisse suspicari possumus, ut priore libro, qui consueto tum nomine instituta artium inscriptus esse videtur, de litteris et syllabis et de octo partibus orationis exponeretur, altero de catholicis nominum et verborum. ex his unus catholicon liber sic fere, ut tunc compositus est, restitit; instituta artium autem recentiore aetate in novam formam, quae et ad posterioris temporis utilitatem et ad primae linguae institutionem accommodata esset, redacta sunt. quo factum est ut, cum antiquiore libro neglecto hic recentior, quem nunc habemus, solus servaretur, multa vetustioris doctrinae vestigia relinquerentur in catholicis, pauca in institutis.

De reliquis libris brevius dicam. appendicem ad Probi artem minorem editores Vindobonenses dixerunt ea quae in Bobiensi codice post instituta Probi sive artem minorem, ut illi inscripserant, scripta sunt. haec quamquam propter locum, quem in codice obtinent, Probo minime vindicanda esse adparet, tamen aliqua pars, quae est de differentiis, in codice Montepessulano Probi nomine inscripta est. neque eam tantum partem quae in Montepessulano libro est, sed reliqua etiam quae de eodem argumento sequuntur Probo olim tributa esse videntur, si modo recte huc retuli ea quae ex commentario de verbo, qui in Parisino codice 7491 saeculo decimo scriptus est, ad p. 201, 15 adscripsi: cf. p. XXIII. quare siquid omnino nomini Probi tribuendum est, in hoc quoque differentiarum libello quaedam ex libris Probi, quibus posteriores grammaticos usos esse constat, excerpta esse putaverim, quae postea cum aliis observationibus ex consuetudine extremae aetatis profectis mixta sunt. idem fere accidit in excerptis de nomine, in quibus conplura insunt, quae cur a Berytio grammatico abiudicemus nulla prorsus causa est. immo quae de dubio genere vocabulorum scripta sunt cum ab antiquo et docto auctore haud dubie profecta sunt, tum nulli probabilius tribui possunt, quam huic ipsi Probo. nunc de his omnibus, quae ad nomen et auctoritatem Probi revocavi, illud monendum est, quod satis ex iis quae supra disputata sunt adparere puto, omnia ita mutata et a pristina forma atque doctrina ad recentioris aetatis usum deflexa esse, ut, siquis propterea iuniorem Probum dicat, defendi quodam modo possit, quo certius incorrupta veteris grammatici memoria ab iis quae recentiores adhibitis eius libris et nomine conposuerunt discernatur. sed hoc teneri volo, neque ab uno homine neque eodem tempore ea quae nunc hoc nomine inscripta sunt composita esse, sed commune auctoris nomen inde accepisse, quod ad unum doctrinae

fontem quamvis graviter et grammaticorum licentia atque consilio et temporum depravatione corruptum referebantur.

Restat liber de ultimis syllabis ad Caelestinum scriptus. quem librum olim Probo tributum et cum catholicis coniunctum esse non auctoritate libri manu scripti, sed coniectura Parrhasii supra dictum est. quam coniecturam cum novissimi editores secuti essent, Guilelmus Freundius. annal. philol. t. V (a. 1832) p. 91 sqq. longiore disputatione probavit hunc librum neque pro institutis artium, quae olim ante catholica posita erant, haberi posse neque ab eodem auctore atque illum scriptum esse. quorum utrumque facile nunc omnes concedere puto. scilicet illud potius demonstrandum fuit, Probi nomen ad hunc quoque librum pertinere, siquis ita existimaverit, non id quod nullo veterum testimonio traditum est, a Probo scriptum non esse, doceri opus fuit.*) quare librum, de cuius auctore nihil omnino constat, quoniam a prioribus editoribus cum Probi libris coniunctus erat, nunc quoque cum his edendum, sed a reliquis seiungendum putavi.

III DE DONATI ARTE GRAMMATICA

Donati ars quamvis multis libris manu scriptis propagata sit, tamen in paucis vel integra, sicut edita est, vel eodem ordine scripta invenitur. nam cum universa ars in partes quasdam divisa esset, non solum partes libri aliter in aliis codicibus dispositae et interiectis similibus commentariis distractae, sed etiam singulae vel binae partes, sicut usus exigebat, receptae et diverso modo inscriptae sunt. itaque ut intellegatur, quae sit librorum manu scriptorum varietas, indicem codicum, qui ad eam rem cognoscendam maxime idonei videntur, subiciam. in quo eos quibus in libro Donati recensendo usus sum accuratius indicabo, de aliis quibusdam brevius dicam. primo loco autem ponam eos libros, qui omnia quae Donati nomine inscripta feruntur continent, deinde eos qui partem aliquam. universae igitur artis codices sunt hi:

Codex Leidensis bibl. publ. 122 in membranis forma quadrata saeculo decimo scriptus. f. 1 *Nomina novem Musarum — De figuris pedum* — f. 4 *ARS DONATI GRAMMATICI URBIS ROMAE Partes orationis quot sunt* (355, 2) — f. 12 *et siqua sunt similia* (366, 17).

*) Tamen Osannus symbol. litt. vol. II p. 194 sqq., quasi exploratum esset Probi hunc librum esse, longa disputatione demonstrare conatus est et hunc institutorum quae dixit et catholicorum librum ex uberiore Probi iunioris opere excerptum esse. in quo ut illud de libro ad Caelestinum omni ratione caret, ita uberiorem catholicorum editionem a grammaticis usurpatam esse nullo argumento probatur. neque quidquam his omnibus proficitur ad istam de iuniore aliquo Probo opinionem, propter quam disputata sunt, confirmandam.

DE UOCE Vox est aer ictus (367, 4) — f. 31 *vexit ad urbem* (402, 34). *Incipiunt terminationes nominum. Fuga aestas parens* etc. sequuntur indices nominum et verborum, excerpta Isidori, Servii de ultimis syllabis libellus, Bedae de metris, de schematibus, de orthographia libri, commentarius in Donatum.

Codex Monacensis, olim Ratisbonensis, Emmeramus G. 121 in membranis forma quadrata minore saeculo decimo scriptus, in principio libri aliquot membranis abscisis mutilatus. f. 1 *littera dativum et ablativum in quid mittunt* (356, 35) — *et siqua sunt similia. DE UOCE. Vox est aer ictus* — f. 89 *uexit ad urbes. EXPLICIT ARS DONATI GRAMMATICI URBIS ROMAE. Item de pronominibus. Generis masculini numeri singularis idem* etc. sequuntur declinationes pronominum et variorum grammaticorum libri.

Codex Berolinensis Diezianus 66 membranaceus forma quadrata, qui fuit olim Laurentii Santenii, cuius nomen in initio libri scriptum est ita, 'ex bibliotheca Santenii'. continet autem plurimorum grammaticorum libros a diversis librariis, ut mihi visum est, maximam partem octavo saeculo scriptos. ex his quae ad Donatum pertinent octavo saeculo scripta sunt p. 3 *De nomine dicit donatus. Partes orationis sunt octo. quae. Nomen pronomen* — p. 59 *aut moetum ut attat et siquae sunt similia:* commentarius de octo partibus orationis infima aetate conpositus, in quem plurima ex priore arte Donati recepta sunt. p. 59 *DE UOCE. Vox est aer ictus* (367, 4) — p. 66 *cola et commata id est membra et caesa* (372, 23): recentiore manu subscriptum est *explicit Donatus de parte minori.* p. 129 *INCIPIUNT PARTES DONATI GRAMMATICI URBIS ROMAE FELICITER. Partes orationis* (372, 24) — p. 159 *inconditas inuenimus. DE BARBARISMO IDEM. Barbarismus est* — p. 171 *uexit ad urbes* (402, 34).*)

*) Quoniam saepius Santeniani codicis mentio facienda est, brevem descriptionem eorum quae in eo codice scripta sunt hoc loco subiciam. in primis paginis index librorum qui codice continentur saeculo quarto decimo scriptus est. p. 3 saec. VIII *De nomine dicit donatus* — p. 66 *explicit donatus de parte minori.* in reliqua parte paginae et in p. 67 varia quaedam recentiore manu scripta sunt, in extrema pagina autem saec. XIV haec, *incipit liber magistri seruii de littera et syllaba longa breui et communi media atque finali. de accentibus et ipsorum figuris de posituris de orthografia de analogia et ethimologia de glosis et differentiis de prosa de fabula et historia.* || p. 68 alia manu saec. VIII *De littera hoc sciendum est quid sit fundamentum sapientiae* — p. 76 *nam faceret longam superiorem. sed nomina ista greca sunt et licet nobis pro simpli x ponere.* || p. 76 *De finalibus sullabis. Omnis nominatiuus singularis a terminatus breuis est* — p. 85 *exceptis scilicet positione longis uel diptongis quae omnibus patent:* Servius de ult. syll. p. 1803—1810 || p. 85 *De syllabis. Syllaba est dicta de greco* — p. 102 de pedibus *et duplices usque ad sex:* excerpta ex Pompeio p. 34—65 ed. Lind. || p. 102 *De accentibus. Accentus qui grece prosodia dicitur* — p. 116 de historia *contra naturam sunt:* Isidorus de accentibus, de posituris, de orthographia, de analogia, de etymologia, de glossis, de historia. || p. 117

Codex Parisinus Sangermanensis 1180 'e libris S. Petri Corbiniensis' in membranis forma oblonga nono saeculo scriptus, in principio mutilatus f. 1 *DE PRONOMINE. Quid est pronomen* (357, 1) — f. 5 *similia INCIPIT EDITIO SECUNDA DE PARTIBUS ORATIONIS. Partes orationis sunt octo* — f. 12 *inconditas inuenimus. expliciunt feliciter* (392, 3). *Seruius aquilino salutem* — f. 13 *vel dyptongis quae per se ammodum patent explicit.* (excerpta Servii de finalibus p. 1799—1810). *incipit de octo partibus orationis. de nomine. Partes orationis primus aristoteles* — f. 16 *nec in aliam linguam facile transferuntur expl. feliciter* (Isidorus de nomine). *in Christi nomine incipit ars aspri*

Quid primum in hebreorum litteris est requirendum — p. 122 *quae ceterae uocales non habent:* ex Isidoro de litteris. || p. 122 *De speciebus locutionis Species locutionis quot sunt. XVIII protenchesis paraebasis* — p. 124 *cum sibi ipsa praeponitur ut seruus uulgus.* sequuntur in ultimis quaternionis membranis varia quaedam diverso tempore scripta. || p. 129 eadem manu quae fuit ante p. 68 *incipiunt partes donati* — p. 171 *uexit ad urbes.* || p. 171 *De barbarismo iuxta pompeium Barbarismus est et definit* — p. 216 *a rebus paribus explicit:* Pompeius p. 417—480 ed. Lind. || p. 217 De regibus Albanis, *Picus regnauit — acca uxore fuissent nutriti.* || p. 218, 219 indices librorum nono saeculo scripti, *M. annaei lucani belli ciuilis libri quinque sic incipit — incipit messi oratoris de elocutionibus olybrio et probino messius.* || p. 220 alia manu saec. VIIII Angelberti carmina, *Carmina mitto petro dulci doctoque magistro angelbertus ego* — p. 222 *depellat tristia corda.* || p. 223 *incipit metrum centimetrum* — p. 231 *laborem:* Servius de centum metris p. 456—464, 11. || p. 231 *incipit de metris malli theodori. Metrum dactilicum* — p. 234 *fraternas gratias malis explicit:* excerpta Mallii Theodori p. 19 sqq. ed. Heus. || p. 235 *de heroo et triametro. hoc creditur ab apolline inventum uel ab eius sacerdote phemone* — p. 239 *uiuaque sulphura explicit. Incipit de heruo. Quamquam de singulis uniuersisque metrorum generibus superioribus libellis* — p. 243 *erit uitiosus et turpissimus explicit.* || p. 243 *Quid primum his qui artem aliorum discere uolunt interrogandum est* — p. 276 de pentasyllabis pedibus *temporum octo. Quot sunt diuersa in homine IIII. uox uultus uirtus et uoluntas. uox quia dissimilis est in humanis uocibus uultus quia non omnes equales sunt sic et uirtus et uoluntas* p. 277 ΕΚΑΤΟΜΕΤΡΩΝ ΚΑΤΑ CEPBION TEΛΩΝ: commentarius de arte metrica ab expositione Servii de centum metris incipiens, qui recentiore manu saec. XIV vel XV *commentum super centimetro seruii ad albinum incipit* inscriptus est. || *Columbanus fidolio fratri suo Accipe quaeso nunc bibidali condita uersu.* — p. 279 *quartus ut ne quintus ut non:* post Columbani versus pauca de accentibus et de modis syllabarum productarum scripta sunt. || p. 280 *incipit expositio magistri seruii super partes minores Oratio dicitur elocutio* — p. 326 *interiectio dicenda est:* explanationes in Donatum 487, 22 — 518, 29. || p. 327 *Partes orationis sunt octo* — p. 336 *uides ergo genetiuum solum esse:* excerpta Pompeii de nomine et pronomine. || p. 336 *de musica. Musica est peritia* — p. 343 *suauissimus cantus explicit:* Isidorus de musica. || p. 343 *De uoce. Vox quid est. R. aer ictus* — p. 347 *sed ubicumque adspiratio est uocalis explicit de littera.* || p. 347 *uerbum finitum actiuum meto* — p. 348 *metendus:* declinatio verbi meto. || p. 348 *Nomen unius hominis est appellatio multorum uocabulum rerum est. nomen unius hominis quasi diceretur quomodo nominatur iste homo appellatio multorum quasi diceretur quomodo nominantur isti homines* p. 349 *Grammaticae artis nomina graece et latine praenotata Poeta uates — anfibrachis hinc inde breuis:* cf. script. lat. rei metr. ed. Gaisf. p. 574. in ultimis membranis p. 350—363 quaedam quae ad res sacras pertinent scripta sunt.

grammatici de nomine. Partes orationis sunt octo — f. 23 *aut metum ut attat et siqua sunt similia. expl. ars aspri. DE UOCE Uox est aer ictus* (367, 4) — f. 24* *semipes nominatur* (369, 15). interposito commentario quodam de litteris, *de litteris latinis quidam sapiens interpretatus est, A uocalis est* etc., sequuntur reliquae partes Donati f. 26* *DE PEDIBUS Pes est* (369, 16) — *commata* (372, 24). *DE BARBARISMO. Barbarismus est* (392, 4) — f. 30* *uexit ad urbes.* sequuntur alia conplura de variis artis grammaticae partibus.

Codex Parisinus 7490 memb. 4 saec. X f. 15 *incipit editio prima de partibus orationis donati grammatici urbis romae. Partes orationis quot sunt* — f. 24 *et siqua sunt similia. incipit editio secunda de partibus* [*orationis donati grammatici urbis romae* add. al. man.]. *Partes orationis sunt octo* — f. 41 *inuenimus. incipit de uoce. Uox est aer ictus — commata. De barbarismo. Barbarismus est* — f. 51 *ad urbes. explicit donatus.*

Codex Sangallensis 855 memb. 4 saec. X p. 1 *incipiunt partes minores. Partes orationis quot sunt* — p. 18 *et siqua sunt similia.* p. 50 *incipit editio secunda de partibus octo. Partes orationis sunt octo* — p. 69 *inconditas inuenimus.* p. 72 *De uoce. Uox est aer ictus* — p. 31 *uexit ad urbes.*

Codex Sangallensis 877 memb. 4 saec. X p. 204 *incipiunt feliciter primae partes artium donati grammatici urbis romae. Partes orationis quot sunt* — p. 225 *ultra praeter propter* | (365, 15) p. 226 *Partes orationis sunt VIII* — p. 262 *inconditas inuenimus. De littera. Littera est pars minima* — p. 287 *uexit ad urbes. finit artis donati grammatici urbis romae*

Codex Sangallensis 876 memb. 4 saec. IX p. 285 *in nomine domini nostri xpi incipiunt octo partes or doni gramci romae. Partes orationis quot sunt* — p. 302 *et siqua sunt similia finit. incipit declinatio prima donati grammatici urbis romae. Iustitia nomen appellatiuum* etc. sequuntur exempla declinationum et coniugationum. p. 341 *incipiunt maiores partes donati grammatici. Uox est aer — commata. De barbarismo. Barbarismus est* — p. 363 *uexit ad urbes* p. 364 *De partibus orationis. Partes orationis sunt octo* — p. 397 *inconditas inuenimus. explicit ars maior donati.*

Codex Venetus Marcianus class. XIII. 66 memb. 4 saec. XII *incipit editio prima donati grammatici urbis romae. Partes orationis quot sunt — et siqua sunt similia. De uoce. Vox est aer — commata. De barbarismo — uexit ad urbes. incipit editio secunda de partibus orationis donati grammatici. Partes orationis sunt octo — inconditas inuenimus.*

Aliud librorum genus est eorum qui omissa minore arte de octo partibus orationis reliquas partes integras exhibent. ex quo genere

sunt hi: codex Parisinus 7537 memb. 4 saec. XI f. 1 *incipit de . . . orationis donati grammatici urbis . . . Partes orationis sunt octo — inconditas inuenimus. De uoce. Vox est — commata. Barbarismus est — uexit ad urbes.* Codex Sangallensis 882 memb. 4 saec. X p. 1—66 *incipit editio secunda donati grammatici urbis romae. Partes orationis sunt octo — inconditas inuenimus. finiunt maiores partes donati grammatici. incipit eiusdem de uoce. Vox est aer — uexit ad urbes. explicit.* nam ita olim partes libri scriptae erant, quae nunc aliquot membranis transpositis et inter se distractae et cum libello Servii de finalibus coniunctae sunt. eadem leguntur in codice Sangallensi 878 decimo saeculo scripto et in libris Italicis quinto decimo saeculo scriptis Vrbinate 1157 et Ambrosiano M 69.

Longe maximus est eorum librorum numerus, qui singulas ex iis partibus, quae in codicibus supra scriptis indicatae sunt, continent. qui quoniam ad universam libri condicionem recte existimandam nihil valent, non enumerabo quos vel ipse vidi vel in indicibus librorum manu scriptorum indicatos inveni. neque in iis codicibus, qui vetera Donati praecepta interpositis observationibus et interpretationibus recentiorum grammaticorum mutata exhibent, morabor. nam iis quae supra scripta sunt de omni huius libri memoria, quae quidem libris manu scriptis continetur, satis constare puto. de octo partibus orationis igitur duo ferebantur Donati commentarii, alter brevior interrogationibus et responsionibus dispositus, quem editionem primam de octo partibus orationis vel partes minores vel primas partes grammatici inscripserunt, alter uberior et doctior, quem secundam editionem de partibus orationis vel maiores partes dicere consueverunt. prior autem editio ut primae puerorum institutioni destinata erat, ita primum locum in libris manu scriptis constanter obtinet, secunda in antiquissimis et optimis codicibus ita cum reliqua artis grammaticae expositione coniuncta est, ut uno et continuo opere primum de voce, de littera, de syllaba, de pedibus, de accentibus, de posituris, deinde de octo partibus, postremo de vitiis et virtutibus orationis exponeretur. ab aliis secunda editio de partibus orationis priori subiecta et ante eam partem, quae est de voce et reliquis artis elementis, conlocata, interdum etiam in finem universi operis reiecta est. ita factum est ut, cum praeter minorem editionem reliqua ars tribus partibus disposita esset, artem tripertitam non nulli communi nomine maiorem artem vel maiores partes appellarent. contra ab aliis ea pars, quae est de voce, de littera, de syllaba, de pedibus, de accentibus, de posituris, propterea quod ante maiorem editionem de octo partibus posita erat, prima vel minor pars dicta est. quamquam eius rei in codicibus quidem manu scriptis Donati non inveni indicium praeter subscriptionem in Santeniano codice recentiore manu additam.

Apud grammaticos quanta fuerit per longissimum temporis spatium fama et auctoritas Donati, satis constat. nullius enim grammatici frequentior apud posteros memoria fuit, quam Donati. sed neque apud eos qui singulis locis testimonio eius usi sunt vel quaedam ab eo petita in suos libros transtulerunt neque apud eos qui artes Donati commentariis exposuerunt et ad suae aetatis usum adcommodaverunt quidquam inveni, unde concludi posset illos Donati librum vel pleniorem, quam nunc est, vel aliter, atque in optimis codicibus scriptus est, dispositum legisse. Priscianus minoris editionis de partibus orationis semel mentionem fecit, partit. XII vers. Aen. 466, 28 *nec non imperativus quoque et infinitivus e correptam habentes, sicut etiam Donatus docet* (359, 29), *manifestissime id ostendunt:* maiore de omni arte grammatica commentario saepe usus est, sed plerumque solum auctoris nomen appellavit; semel primam artem dixit eam partem, quae est de voce et reliquis artis elementis, de figur. num. 414, 21 *Donatus in arte prima* (370, 30) *'atque excepto — trina condicio reperitur' pro tripertita dixit;* ter secundam appellavit eam qua de partibus orationis uberius expositum est, instit. l. XIV p. 27, 20 *idque Donatus etiam in secunda arte de praepositione* (391, 11) *se intellegere confirmat his verbis 'separatae — graves fiunt'*, ib. p. 41, 16 *quod et Donatus in secunda arte* (389, 22) *docet his verbis 'aut verbum — circumcirca'*, instit. l. XVIII p. 284, 3 *Donatus in secunda arte de nomine* (373, 5) *'sed modo nomina generaliter dicimus' pro nunc.* utramque artem indicavit Cassiodorus de gramm. p. 2321 *nobis tamen placet in medium Donatum deducere, qui et pueris specialiter aptus et tironibus probatur accommodus, cuius gemina commenta reliquimus, ut, supra quod ipse Latinus est, fiat clarior dupliciter explanatus. Donatus igitur in secunda parte ita disceptat, de voce articulata, de littera, de syllaba, de pedibus, de accentibus, de posituris seu distinctionibus, et iterum de partibus orationis, de schematibus, de etymologiis, de orthographia.* quibus verbis nequis libros de schematibus, de etymologiis, de orthographia a Donato scriptos indicari putet, ipse Cassiodorus cavit p. 2323 *ceterum qui ea voluerit latius pleniusque cognoscere, cum praefatione sua codicem legat, quem nostra curiositate formavimus, id est artem Donati, cui de orthographia librum et alium de etymologia inseruimus, quartum quoque de schematibus Sacerdotis adiunximus.* huius modi codice videtur usus esse Rufinus, qui inter scriptores qui mensuram esse in fabulis Terentii et Plauti dicebant p. 2713 ponit 'Sacerdotem, qui et Donatus', et inter eos qui Latine de numeris scripserunt p. 2720 Donatum et p. 2723 quaedam de numero oratorio ei tribuit, *Donatus de structuris et pedibus oratoriis numerorum sic dicit, Cicero in exornatione sententiae clausulaque ponenda modo ditrochaeum*

probat pedem etc. nam de numeris et structuris orationis Donatum scripsisse nullo auctore constat.

Qua ratione interpretes Donati in exponendis et illustrandis eius praeceptis versati sint, cum ex commentariis in hoc volumine editis adparet, tum magis ex iis qui postea edentur adparebit. itaque cum ad utramque artem se adplicarent, et de octo partibus orationis bis disputaverunt et reliqua eo ordine, quo apud Donatum scripta inveniebant, persecuti sunt. quamquam mirum non est in libro praesertim in scholis tractato quaedam ab iis vel omissa vel addita vel aliter disposita esse, sicut in ipsis Donati codicibus factum esse vidimus. duplicem autem de octo partibus disputationem a Donato institutam esse, alteram breviorem et institutioni puerorum destinatam, alteram doctiorem et cum reliqua arte coniunctam, multis confirmaverunt testimoniis. quae quoniam causam erroris praebuisse video, ut grammatici librum Donati diversum ab eo quem nunc habemus olim legisse crederentur, exempli causa adscribam haec, Pomp. p. 4 ed. Lind. *idcirco etiam Donatus inde inchoavit ab ipsis partibus; perite et callide exclusit illa omnia de voce, de littera* et p. 8 *ergo quoniam bene fecit Donatus artem illam priorem scribere infantibus, posteriorem omnibus: est enim robusta et utilis. inchoat a litteris ista particula quae uberior est et habet tractatum*, Serv. in Don. 440, 19 *et cetera quae in superioribus dicta sunt: in posterioribus illud adicit*, ib. 441, 29 *in coniunctione nihil penitus novi posuit, sed ita hic sicut in superiore parte tractavit*, ib. 443, 9 *in autem et sub qua ratione serventur, in superiore arte tractatum est*, Pomp. p. 359 *pleraque dicit quae et in superiore arte memoravit, pleraque addit*, ib. p. 369 *hoc est quod legimus etiam in arte superiore.* adparet enim non ad eam partem, quae in maiore libro expositionem partium proxime antecedit, haec pertinere, sed ad minorem editionem de octo partibus orationis referenda esse. sed cum propter frequentem scholarum usum alia quaedam, quae a Donato tractata non erant, cum eius artibus coniuncta essent, interdum haec quoque, tamquam Donati essent, ab interpretibus recepta et commentariis exposita sunt. hinc videntur ea profecta esse, quae Iulianus Toletanus p. 14 ed. Rom. Donato tribuit, *dicit tamen Donatus, arduum est huius rei exempla reperire, eo quod haec littera saepe inter vocales posita deficit. — dicit Donatus, Latinum vero in hac syllaba non potest nomen inveniri. — Donatus dicit ut in his longus sit, quae a in genitivo ante ultimam producunt.* nam omnia e commentario illo de syllabis finalibus, qui in explanationibus Sergii post commentarium de littera p. 522, 12 receptus est, petita sunt: cf. anal. gramm. Vindob. p. 459.

Studium Donati continuo scholarum usu propagatum, sicut ex magno numero codicum et commentariorum in utramque artem scripto-

rum adparet, duravit etiam post typographicam artem inventam. quo tempore cum aucto Latinae linguae studio omnis puerorum institutio a Donato inciperet, ita in scholis regnabat grammaticus, ut ipsius nomen pro nomine artis grammaticae esse consuesceret. quamquam omne illud studium ad minorem artem de octo partibus orationis pertinebat, quae primis annis post inventam artem typographicam multis exemplaribus inpressa est. nam hanc fere formam innumerabilis prope multitudo antiquissimarum editionum, quae tunc prodierunt, prae se fert. sed illud editionum genus, ut ad initia artis typographicae investiganda et ad rationem scholarum, quae tum fuit, cognoscendam magni momenti esse constat, ita ipsius Donati libro nullam utilitatem attulit. nam cum ii qui tum huic libro operam dabant usum suae aetatis, non veterum codicum memoriam spectarent, multa, sicut tempus exigebat, paulatim mutata, multa addita sunt. diutius neglecta iacuit maior ars Donati, quae, cum minor ars scholis relinqueretur, ab illa remota et cum doctioribus veterum grammaticorum libris coniuncta est. neque omnes partes libri simul editae sunt, sed omissa prima parte, quae est de voce et reliquis artis grammaticae elementis, duae partes, quae sunt de octo partibus et de vitiis ac virtutibus orationis, primum inpressae sunt in principe editione Diomedis circa annum 1476 Venetiis a N. Iensono facta: cf. vol. I praef. p. XXXIV. eam partem autem, quae in principe editione omissa erat, primum una cum illis duabus partibus editam esse invenio Fani anno 1503 hoc titulo, 'Q Rhemnii Palaemonis ars grammatica secunda. Ars Aspri iunioris grammatici. Aelii Donati editio prima. Donati de octo partibus orationis editio secunda. Donatus de barbarismo. Servius et Sergius in secundam Donati editionem. Fani, Hieron. Soncinus nonis Sept. 1503.' cuius editionis rationem reliqui editores, sive integram artem tribus partibus distinctam sive aliquam partem eius ediderunt, secuti sunt. quo factum est ut minore arte sive prima editione de octo partibus orationis, quae in libris manu scriptis dicitur, omissa ea pars, quae est de voce, de littera, de syllaba, de pedibus, de accentibus, de posituris, quam partem Priscianus, ut supra p. XXXVI dictum est, primam artem dixerat, vulgo prima editio inscriberetur. ad emendationem autem libri ii qui proximis annis Donatum ediderunt, quorum nemo videtur libros manu scriptos adhibuisse, nihil contulerunt. neque plus profecit Putschius, quamquam is Bongarsii libris se usum esse scribit, 'ex editione Basileensi et Bongarsii libris omnia emaculata sunt'. novam recensionem suscepit Fridericus Lindemannus, qui 'Donati artem grammaticam tribus libris conprehensam' (nam ita inscripsit) ad fidem codicis Santeniani in primo volumine Latinorum grammaticorum edidit a. 1831. sed ne is quidem, propterea quod unius codicis

auctoritati se addixerat, incorruptam libri formam, ut sibi videbatur, assecutus est, praesertim cum non satis accurate ubique animadvertisset, quid in illo codice a vetere librario scriptum esset, quid correctori deberetur. ceterum minorem de octo partibus editionem Lindemannus non magis, quam reliqui qui Donati artem ediderunt, neglexit.

Novae editionis rationem paucis explicabo. itaque cum in eo libro, qui longo docentium et discentium usu tritus esset, id maxime ageretur, ut antiquissima et integerrima forma, quae quidem codicum manu scriptorum fide recuperari posset, restitueretur, ex libris supra descriptis elegi tres, Leidensem Santenianum Sangermanensem, et in minore arte quartum Emmeramum. ex quibus codicibus etsi nullus ab interpolatione posterioris aetatis prorsus liber est, sicut et ipsa discrepantia codicum docet et testimonia probant grammaticorum, qui vel ipso Donato vel iisdem auctoribus, quos ille secutus erat, usi sunt, tamen a genuina forma proxime abesse inveni Leidensem. nam ut accuratius quam reliqui scriptus est, ita pauca eaque satis levia arbitrio grammaticorum videntur mutata esse. postea recentiore manu quaedam mutata vel addita sunt. magis et errore librarii et interpolatione grammaticorum corruptus est Santenianus codex. a correctore autem, qui codicem neglegentissime scriptum emendavit, non solum manifesta librarii vitia correcta, sed etiam permulta ex alio codice maxime interpolato addita vel mutata sunt. non nullis locis tamen codex reliquis omnibus antiquitate superior genuinam scripturam in recentioribus libris corruptam servavit. eorum librorum qui maxime interpolati sunt exemplum esse volui Sangermanensem, qui cum correctore Santeniani codicis saepe consentit, raro autem genuinam scripturam in reliquis libris corruptam servavit. recentiore manu cum vitia quaedam veteris scripturae correcta, tum novae interpolationes additae sunt. igitur non dubitavi primas partes tribuere Leidensi codici, quem et in universa libri forma et in singulis verbis constituendis in primis secutus sum. huic in minore arte unum adiunxi Emmeramum codicem, ex quo quae ad emendandam scripturam Leidensis codicis, si quando corrupta erat, apta vel aliquo modo memorabilia esse videbantur adscripta sunt; raro ex excerptis Santeniani codicis quaedam recepi. neque enim maiore cura dignus esse videbatur libellus, quo facile carere poteramus, nisi propter studia posteriorum grammaticorum, qui eum sic ut reliquam Donati artem commentariis exposuerunt, in suum locum restituendus fuisset. in maiore arte praeter Leidensem codicem integram scripturam codicis Santeniani et Sangermanensis exhibui. in quo ea quae in Santeniano codice addita sunt, ut exemplum antiquissimae interpolationis extaret, uncis adpositis in continuitate ver-

borum reliqui; ea quae altera manu novata sunt, praesertim cum plerumque cum Sangermanensi codice consentiant, non ubique indicanda esse existimavi. praeterea autem trium codicum scriptura ita proposita est, ut quidquid aliter in illis, atque ipse in editione exhibui, scriptum est indicaretur in adnotatione.

Qua aetate Donati liber scriptus sit, uno Hieronymo auctore constat, qui Donati grammatici mentionem fecit in chronica Eusebii a. 355 ed. Vallars. *Victorinus rhetor et Donatus grammaticus, praeceptor meus, Romae insignes habentur,* apologiae adversus libros Rufini I 16 vol. II p. 472 ed. Vallars. *puto quod puer legeris Aspri in Virgilium et Sallustium commentarios, Vulcatii in orationes Ciceronis, Victorini in dialogos eius, et in Terentii comoedias praeceptoris mei Donati, aeque in Vergilium et aliorum in alios,* in ecclesiasten c. 1 vol. III p. 390 *huic quid simile sententiae et comicus ait 'nihil est dictum, quod non sit dictum prius'. unde praeceptor meus Donatus, cum istum versiculum exponeret, pereant, inquit, qui ante nos nostra dixerunt.* nam quamvis multa grammatici maximeque interpretes Donati de vita eius disputaverint, tamen quaecumque illi tradiderunt partim ab Hieronymi testimonio profecta, partim ineptissime ficta sunt, neque quidquam quod fide dignum sit ab iis additum est. plenam ineptiarum vitam, quae in codice Parisino 7730 saeculo decimo scripta est, edidit Fabricius bibl. Lat. l. IV c. 7 (vol. III p. 408 ed. Ern.). alia non minus stolide inventa ex Vergilii grammatici libris nuper conposuit F. Haasius de medii aevi studiis philologicis Vratisl. a. 1856 p. 8. Aelii autem nomen, quod vulgo Donato tribuitur, in arte grammatica quidem nusquam a librariis scriptum, sed ex commentario in Terentii comoedias ita in codicibus inscripto, 'Aelii Donati V. C. oratoris urbis Romae', petitum est.

De auctoribus, quibus in libro scribendo Donatus usus est, propter ipsam naturam libri ab omni doctrinae specie remoti nihil constat. nam quod Osannus symbol. litt. vol. II p. 242 demonstrare studuit, Probi instituta vel artem minorem, quam ille dicit, a Donato usurpata esse, nulla satis certa eius rei argumenta prolata esse video. nam ne dicam istum Probi librum vix antiquiorem esse quam Donati, non aliae inter utrumque rationes intercedunt, quam quae omnium fere artis scriptorum communes sunt. at cum Diomede ita per universum librum consentit Donatus, ut multis locis, sicut in adnotatione indicatum est, non solum eaedem res tradantur, sed etiam verba verbis respondeant. in quo consensu quamquam quaedam, maxime in initio libri, ita conparata sunt, ut ex uberioribus Diomedis commentariis brevior Donati disputatio duci potuerit, tamen in maiore parte praeceptorum, quae iisdem verbis conprehensa apud Diomedem et Donatum leguntur, dubitari nequit quin ab antiquiore

auctore, tamquam communi fonte, uterque suam doctrinam derivaverit. nam ut apud Diomedem omnia copiosius et doctius exposita sunt, quam apud Donatum, ita hic iusto rerum ordine et ratione disputandi saepe vestigia quaedam antiquioris doctrinae retinuisse videtur. praeterea multa, maxime in iis quae in extrema parte libri de vitiis et virtutibus orationis scripta sunt, non solum cum Diomede, sed etiam cum Charisio ita consentiunt, ut haec omnia ex eodem fonte ducta esse plane adpareat. quare quae de auctoribus, quos Charisius et Diomedes secuti sunt, in praefatione primi voluminis p. XLIX sqq. disputavi etiam ad Donatum quodam modo pertinent, neque nunc uberius eam rem persequar.

IV DE SERVII VEL SERGII LIBRIS

Servii commentarius in artem Donati ad fidem codicis Parisini 7530 octavo saeculo scripti f. 156—183 editus est.*) praeter

) Descriptionem codicis olim a me exhibitam in anecdotis Parisinis rhetoricis ab Ecksteinio editis Halis a. 1852 hoc loco repetam, propterea quod conplura ex eo codice in hoc volumine edita sunt. codex Parisinus 7530 memb. 4 saec. VIII litteris longobardicis scriptus: cf. Quicherat bibliothèque de l'école des chartes I p. 51 sqq. Mommsen Zeitschrift f. AW. a. 1845 p. 81 sqq. primus membranarum quaternio deest, secundus autem et tertius, qui nunc primum locum in codice obtinent, in marginibus humore corrosi sunt. f. 1—18 index verborum quae corrupta declinatione utuntur iis quae apud Diomedem p. 356 P sqq. leguntur similis. || f. 18 *De constructione. Singulorum casuum per ordinem constructiones* — f. 27 *aut obicere vedeor:* excerpta ex Prisciani libro duodevicesimo. || f. 27* *Dicimus rithmum esse ubi tantum legitimi pedes sunt — similiter dicimus:* de rhythmo et metro. || f. 28 *incipit thuestes uarii — accepit:* cf. Schneidewin mus. Rhen. noviss. I a. 1842 p. 106, Mommsen l. c. p. 84. || f. 28 *Notae XXI* — f. 29 *expl. notae:* cf. Sueton. rell. ed. Reifferscheid p. 137. || f. 29 *De observatione ultimae syllabae casu singulari omnium partium orationis ac prius de nomine ordine litterarum vocalium observato deinde addita consonante. A terminatus* — f. 31* *obseruanda sunt explicit:* cf. anal. gramm. Vindob. p. 458 — p. 468. || f. 31* *Clarissimo albino* — f. 35 *exsoluat explicit:* Servius de centum metris. || f. 35 *De structuris — portabis:* cf. anal. gramm. Vindob. p. 506. || f. 35* *De iambico metro — permittunt:* ibid. p. 521. || f. 35* *Seruius fortunatiano* — f. 38 *heroico iungitur continentur expl.* Servius de metris Horatianis. || f. 38 *De figuris factis per genitiuum casum. Nomen generis neutri — catonis fuit hoc studium.* || f. 38* *incip. deo propitio metra horatii. In toto carmine suo horatius* — f. 39 *amore percussum grani. Seruii grammatici scripsit deo propitius papulus constheyderichi indictimensis februarii XXV dies saturni hora III dei. de pedibus.* || f. 40 *Pes dictus est* — f. 41 *troiae. expleuit de distinctione feliciter. horum dn̄ dona nobis doctrinam et scientiam pater doce nos dn̄ artis excellentiam:* Sergius de pedibus et de distinctione. || f. 41 *De idiomatibus quae pertinent ad genetiuum casum* — f. 48* *haec misericordia* Ο ΕΛΕΟϹ ΚΑΙ Ο ΟΙΚΤΟϹ f. 49 *explicit libellum seruii grammaī:* de idiomatibus p. 566 — 577, 45. quamquam index idiomatum fine quaternionis videtur interruptus esse et subscriptio quae sequitur in prima scheda novi quaternionis scripta est, tamen veterem esse hunc defectum numeri quaternionum in imis marginibus scripti indicant. || f. 49 *Constat autem ut*

hunc unum novi codicem, qui quidem integrum librum, sicut in illo scriptus est, continere videtur, codicem olim Meermannianum, qui ubi nunc lateat nescio: descriptionem codicis cum excerptis quibus-

cum actiui uerbi — f. 51* *in aliena lingua non facile transferuntur*: de partibus orationis secundum Isidorum. || f. 51* *De barbarismo. Quid est barbarismus* — f. 62 de schematibus *aut a rebus ingruis aut a rebus paribus:* excerpta ex Pompeio. || f. 62* *Oratio quando — quotiens ibi sinit sensus ubi pes sinit explicit:* de oratione et periodo. || f. 62* *incipit de VII artibus liberalibus quis sit philosophus et cur sic dicam* — f. 65* *ut sapientia homini.* || f. 66 *incipit ars focae. Ars mea* — f. 78 *et his similia explicit ars foce grām. de nomine et uerbo.* || f. 78 *Genera uerborum quamuis quinque — propriis seruiunt casibus explicit:* de generibus verbi. || f. 78—80* Prudentii hymnus in Eulaliam. || f. 80* *Grammaticae initia ab elementis surgunt* — f. 123* *integer permanet explicit:* excerpta ex Charisio Diomede Prisciano, cf. vol. I praef. p. XVIII. || f. 123* *Incipit beati isidori episcopi de partibus orationis. Nomen dictum est* — f. 125* *gloriandus.* || f. 125* *Barbarismus est una pars* — f. 127 *barbarismus iure dicitur:* de barbarismo et soloecismo. || f. 127 *De formis uerborum — rapiebam explicit.* || f. 127 *Casus nominum sunt sex* — f. 138 *acutum et circumflexum:* excerpta ex Pompeio. post f. 135 unus membranarum quaternio, qui fuit numero duodevicesimus deest. || f. 138* *incip. caesurae uersuum. Caesurae uersuum sunt quattuor* — f. 140* *sunt uiginti octo. explicit feliciter:* cf. Mall. Theodor. ed. Heusinger p. 85 (p. 577 ed. Gaisf.). || f. 140* *incip. malli theodori de metris. Dubitare* — f. 145 *existiment finit liber malli theodori de metris lege qui cupis feliciter. incip. grammaticae artis nomina grece et latine notata. Poeticus liber* — f. 146 *tetracolon quadrimembris:* cf. Mall. Theodor. ed. Heusinger p. 81 (p. 574 ed. Gaisf.). || f. 146* *Incipit de ponderibus. Pondera seu maiora — incipit de mensuris. Amphora uas* — f. 148 *gomor quod dicitur oliui ool. finit de mensuris.* || f. 148 *Incipit notas iuris* — f. 153* *Zen. Zenobius.* sequitur f. 154 explicatio litterarum quibus numeri significantur: cf. notarum laterc. ed. Mommsen p. 315. || f. 154* *Incip. de notis sententiarum. Praeterea quaedam* — f. 155* *inuenerit:* Isidorus de notis. || f. 155* *De geometrica. Digitus habet* — f. 156 *siue parasanga.* || f. 156* *Incip. pars sergii. Ars dicta* — f. 170* *comma caesum* f. 171 *explicit artis donati primae commentarium a seruio factum expletum est:* Servii commentarius in Donatum p. 405—428, 6 || *De accentibus. Accentus siue tonos — ast ego quae diuum incedo.* || f. 171 *incip. de partibus orationis artis donati secundae. Duae sunt* — f. 183 *multorumque librorum fecerunt* f. 183* *commentarium in arte donati priorem expleuit magister seruius:* Servii commentarius in Donatum p. 428, 7—448. || f. 183* *Incip. de partibus orationis artis secundae donati. Oratio dicta est* — f. 221 *pro pudor et reliqua:* excerpta ex Pompeio. || f. 221 *Scemata dianoeas quae ad rhetores pertinent. Inergia est* — f. 224* *uituperationes ex contrario ducimus pari ratione:* anecdota rhetorica ed. Eckstein, cf. rhet. Lat. ed. Halm p. 71 et p. 587. || f. 224 *De figuris uel scematibus Collibitum* — f. 228* *auxerit illum expl.:* carmen de figuris, rhet. Lat. ed. Halm p. 63. || f. 228* *Quisquis rhetorico* — f. 251* *necessitate excusata:* Fortunatiani ars rhetorica duobus capitibus de historia et de epistolis in fine aucta, rhet. Lat. ed. Halm p. 81 et p. 588. || f. 251* *Emporii oratoris de ethopeia. Etsi adlocutio* etc. — f. 259: ib. p. 561 et p. 585. || f. 259* *Incip. praeexercitamina prisciani grammatici. De fabula* — f. 265* *inglorium est explicit.* || f. 266 *De dialectica* — f. 272 *legit tertium nihil habet. explicit.* || f. 272 *De figuris numerorum quos antiquissimi habent codices. Sciendum* — f. 276 *libella:* Priscianus de figuris numerorum, cf. vol. III p. 388. || f. 276 *De temporum ratione:* cf. Mommsen Ztschr. f. AW. l. c. p. 81. || f. 289 *Prima etas est ab adam* — f. 290* *Eraclius ann. XVII huius imperii XIIII anno*

dam in schedis Perizonii, quae in bibliotheca Leidensi servantur, inveni. ipse codex igitur in codice Perizoniano 83 fol. (Geel. catal. librorum manu scriptorum qui inde ab anno 1741 bibliothecae Lugduno-Batavae accesserunt cod. 527) descriptus est ita, 'in membrana est scriptus in forma 4ta numeroque notatus est DCCXV: in superiore margine pag. 1 recentiori manu adscripta sunt Collegii Parisiensis societatis Iesu.' continebat autem post artem Donati cum scholiis, ut videtur, in margine adscriptis et Prisciani institutionem de nomine pronomine et verbo commentarium Servii, de quo in codice Perizoniano 69. 4 (apud Geelium l. c. cod. 502) scripta sunt haec, 'commentarius in Donati editionem primam forte Servii. nam sine ulla distinctione vel nota, quasi esset alterius, cohaerebat hocce opusculum cum Servii commentario in Donati editionem secundam in codice ms. membranaceo Meermanniano in 4, unde illud descripsi, et sicut in eo codice ordine inverso opuscula Donati inveniebantur, ut nempe editio 2 praeponeretur et tum sine ulla distinctione editio Donati prima sequeretur, sic etiam hicce commentarius subnectebatur in ms. et cohaerebat cum commentario Servii in editionem secundam, nulla addita nota explicit finit vel simili, unde constare lectori posset novum ibi opusculum alterius auctoris ordiri tantummodo litteris maiusculis praefigebatur *de littera*', et post apographum commentarii de littera etc. 'nulla nota subiecta in codice sequebantur, incipit de partibus orationis artis secundae, et recentior manus in imo margine adscripserat *τὰ* Sergii grammatici.'

Duae commentarii partes, quae sunt de octo partibus orationis p. 405—420 et p. 428—443, e codice vehementer corrupto una cum Donato primum editae sunt in editione Veneta Iensoni circa annum 1476. sed cum uterque commentarius ad eandem partem Donati, secundam editionem de octo partibus orationis, referretur, ut nomine auctoris alter ab altero distingueretur, prior Servio inscriptus est, 'Servii Honorati in secundam Donati editionem interpretatio', posterior Sergio, 'Sergii grammatici in secundam Donati editionem interpretatio'. princeps editio ab omnibus, quicumque postea has Servii partes ediderunt, expressa est. nam neque reliquae partes commentarii a quoquam additae sunt, neque ad ea quae edita erant emendanda codex manu scriptus adhibitus est. quam multa autem in exemplaribus olim inpressis corrupta et lacunis depravata sint, nunc demum optimo codice Parisino adhibito plane adparuit.

Libellus de finalibus ad Aquilinum Servii Honorati nomine inscriptus in multis codicibus legitur. ex quibus ad recensendum

iudaei ab ispanis christiani efficiuntur. || f. 290* *Incipit libellus bede presbyteri de ortographia. A littera* — f. 301* *sermo peruenit:* p. 2775—2804 ed. Putsch. || f. 302. 303 sententiae et glossae.

librum elegi hos, Vindobonensem 16, olim Bobiensem, de quo supra p. VII dictum est, in quo Servii liber scriptus est f. 139—141; Monacensem, olim Frisingensem 81, f. 72—76;*) Leidensem 122, de quo dictum est p. XXXI, f. 59 *Seruius honoratus aquilino salutem* — f. 62 *longae sunt exp. de finalibus litteris honorati grammatici;* Monacensem Emmeramum G. 121 (cf. p. XXXII) f. 184 *Seruius marius honoratus aquilino salutem* — f. 188 *longae sunt.* sed Bobiensis codex et Frisingensis, qui plerumque inter se consentiunt, antiquiorem libri formam exhibere videntur, Leidensis et Emmeramus recentiorem ex interpolationibus et mutationibus posteriorum grammaticorum profectam. reliqui autem codices, quos quidem ipse vidi, partim illam antiquiorem formam praebent, partim interpolatorum librorum rationem sequuntur.

Primum editus est hic Servii liber Mediolani a. 1473, 'Bedae liber de schematibus et tropo. eiusdem diui Bedae de figuris et metris. Commentarium Sergii de littera. Commentarium Maximi Victorini de ratione metrorum. Metrocius Maximus de litteris et de syllabis. De finalibus litteris Honorati grammatici. Servii grammatici Centimetra. Focae grammatici liber de nomine et verbo — opus impressum Mediolani per M. Antonium Zarotum Parmensem die XII semptembris MCCCCLXXIII'; postea Laurentii Abstemii opera Callii a. 1476, 'Servii Honorati Libellus de ultimis syllabis et Centimetrum — Callii, Robertus de Fano et Bernardinus de Bergomo 1476'. utramque editionem non vidi. tres autem editiones, quibus usus sum, Mediolanensis Iani Parrhasii cum institutis Probi a. 1504, Tubingensis Ioachimi Camerarii cum Mario Victorino a. 1537, Lug-

*) Codex Monacensis Lat. 6281, Frisingensis 81 memb. 4 saec. X f. 1 *in nomine domini nostri incip. regula aureli augustini de nom. Omnia nomina* — f. 27 *indeclinabile est expl.* || f. 27 *Incipit expositum sergii de octo partibus orationis. Oratio dicitur* — f. 52 *proferuntur:* Sergii explanationes in Donatum 487, 22—518, 29. || f. 52 *De littera. Littera dicta est* — f. 62* de interiectione *et siqua sunt similia:* excerpta ex Donati arte maiore et Sergii in eam explanationibus. || f. 63 *Omnia nomina* — f. 72* *deserendum inuenies. explicit institutio prisciani grammatici de nomine pronomine et uerbo.* || f. 72 *Seruius honoratus aquilino* — f. 76 *longae sunt:* Servius de finalibus. || f. 76 *Incipit commentarius seregi dñ. Littera dicta est* — f. 81* *cano troiae finit liber seregii grammatici:* Sergius de littera etc. p. 475—485. || f. 81* *Incipit commentarium maximiani uictorini de ratione metrorum. primo de litteris et syllabis. Liquentes* — f. 87* *exerceat. fin. liber maximiani gramatici.* || *Quae sint praeterea tres primae maximī figurae dicendi* — f. 88 *uehementia:* de generibus dicendi. || f. 88 *Metrorius de latinis et in roma fuit et nobilissimi generis patre solonio et matre prissionatia. incipit de finalibus litteris uel syllabis metrorii. Quamquam* — f. 91* *meliboei:* anal. gramm. Vindob. p. 455—469. || f. 91* *Incipit ars foci grammatici. Ars mea* — f. 108* *similia. expl. ars foce grammatici de nomine et uerbo.* || f. 108* *Incipiunt declinationes nominum. Iustia nomen* — f. 114* *subiectis.* || f. 114* *Incip. ars asperi de partibus orationis. Partes orationis sunt* — f. 126* *et siqua sunt similia.* ex Frisingensi codice descriptus est Tegernseensis 181 saec. XI.

dunensis (nam falso in indice siglorum dicta est Basileensis) item cum Mario Victorino apud P. Sanctandreanum inpressa a. 1584, non multum inter se discrepant. sed prorsus diversa libri forma una cum aliis grammaticis exhibita est in editione Basileensi a. 1528 'Servii Honorati de ratione ultimarum syllabarum ad Aquilinum', addito in margine 'alias Basilium'. haec autem libri forma, quae a Servio, qualis vulgo editus erat, diversa est et cum iis quae de simile argumento scripta Maximo Victorino in aliis codicibus tribuuntur eoque nomine edita sunt anal. gramm. Vindob. p. 455 sqq. fere consentit, ex codice Palatino 1753 saeculo decimo scripto videtur petita esse. nam in eo hic liber prorsus eodem modo, quo in Basileensi editione exhibetur, scriptus est f. 71 *Ad basilium amicum sergii. Ultimarum syllabarum* — f. 74 *aut dipthogis. final. regul. explicit feliciter amen.* eadem leguntur etiam in codice Valentiniano M. 6. 10 item decimo saeculo scripto, qui ut in reliquis omnibus, quae in eo codice scripta sunt, ita in hoc libro prorsus cum Palatino consentit. praeterea quaedam ex eodem libro excerpta et Servii nomine inscripta sunt in codice Sangermanensi 1180 saec. IX. Basileensem editionem expressit Putschius, qui novae libri formae p. 1799—1810 editae subiecit veterem plurimis libris manu scriptis et olim inpressis propagatam p. 1810—1816. atque ad hanc solam vulgarem libri formam pertinet, quod Servii librum 'ex libris Bongarsii emendatum' esse scribit. nam in ea codice Bernensi 432 saeculo decimo scripto usus est. post Putschium hunc librum, eum dico, qui apud illum secundo loco positus est, Vindobonenses analectorum grammaticorum editores ediderunt p. 489 sqq. qua editione adhibito Bobiensi codice ita emendatio libri provecta est, ut pauca addenda essent. itaque ad Bobiensem codicem, cuius scripturam ex Vindobonensi editione petivi, adsumpsi Frisingensem, cuius item integra discrepantia exhibita est; ex interpolatis codicibus et editionibus ea quae maxime memorabilia videbantur adscripsi. alterum autem librum, qui ex Palatino codice editus est, quoniam a Servio alienus est, alii loco relinquendum existimavi.

Libri de centum metris codices antiquissimi sunt tres, Neapolitanus bibliothecae olim Borbonicae IV A 8, Parisinus 7530, Santenianus, nunc Berolinensis 66. in Neapolitano codice, de quo in praefatione primi voluminis dictum est, Servii liber cum arte grammatica Charisii coniunctus est f. 38 et 36. sed lacunis membranarum, de quibus dixi l. c. p. XI sq., cum et prioris schedae dimidia fere pars abscisa et in posteriore aliquot locis scriptura deleta esset, prima libri pars usque ad 460, 3 *Lyaeus advenit* praeter pauca, quae in laciniis membranarum relicta sunt, prorsus periit, in extrema autem parte post 465, 13 *de asclepiadio* quaedam exciderunt. Pari-

sinus codex, in quo hic liber, sicut supra p. XLI indicatum est, legitur f. 31—35, ex bono quidem et integro fonte derivatus, sed multis librarii erroribus corruptus est. nam non solum in singulis verbis multa neglegenter scripta vel omissa sunt, sed etiam aliqua pars libri 465, 25 *de miuro* — 467, 5 *congruit* membranis, ut videtur, in archetypo perturbatis post 464, 19 *trimetro catalectico* transposita est. Santenianus codex, de quo dictum est p. XXXII, omissa extrema parte libri, quae est de dispersis metris, ea quae antecedunt exhibet p. 223—231. metra ionica a minore autem 464, 12—26 et in hoc et in Parisino et in reliquis omnibus codicibus, quos vidi, praeter unum Neapolitanum ante ionica a maiore 464, 1—11 conlocata sunt. sequitur magnus numerus codicum post nonum saeculum scriptorum, in quibus vetus libri forma cum neglegentia librariorum tum licentia grammaticorum magis corrupta est. qui codices quamquam ad priscam scripturam cognoscendam nullam auctoritatem habent, tamen, quo certius de varia libri inscriptione, qua olim ferebatur, constet, exempli causa quosdam ex his et antiquissimos enumerabo. codex Darmstadiensis 1283, olim Coloniensis 83, nono saeculo vel ineunte decimo scriptus *in nomine dei summi incipit ars mauri seruii grām de centmetris. Clarissimo albino seruius grammaticus salutem — exsoluat. mauri gramatici seruii explanationum de centumetris libellus feliciter explicit amen deo gratias.* codex Valentinianus N. 5. 1 nono saeculo scriptus, *incipit ars marii seruii grammatici de centum metris in almi heroys nomine. Carissimo albino — exsoluant. mauri seruii grammatici de centum metris explanatio feliciter amen.* codex Bernensis 207 saec. X, olim Bongarsii, *incipit martis eruli grammatici. Licet audacter* 457, 1 — *dulcisonoram* 467, 17: huius scripturam exhibuit Streuberus Philol. vol. III p. 371 sqq. codex Parisinus 7730 saec. X, *seruius honoratus albino suo salutem — exsoluat. marii seruii honorati grammatici centimetrum explicit.* codex Parisinus 7491 saec. X, *incipit marii seruii grammatici de centum metris Clarissimo albino — exsoluat. marii seruii grammatici explicit de centimetris feliciter.* codex Leidensis bibl. publ. 135 saec. X *incipit liber maurii seruii grammatici de centum metrorum generibus. Clarissimo albino — exsoluat. explt libellus de centimetro ad albinum seruii grammatici.*

Veteres editiones, cum non solum ex interpolatis codicibus exprimerentur, sed etiam usui scholarum destinarentur, librum vehementer mutatum et ab ea forma, qua in antiquissimis codicibus scriptus est, deflexum exhibuerunt. editus autem est cum libro de finalibus primum Mediolani a. 1473, deinde Callii a. 1476, postea saepe una cum libris a doctis eius aetatis hominibus de simili argumento scriptis, in Italia cum Nicolai Perotti de generibus metrorum et cum Maturantii de conponendis carminibus libro, in Germania cum

Bebelii arte versificandi. antiquiorem libri formam primus restituere studuit Putschius Bongarsianis libris adiutus, ut dicit, 'ars de centum metris ex libris Bongarsii plurimis locis aucta et emendata'. plura emendavit Laurentius Santenius, qui codicibus manu scriptis et veteribus editionibus adhibitis emendatum libri textum paucis coniecturis in margine additis edidit a. 1788.*) quamquam is quoque nec optimis usus est codicibus et nimium tribuit veteribus editionibus, quarum nulla auctoritas est. post hunc nihil novi attulit Francisci Nicolai Kleinii editio in scriptione scholastica Confluentibus a. 1824 exhibita, 'Mauri Servii grammatici ars de centum metris e codice vetere correcta'. nam quamquam Darmstadiensi codice, quem supra indicavi, usus est, tamen neque codex interpolatione vacat, sicut illi visum est, neque ipse ad eius auctoritatem librum Servii exegit, sed Santenii recensionem secutus discrepantiam codicis et scripturas veterum editionum in adnotatione subiecit, eaque ita disposuit, ut saepe intellegi nequeat, quid in codice scriptum sit. Santenii recensionem repetiit etiam Gaisfordius in scriptoribus Latinis rei metricae Oxonii a. 1837 additis variis scripturis cum veterum editionum tum duorum codicum Bodleianorum.

In tanta igitur librorum manu scriptorum et olim inpressorum diversitate facilius fuit genuinam antiquissimorum codicum scripturam restituere, quam quid postea interpolatione grammaticorum invectum sit ante oculos ponere. nam Neapolitanus codex ita reliquos omnes bonitate scripturae antecellit, ut, ubi eius auctoritate uti licet, unus fere ad veram scripturam constituendam sufficiat. in iis autem quae in illo perierunt, vel siquando librarius peccavit, satis firmum praesidium paratum est Parisino et Santeniano codice, neque quidquam quod fide dignum sit ex reliquis accedit. sed propter veterem auctoritatem interpolatorum exemplarium, quibus olim omnes usi sunt, ne horum quidem scriptura prorsus videbatur omitti posse. quare praeter antiquissimorum codicum discrepantiam, quae integra exhibita est, veterum editionum scripturam, ubi opus videbatur, indicavi, ut intellegeretur, quo modo haec olim scripta ferrentur; pauca etiam ex Darmstadiensi codice et ex Laurentiano 47, 8 quinto decimo saeculo scripto, quo genere librorum antiquissimi editores usi sunt, adscripsi.

Libro de centum metris subieci libellum de metris Horatianis ipsum quoque Servii nomine inscriptum, qui ex codice Parisino 7530 f. 35—38 nunc primum editus est. neque ulla eius libri memoria

*) Marii Servii Honorati centimetrum ex vetustissimis exemplaribus correctum. Lugduni Batavorum apud S. et L. Luchtmans CIↃIↃCCLXXXVIII. a Santenio paratam esse editionem adparet ex notis Santenii et Lennepii in Terentianum Maurum p. 287 et 488.

praeter unum codicem extat. quamquam autem in ea versatur materia, quae et per se levis et saepe a grammaticis tractata sit, tamen propter nomen Servii et propter rationem tractandi ab ea qua alii usi sunt diversa non indignus esse visus est qui ederetur.

Sergii commentarius de littera de syllaba de pedibus de accentibus de distinctione in codice Bobiensi, nunc Vindobonensi 16, f. 42—44 et in Frisingensi 81 f. 76—81 legitur. sed praeter hos multi sunt codices, in quibus vel totus liber vel aliquae partes eius scriptae sunt. ex quibus videntur commemorandi esse hi. codex Parisinus 7491 saec. X *incipit commentarium* CEPHΓII ΔE ΛITTEPIC. *Littera dicta est — troie. finit de accentibus de ultimis syllabis cōm̄s p̄pos atque interiecioñ. Coniunctiones fere omnes corripiuntur sed quae a uel i terminantur excepto ita — et cetera similiter uel circumflexum in ultimo accentum. finit.* codex Parisinus 7520 saec. X *incipit commentarium sergii* (corr. *seregii*) *de litteris. Littera dicta est — in ultimo sumunt accentum.* codex Parisinus 7559 saec. X *incipit commentarium seregii. de litteris. Littera dicta est — troie. incipit de distinctione siue praepositione atque interiectione. Coniunctiones fere omnes — in ultimo sumunt accentum.* codex Bernensis 432 saec. X *incipit commentarium seregii de litteris. Littera dicta est — troiae. de ultimis syllabis cōm̄is p̄pōt adque interiect. Coniunctiones fere omnes — in ultimo sumunt accentum. finit.* nam in his omnibus codicibus brevis commentarius de ultimis syllabis coniunctionum praepositionum interiectionum ei qui est in fine libelli Servii de finalibus similis adiectus est. codex Leidensis Voss. 37. 8 saec. X, *incipit commentarium sergii* (corr. al. man. *seruii*) *de litteris. Littera dicta est — troiae. de soloecismo. Soloecismus quid est* etc. sequitur commentarius de soloecismo, de tropis, de metaplasmis: cf. vol. I praef. p. XXIII. prima libri pars scripta est in codice Sangallensi 876 saec. IX p. 98 *expositio artium donati. Littera dicta est* — p. 104 *item ut proceleumaticus quattuor syllabas et quattuor tempora* (480, 11). *de barbarismo:* sequitur Donati pars de barbarismo et ceteris vitiis et virtutibus orationis. extrema pars libri legitur in codice Parisino 7530 f. 40. 41.

Eadem ratione, qua in libris manu scriptis vulgo scriptus est, Sergii liber primum editus esse videtur in editione Mediolanensi a. 1473 supra p. XLIV indicata. sed quia eadem artis grammaticae elementa, quae in hoc libro tractantur, in prima parte artis maioris Donati, quam partem tum vulgo primam editionem dicebant, exposita sunt, Ianus Parrhasius (nam is eius rei auctor extitisse videtur) in editione Mediolanensi Probi sic inscriptum librum exhibuit, 'Sergii in Donati artem primam commentaria'. deinde Servii nomen induxit Ioachimus Camerarius, qui eam libri partem, quae est de pedibus et de accentibus, cum Mario Victorino Tubingae a. 1537 edi-

dit sic inscriptam, 'Servii Honorati de pedibus versuum libellus'. postea Putschius rationem a Parrhasio institutam secutus cum Servii commentario in secundam editionem Donati de octo partibus orationis, qui commentarius ipse quoque tum vulgo Sergii nomine inscriptus ferebatur, ita hunc librum coniunxit, ut hunc 'Sergii grammatici in primam Donati editionem commentarium', illum 'Sergii grammatici in secundam Donati editionem commentaria' inscriberet. denique eodem titulo recepto Vindobonenses analectorum grammaticorum editores librum Sergii ad fidem codicis Bobiensis emendatum adhibito etiam codice Vindobonensi 7520, qui quinto decimo saeculo scriptus est, ediderunt. ego in hoc libello recensendo easdem rationes secutus sum, quibus in libro Servii de finalibus me usum esse antea dixi. nam summam auctoritatem in hoc quoque libro habet Bobiensis codex, cuius scripturam ex Vindobonensi editione petivi. ad hunc in aliqua parte libri codex Parisinus 7530 proxime accedit. praeter hos fide dignus esse visus est Frisingensis, qui ita cum illis consentit, ut his tribus codicibus antiquissima libri forma exhibeatur. eorum igitur integra scriptura proposita est. quamquam in Bobiensi codice laceratis membranis quaedam in initio libri ita deleta sunt, ut non satis certo constet, quid scriptum fuerit. quare, ubi de scriptura videbatur dubitari posse, lacunam esse monui. reliqui autem codices, quorum mihi usus patebat, et exempla olim inpressa inventis recentiorum grammaticorum depravata sunt. itaque quae ex his adscripsi non tam ad veterem scripturam inveniendam quam ad cognoscendas interpolationes et coniecturas posterioris aetatis pertinere volui.

Explanationum in artem Donati libri duo ex codice antiquissimo, qui est in bibliotheca monasterii S. Pauli in valle Lavantina in Carinthia siti numero insignitus 24, editi sunt. huius codicis copiam mihi fecit Martinus Hertzius tum, cum ad illum, sicut in praefatione Prisciani gramm. Lat. vol. II p. XI narravit, Berolinum liberaliter missus erat. est autem in membranis forma maxima paginis bifariam divisis scripturae genere eo, quod vulgo Longobardicum dicunt, scriptus et ex tribus fasciculis membranarum compositus. ex quibus fasciculis primus f. 1—20, qui mihi paulo antiquior esse visus est, quam duo qui sequuntur, ita ut hunc octavo, illos nono saeculo tribuerem, excerpta Pompeii grammatici continet, quorum principium editum est anal. gramm. Vindob. p. 510. in secundo fasciculo f. 21—42 commentarius recentioris cuiusdam grammatici in Donatum scriptus est. tertius f. 43—75 hunc librum, de quo nunc agitur, continet ita, f. 43* (nam prior pagina vacua relicta est) *incipit tractatus seruii in donati libr. Plerique artis grammaticae latores* (486, 1) — f. 54 *finit feliciter commentatus de octo seruii partibus*

grammatici f. 54* *Explanatio litterae inc.*, ubi alia sed ipsa quoque antiqua manu nomen *sergius* superscriptum est, *Littera dicta est quasi legitera* (518, 31) — f. 75 *amiclas:* cf. p. 565. sequitur liber Coronati scholastici de ultimis syllabis partium orationis, ut videtur, ex quo pauca de nomine et pronomine cum epistula scriptoris relicta sunt. haec in extrema pagina scriptura paulum diversa ab iis quae praecedunt scripta sunt ita, *expliciunt finiales sergii incipiunt coronati scholastici. Domino eruditissimo peritissimorum atque inlustri fratri luxorio coronatus. Cum considerarem temporis nostri lectores* etc. praeter Lavantinum codicem unum extare novi, qui totum librum, sicut in illo scriptus est, continet, Oxoniensem collegii Mariae Magdalenae n. 64 membranaceum quinto decimo saeculo scriptum, quem breviter descripsit Coxius in catalogo codicum manu scriptorum, qui in collegiis aulisque Oxoniensibus hodie asservantur, coll. Mar. Magd. cod. 64. discrepantiam scripturae in ea parte, quae est de accentibus, intercedente Halmio liberaliter mecum communicavit R. P. Smith, bibliothecae Bodleianae custos. sed prima pars libri, quae ad minorem artem de octo partibus orationis pertinet, scripta est in codice Santeniano supra p. XXXII descripto p. 280—326 et cum excerptis quibusdam ex commentario maioris artis in Frisingensi f. 27—62, de quo dictum est p. XLIV. his similis est Bernensis 207 saeculo decimo scriptus, *incipiunt prime expositiones sergii de prioribus donati grammatici urbis romae. Oratio est oris ratio id est oris eloquutio* — de interiectione *dolorem vel laetitiam proferuntur*, quamquam in eo multa mutata et in breviorem formam redacta sunt. ad eandem partem pertinent duo codices Vaticani chartacei saec. XV 1491, *Servius Nicomediensis. Oratio dicitur elocutio* — de interiectione. *contulit semen*, et 1492, *incipit Ars Donati grammatici in compendium redacta semel postremoque rursus redacta in compendiolum et primo de oratione. Ratio dicitur elocutio quasi oris ratio — et quicquid uoluero erit compositae figurae. sed potius omnia erunt composita* (495, 15). *Compendium Servii grammatici ex grammatica donati finit feliciter:* in initio commentarii manu recentiore adscripta sunt haec, *in quodam libro hic libellus ascribebatur Sergio et procedit tamquam expositorum in prima arte donati. flaminius (ut mihi relatum fuit) dicebat Sergium primam editionem donati etiam exposuisse.* denique initium libri scriptum est in codice Sangermanensi 1180 saec. IX f. 63 *Plerique artis grammaticae latores* — f. 64* *expressimus* (489, 19).

Prima pars libri de octo partibus orationis ex codice Santeniano primum edita est a Friderico Lindemanno cum Pompeii commentario in Donatum Berolini a. 1820. postea analectorum grammaticorum editores Vindobonenses et praefationem libri in Santeniano codice omissam et commentarium de accentibus ex Lavantino codice edi-

derunt. eiusdem commentarii de accentibus aliquam partem ex Oxoniensi codice olim ediderat Wasius, senarius sive de legibus et licentia veterum poetarum Oxonii a. 1687 p. 62, quamquam is plurima sua coniectura mutaverat. reliqua, quae adhuc edita nondum erant, ex Lavantino codice nunc primum exhibita sunt. nam in magna parte rerum tritissimarum, quae ex infimae aetatis disciplina petitae sunt, tamen bonis et antiquis auctoribus usum esse scriptorem cum observationes prisci sermonis non paucae tum fragmenta quaedam veterum scriptorum adhuc ignota probant, propter quae liber hac cura non indignus esse visus est. in quo illud non puto molestum esse, quod non omnia, sicut in codice scripta sunt, edidi, sed quaedam, quae aut prorsus inutilia videbantur aut inepte repetita erant, omisi. per totum librum autem fidem Lavantini codicis ita secutus sum, ut huius unius scriptura integra exhiberetur. in prima parte, quae in Frisingensi et in Santeniano codice scripta est, cum horum librorum scriptura a Lavantino codice saepe discrepet, omnem eam discrepantiam proponere inutile erat, sed ea quae rectius in illis scripta erant vel memorabilia esse videbantur adscripta sunt. et de Santeniano quidem codice praeter paucos locos, in quibus ipse librum inspexi, editioni Lindemanni fidem habui. etiamsi enim multa non satis accurate in illa expressa sunt, tamen, quoniam non multum auctoritatis tribuendum est codici neglegenter scripto, praesertim in tam exili materia, quae in hac parte tractatur, non opus esse videbatur errores Lindemanni codice iterum excusso corrigere. praeterea in initio libri excerptis Sangermanensibus, quae cum Lavantino codice plerumque consentiunt, usus sum. in commentario de accentibus autem integram scripturam codicis Oxoniensis exhibui, ut in ea certe parte, quae singulari cura in primis digna est, unius codicis fides alio testimonio firmaretur et exemplo constaret emendationem eorum quae in Lavantino codice corrupta sunt non magno opere adiuvari Oxoniensi codice, quippe qui tam accurate cum illo consentiat, ut, quamquam ex eo ipso descriptus non est, tamen eiusdem archetypi scripturam referat.

Ea quae de idiomatibus casuum et generum in fine voluminis edita sunt partim ex codice Parisino 7530 f. 41—48 petita sunt, partim ex Neapolitano Charisii codice, in quo quem ad modum haec scripta sint indicatum est vol. I praef. p. X. sed quae ex Neapolitano codice edidi olim a me, cum codicem tractabam, propter brevitatem temporis omissa amicitiae Georgii Thilonis, qui haec me rogante descripsit, debeo. sequuntur autem in codice indices quidam verborum, sicut dictum est l. c. p. XI, qui cum et mihi olim et postea Thiloni minus digni visi essent qui describerentur, nunc omittendi erant. utriusque codicis igitur scripturam in iis quae

edita sunt integram exhibui, nisi quod in Graecis vocabulis eam discrepantiam, quae non ex diversitate aliqua sententiae vel errore librarii profecta est, sed ad rationem scribendi vel pronuntiandi pertinet, omisi. ex quo genere sunt haec, quod saepe *o* pro *ω* scriptum est, ut *θοραξ* pro *θῶραξ*, *ε* pro *αι* vel *η*, ut *αξιουμε τιθεμι* pro *ἀξιοῦμαι τίθημι*, *ι* pro *ει*, ut *φιδομαι υπατια* pro *φείδομαι ὑπατεία*, vel contra *ει* pro *ι*, ut *χρημασειν* pro *χρήμασιν*, et *ι* pro *υ*, ut *θοριβος* pro *θόρυβος*, et quod *ν* pro *μ* vel *γ* positum est in talibus, *ενφερης* pro *ἐμφερής*, *ελενχος* pro *ἔλεγχος*.

Restat ut paucis explicetur, quam auctoritatem in his libris, de quibus modo dictum est, nomina quibus inscripti sunt Servii vel Sergii habeant. Servium igitur grammaticum Q. Aurelio Symmacho aequalem, sed aliquot annis iuniorem a Macrobio in Saturnaliorum libris induci constat: cf. Ian proleg. in Macrob. p. XXIX. neque videtur dubitari posse quin ad hunc et commentarius in Vergilii carmina et libri de arte grammatica hoc nomine inscripti referendi sint, sicut post disputationes Ioannis Seldeni de synedr. Ebr. I, 10 (opp. omn. vol. I, 2 p. 965) et Andreae Bosii de pontificatu max. imper. Rom. IV, 4 (Graev. thes. antiq. Rom. t. V p. 293) nunc vulgo creditur. nam non modo egregia artis grammaticae doctrina Servium quamvis adulescentem ea aetate floruisse dicit Macrobius I 2, 15. 24, 8; 20. VII 11, sed etiam de grammaticis quaestionibus, maxime de elocutione Vergilii, docte disputantem eum facit I 4, 4. II 2, 12. VI 6 sqq. sed cum postea grammatici, apud quos magna erat Servii auctoritas, ea quae scripta reliquerat, quo aptiora fierent ad suae aetatis usum, mutarent vel alia, quae ab illo omnino scripta non erant, adderent et supponerent, tam multa huic grammatico tributa sunt, ut iam non quae ipse scripserat, sed quae posterior aetas ei tribuerat hoc nomine inscripta ferrentur. his studiis autem et frequenti librorum usu etiam nomen grammatici videtur corruptum esse, ut pro vetere Servii nomine mox Sergius vel Seregius diceretur. nam ita haec nomina et in codicibus, quos supra enumeravi, et in commentariis grammaticorum, qui libris Servii vel Sergii utebantur, inter se coniuncta et mixta sunt, ut, quamvis in maiore parte librorum constantem usum deprehendere liceat, tamen certo discrimine, quasi duo grammatici diversis nominibus appellati fuerint, separari nequeant. quare ne nunc quidem ad unum nomen omnia revocari possunt, sed in uno quoque libro ut optimorum codicum fide nomen grammatici traditum est, ita scriptum reliqui. sed iam de singulis libris videamus.

Itaque vetus grammatici nomen plenius quam in reliquis libris scriptum est in libro de centum metris, qui in plurimis codicibus atque in ipso omnium optimo et antiquissimo Neapolitano Mario Servio

tribuitur; in aliis Honorati nomen additum, in aliis pro Mario Maurus dictus est. et Honorati quidem nomen aliis Servii libris confirmatur; de Mario et Mauro quoniam in commentario Vergiliano quoque eadem librorum manu scriptorum discrepantia est, neque mihi constat, utrum nomen genuinum sit, optimi codicis auctoritatem sequi non dubitavi. atque hunc ipsum esse Servium illum, quem Macrobius loquentem facit, nomine Albini, ad quem liber scriptus est, indicari putaverunt Seldenus et Bosius l. c. nam eum non diversum esse voluerunt a Caecina Albino, quem Macrobius Sat. I 2, 15 cum Servio venientem et sermonum illorum participem inducit. in quo illud non animadverterunt, si modo recte utriusque rationes Macrobius descripsit, de ipso Caecina Albino cogitari non posse, propterea quod is maior natu fuit quam Servius, cum liber de centum metris ad Albinum puerum vel adulescentem scriptus sit. sed quia patrem et avum Albini sui laude doctrinae floruisse Servius scribit, relinquitur ut ad filium vel nepotem Caecinae Albini scriptus esse liber dicatur. alius de arte metrica liber, qui de metris Horatianis ad Fortunatianum scriptus est, in Parisino codice, ex quo eum librum nunc primum edidi, Servio tribuitur. in eodem codice autem post illum librum brevior de eodem argumento commentarius subscripto Servii nomine f. 40 legitur. qui cum nihil novi contineat neque omnia Horatii carmina conplectatur, a me editus non est. in utroque igitur libro quae sit auctoritas nominis Servii, non satis conpertum est.

Commentarium in Donatum, quo Servius primus omnium celeberrimam antiquioris grammatici artem, ut videtur, exposuerat, et Priscianus adscripto nomine Servii citavit instit. I p. 8, 15 conl. Serv. p. 422, 15, et grammatici, qui post eum in Donati libro interpretando operam conlocaverunt, saepe adhibuerunt. nam multa, quae ab illo scripta erant, cum apta esse viderentur ad praecepta Donati explicanda et supplenda, postea in alios libros, qui in eodem argumento versabantur, translata sunt. ex hoc genere sunt duo libri explanationum in Donatum ex Lavantino codice editi, in quibus utraque Donati ars ita exposita est, ut eorum quae Servius scripserat, maxime in minore arte, ratio haberetur. et cum pleraque non nominato auctore recepta sint, tum in iis quae Servius praeceptis Donati addiderat p. 408, 36 ipsius mentio facta est p. 496, 26 *haec sunt quae Donatus in prima parte artium tractavit; haec magister Servius extrinsecus dictavit.* praeterea commentarius de ultimis syllabis, is quem Sergii nomine inscriptum in duobus codicibus superesse dixi p. XLV, receptus est p. 512, 12 et 562, 25. hinc videtur factum esse ut ille liber, quamvis a vetere Servii commentario prorsus diversus esset, tamen Servii vel Sergii nomen traheret. enimvero de Servio et Sergio non in hoc libro tantum codices discrepant, sed eadem nominis

discrepantia est in ipso Parisino codice, ex quo commentarium Servii, qui quidem nunc superest, edidi, siquidem prima eius commentarii pars inscripta est pars Sergii f. 156, in reliquis Servii nomen servatum est f. 171 et 183. recentiores autem grammatici, siquid, quod ad hos commentarios vario modo mutatos referri possit, in libros ex antiquioribus grammaticis collectos, quales multi in codicibus leguntur, receperunt, Sergii vel Seregii nomen praescribere solent.

Libellum de finalibus quoque a Donati praeceptis profectum esse ipse scriptor significavit p. 449, 6. nam quae in Donati arte breviter indicata, mox in commentariis ad eam scriptis uberius explicata erant, hic in conpendium redacta sunt. nomen auctoris autem non solum in codicibus constanter scriptum est Servius Honoratus, nisi quod in uno Emmeramo etiam Marii nomen additum est, sed etiam confirmatur a grammaticis, qui in iis quae ex hoc libro descripserunt vel Servii vel Honorati nomine utuntur. Sergii enim nomen non legitur nisi in commentario ad Basilium scripto, qui Servii Honorati libro ex parte quidem similis, sed tamen satis ab illo diversus est. hinc intellegitur, quid iudicandum sit de Osanni sententia, qui in symbol. litter. vol. II p. 378 utrumque librum a Servio scriptum esse contendit. etenim quod ne codicum quidem auctoritate commendatur, id ille incertis argumentis defendere conatus est. immo Sergii etiam nomen, ut levem auctoritatem in isto libro habet, ita non ex antiquiore tempore propagatum, sed infima aetate una cum epistula ex Servii Honorati libello petita videtur additum esse. contra liber de littera de syllaba de pedibus de accentibus de distinctione, qui ipse quoque Donati doctrinam sequitur et cum Servii vel Sergii commentariis plerumque consentit, et in codicibus et in excerptis grammaticorum, in quae multa ex eo libro recepta sunt, constanter Sergio vel Seregio tribuitur. quare haud scio an haec sit eius nominis origo, quod ea quae in vetere Servii commentario de eodem argumento scripta erant postea in hanc libelli formam, quae nunc est, redacta sunt.*)

*) Postquam nomen Sergii iis quae de elementis artis grammaticae in hoc libello disputata sunt celebrari coeptum est, infimae aetatis grammatici ita eo nomine abusi sunt, ut suis commentariis, quos Sergii libello adhibito de iisdem rebus conposuerant, nomen grammatici praescriberent. cuius generis commentarius de littera de syllabis de accentu de pedibus legitur in codice Vaticano bibliothecae Reginensis 1587 saec. X, *incipit Sergii de arte grammatica. Ars grammatica est institutio sermonis*, et huic similis de littera in codice Vindobonensi 16, olim Bobiensi, eodem modo inscriptus, qui editus est anal. gramm. Vindob. p. 197. denique in codice Leidensi bibl. publ. 135 saec. X disputatio quaedam ineptiarum plena de Latinis litteris cum Graecis et Hebraicis conparatis scripta est ita, *in nomine dei summi incipit ars Sergii grammatici. Triplices nungulis bithaeriae seu duplices latine peplices seu quanplices seu triplices duplicesque bitheriae* sqq.

Denique excerpta de idiomatibus casuum et generum a grammaticis Servio adscripta esse duae subscriptiones codicis Parisini f. 46 (p. 572, 10) *Servii grammatici maximae et antiquae Romae* et f. 49 (p. XLI) *explicit libellum Servii grammatici* indicare videntur. quamquam ex rationibus illius codicis non satis certo adparet, quo nomen grammatici pertineat. et quoniam hoc idiomatum genus iam magis ad consuetudinem glossariorum, quibus Latina vocabula adpositis Graecis interpretari solebant grammatici, quam ad studia eorum qui artibus scribendis operam dabant pertinet, praetermittendum non est ad glossas quoque nomen Servii translatum esse. de quo Franciscus Oehlerus mus. Rhen. noviss. t. XVIII (a. 1863) p. 253 sqq. editis aliquot glossis, quae Servii nomine inscriptae sunt, disputavit.

Scripsi Erlangae mense Maio anni MDCCCLXIV.

PROBI

CATHOLICA.

B codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 16

p excerpta codicis Parisini 7520

ς editio princeps a Iano Parrhasio facta Vicetiae a. 1509

DE CATHOLICIS PROBI.

p. 1439—41 P. p. 101. 2 L.

Quoniam instituta artium sufficienter tractavimus, nunc de catholicis nominum || verborumque rationibus doceamus.

Quidam sic esse nominum declinationes numero quinque voluerunt, sicut verborum coniugationes tres, et omnem declinationem ex genetivo casu numeri singularis posse cognosci. et primae quidem declinationis genetivum singularem ae diphthongo terminant generis masculini et feminini, ut hic poeta huius poetae, haec Musa huius Musae. nam prima declinatio neutrum nomen non habet, id est ae diphthongo genetivus singularis terminatus generis neutri non invenitur, exceptis quibusdam generis omnis, ut hic et haec || et hoc verna, hic et haec et hoc advena. dicimus enim verna puer, verna puella, verna mancipium. lectum est et unum hac declinatione nomen generis neutri apud Sallustium, 'et dextrum flumen Turia', huius Turiae. nam e sola sive correpta sive producta nullius generis casus genetivus reperitur terminatus, nisi antique, ut Vergilius

libra die somnique pares ubi fecerit horas,

et Sallustius 'dubitavit acie pars'. secundae declinationis genetivus singularis i littera terminatur in omni genere, ut hic Plautus huius Plauti, haec fraxinus huius fraxini, hoc bellum huius belli. | tertiae declinationis genetivus singularis is syllaba terminatur in omni gene||re, hic orator huius oratoris, haec virgo huius virginis, hoc carmen huius carminis. quarta declinatio genetivum singularem us syllaba terminat in genere masculino et feminino, ut hic fluctus huius fluctus, haec manus huius manus. nam generis neutri genetivus singularis quartae declinationis u producta terminatur, ut hoc cornu huius cornu, quoniam genetivus singularis us syllaba terminatus in genere neutro numquam reperitur. quintae declinationis genetivus singularis ei separatis terminatur et regit genus tantum modo femininum, ut haec species huius speciei, excepto uno communi duum

1 DE CATHOLICIS PROBI *B* PROBI Grammatici Catholica ς M. VALERII PROBI GRAMMATICARVM INSTITVTIONVM LIBER II. Qui est de Catholicis nominum et verborum *Putschius* 2 tractanimus ς tractabimus *B* 10 ut *om. B, add. p* 13 apud Sallustium] in II historiarum *Priscianus p.* 641. 680 : *cf. infra p.* 1445 turia huius turiae *p* Thuria huius Thuriae ς *et, ut videtur, B* 15 Vergilius] *georg.* I 208 17 Sallustius] in historiis libro I *Priscianus p.* 781 *et Servius in Verg. georg. l. c.* aciae *B* 24 producta *corr.* producto *B*

p. 1441. 42 P. p. 102. 3 L.

generum, masculini et feminini, hic et haec dies huius diei. e autem, quae ante i est in genetivo, et producitur et corripitur: tunc producitur, cum nominativus singularis es pura producta syllaba terminatur, ut haec series huius seriei; tunc corripitur, cum es syllaba habet ante se aliquam consonantem pariter copulatam, ut fides fidei, res rei, spes spei.

Prima declinatio dativum singularem similem genetivo faciat necesse est ae diphthongo terminatum, huic poetae, accusativum am, hunc poetam, vocativum a, o poeta, ablativum a, ab hoc poeta, nominativum et vocativum pluralem ae diphthongo, hi o poetae, genetivum rum, horum poetarum, dativum et ablativum *is*, his et ab his poetis, accusativum *as*, hos poetas. secunda declinatio dativum et ablativum singularem o terminat in omni genere, huic et ab hoc grammatico, huic et ab hac fraxino, huic et ab hoc regno; accusativum um, hunc grammaticum, hanc fraxinum, hoc regnum; vocativum generis quidem masculini aut e correpta aut i, ut o magne, o Salusti. invenies antiquitus et us syllaba terminatum vocativum sin||gularem secundae declinationis, ut Vergilius

corniger Hesperidum fluvius

pro fluvie. feminini generis secundae declinationis vocativus singularis semper e correpto terminatur, ut o fraxine, neutri um, ut o regnum. nominativum et vocativum pluralem generis masculini et feminini i facit secunda declinatio, hi et o magistri, *hae* et o fraxini, neutri a, haec et o regna; genetivum in omni genere rum, harum fraxinorum; dativum et ablativum is in omni genere, his et ab his magistris fraxinis regnis; accusativum generis masculini et feminini os, hos grammaticos fraxinos, neutri vero a, haec regna. tertiae declinationis dativus singularis in omni genere i finitur, huic sacerdoti, huic carmini; accusativus generis quidem masculini et feminini em, hunc et hanc sacerdotem, neu|tri vero similis erit nominativo et vocativo, hoc carmen. vocativus generis omnis similis erit nominativo, o sacerdos, o carmen. ablativus in genere masculino vel feminino aut e correpta terminabitur, ut ab hoc et ab hac sacerdote, aut i, ut ab hoc et ab hac agili; in genere neutro semper e correpto, ut ab hoc carmine, ab hoc suave. nominativum accusativum et vocativum plurales generis masculini et feminini es producta syllaba terminabit tertia declinatio, hi et hae, hos et has et o sacerdotes, interdum accusativum is, ut hos et has agilis; neutri vero a, ut haec et o carmina: genetivum in omni genere um, horum et harum sacerdotum, horum carminum, dativum et ablativum in omni genere bus, his et ab his sacerdotibus. quarta declinatio dativum singula-

7 *post* huic poetae *superscriptum est* huic musae, *item post* hunc poetam *superscriptum* hanc musam *in B* 8 a ab hoc poeta sed producto. ab hac fortuna nominatiuum *B* a sed producto ab hoc poeta ab hac fortuna. nominatiuum ς 10 is *om. B* as *om. B* 14 *post* aut i *in B superscripta sunt haec*, uel similem nominatiuo, *item post* Salusti *in margine adscripta haec*, o puer feminini semper e correpto o fraxine neutri um o bellum 16 Vergilius] *Aen.* VIII 77 21 declinatione *B* hae *om. B* 33 terminatur *corr.* terminauit *B*

p. 1412—14 P. p. 103. 4 L.

rem generis masculini et feminini ui separatis faciet, huic senatui, huic manui, neutri u sola, huic cornu; accusativum generis masculini et feminini um, hunc senatum, hanc manum, neutri u, hoc cornu. vocativum in omni genere similem faciet nominativo, o sena||tus, o manus, o cornu. ablativum u terminabit in omni genere, ab hoc senatu, ab hac manu, ab hoc cornu. nominativum accusativum et vocativum plurales in genere masculino et feminino us syllaba terminabit, ut hi et hae, hos et has et o senatus manus, neutri vero a, haec o cornua; genetivum in omni genere um, horum senatuum, harum manuum, horum cornuum; dativum et ablativum in omni genere bus, ut ab his senatibus manibus cornibus. quintae declinationis dativus singularis similis erit genetivo ei separatis aut producto aut correpto e ante i, huic speciei, huic rei; accusativus em, hanc speciem; vocativus similis erit nominativo, o species; ablativus e producto, ab hac specie. unde dies genere feminino declinanda est, quoniam nullum nomen Latinum invenitur generis masculini ablativo singulari e producto terminatum. nominativus accusativus plurales similes erunt nominativo singulari et es terminabuntur, hae et has et o species. genetivus indifferenter et rum et um accipiet, harum specierum vel specieum; dativus et ablativus bus, his et ab his speciebus.

Ergo quoniam genetivo singulari reperto facillime omnium declinationum nomina declinantur, docendum est, qualis nominativus qualem faciet genetivum. tractemus igitur per singulas litteras vel syllabas nominativum singularem, ex quo genetivus trahitur, quo cognito utriusque numeri casus facillime declinabuntur. sed ante de nominativo quinque declinationum breviter tractemus, quibus litteris vel syllabis vel modis una quaeque declinatio nominativum terminat singularem. primae declinationis nominativus singularis fit modis tribus, a, as, es producta, poeta poetae, Aeneas Aeneae, Anchises Anchisae. secundae declinationis nominativus singularis fit modis quinque, um er ir eus || us, regnum regni, puer pueri, vir viri, magnus magni, Tydeus Tydei. tertiae declinationis nominativus singularis fit modis quadraginta uno, a, e, o correpta, o producta, c, t, al, el, il, ol producta, ul, an producta, en correpta, en producta, on correpta, on producta, ar, er correpta, er producta, or, ur, as, es correpta, es producta, is, os correpta, os producta, us correpta, us producta, ax, ex correpta, ex producta, ix,

17 nominativo] et uocatiuo *superscriptum est in B* 18 accipient *B* 21 faciat ς 22 per *superscriptum est in B* 24 declinantur *corr.* declinabuntur *B* 27 ã. as es. producta *B* 28 modis sex er ir ur us eus um ut puer pueri uir uiri satur saturi magnus magni tydeus tydei regnum regni *p et Putschius* 29 um eus ir us er *B* 31 *fortasse* modis quadraginta duobus. *nam tot adscripta sunt exempla* a.e correpta o c (*deleta* c *littera*) t al *B* : a correpta e producto e correpto o cor̄ o producto t al el il ol ul an en correpta en producta on correpta on producta ar er correpta er producta or ur as es correpta es producta is os correpta os producta us correpta us producta ax ex ix ox cor̄ ox produc̄ ux *p* ol *om. B* 32 en *ante* correpta *om. B* 33 as es producta es correpta is os producta os correpta us producta ax *B*

p. 1441. 45 P. p. 104. 5 L.

ox correpta, ox producta, ux correpta, ux producta: toreuma toreumatis, dulce dulcis, ordo ordinis, Dido Didonis, lac lactis, caput capitis, tribunal tribunalis, mel mellis, Tanaquil Tanaquilis, sol solis, Suthul Suthulis, Titan Titanis, crimen criminis, lien lienis, Memnon Memnonis, Sinon Sinonis, instar instaris, cadaver cadaveris, ver veris, livor livoris, Tibur Tiburis, facultas facultatis, seges segetis, strages stragis, suavis suavis, os ossis, os oris, Venus Veneris, virtus virtutis, tenax tenacis, grex gregis, rex regis, nix nivis, nox noctis, vox vocis, nux nucis, lux lucis. terminatur etiam duabus consonantibus copulatis n et s et dividitur in modos quinque. nam aut a ante ns habet, infans infantis, aut e productam, Vfens Vfentis: nam correpta ante eas nullum nomen reperitur, sicut nec i: aut o correptam, ut insons insontis, aut productam, ut fons fontis, aut u, ut Arruns Arruntis. hoc tamen scire debemus, quod omnia nomina n et s terminata tis genetivo faciant necesse est exceptis duobus, quae dis faciunt genetivum et tis, ut frons, pars capitis, frontis et frons, quod est folium, frondis, et lens animal lendis, legumen lens lentis. quidam addunt glans glandis; sed haec glandis nominativo posuit Vergilius. | quarta declinatio nominativum singularem terminat modis duobus, us et u, hic fluctus huius fluctus, hoc cornu huius cornu, hoc genu huius genu. quintae declinationis nominativus singularis fit modo uno, es semper producta, dies diei, res rei.

Hucusque de no‖minativo. nunc de genetivo doceamus, per singulas litteras vel syllabas nominativi decurrentes, unde genetivus qualis sit poterit declarari. quo patefacto poterimus scire, quo modo omnis casus utriusque numeri secundum rationes supra positas declinatur.

A littera terminatus nominativus singularis sive pura sive aliqua consonanti iuncta generis masculini et feminini tantum modo Latinorum nominum reperitur, qui genetivum ae diphthongo terminans docebit nos, quo modo totos casus utriusque numeri declinemus secundum rationem primae declinationis, quam paulo ante monstravi. inveniuntur generis neutri a littera terminata, sed peregrina, quae declinantur ratione tertiae declinationis, quae, sic uti docui, genetivo is syllaba terminatur, ut hoc toreuma huius toreumatis, schema schematis. nam quod Plautus in Amphitryone posuit ‘cum servili schema’, non neutri generis declinationem subvertit, sed genus. haec enim schema declinavit ab hac schema, sicut haec fortuna ab hac fortuna, primae declinationis, non tertiae hoc schema genere neutro: nam ab hoc schemate posuisset. a enim terminatum nomen generis neutri

1 toreumatis Euterpe Euterpis dulce *p et Putschius* 3 sol solis suluthul suthulis *B* sol solis muthul muthulis sathul sathulis *p* 5 ueruer uerberis *corr.* uer ueris *B* 6 os oris] osir osiris *B* 11 correpta ante ea *B* correptū e ante as *p* 12 insons] *cf. p.* 1473 *Priscian. p.* 751 16 sed et *corr.* sed haec *B* sed et haec ς 17 Vergilius] *georg.* IIII 81 nec de concussa tantum pluit ilice glandis: *cf. Priscian. p.* 726 24 declinatur ς declinare *B* 25 A littera — 10, 19 hoc tamen scire debemus *Claudius Sacerdos p.* 47 *sqq.* 31 terminato *B* terminantur ς *et codex Sacerdotis* 32 quod ς *et Sacerdos* cum *corr. al. man.* quod *B* in Amphitryone] *prol.* 117

p. 1445, 46 P. p. 105, 6 L.

Latinitas non habet exceptis tribus, hic et haec et hoc verna, advena, et hoc Turia, nomen fluminis lectum in secunda historia Sallustii.

C littera unum nomen reperitur terminatum generis neutri declinationis tertiae: is enim facit genetivo, hoc lac lactis. quidam putant hoc lact debere dici; sed non legi nisi in Varrone de lingua Latina. Vergilius

lac mihi non aestate novum, non frigore defit.

Plautus hoc lacte declinavit ubique,

sicut lacte lactis simile est, |

numero tantum modo singulari. nam quod Plautus posuit lactes, id est non a nominativo hoc lac vel hoc lacte, sed hi lactes genere masculino numero semper plurali. sunt autem lactes partes corporis in intestinis pinguissimae.

D: hac littera nullum nomen repperi terminatum; doceat declinationem qui potuerit reperire.

E littera terminata nomina generis masculini et feminini non inveni Latina, sed Graeca e producta terminata, quae aut Graeca ratione *declinabuntur nulla ratione* Latinitatis, ut haec Danae huius Danaes, qua syllaba nullus genetivus Latinus terminatur; aut e in a mutans nominativo declinabitur ratione primae declinationis, ac diphthongo faciens genetivum, Danaa Danaae, Helena Helenae. [e ergo nomina terminata Graeca sunt, ut haec Danae Euterpe Circe Agave; et || siquis voluerit declinare, hoc modo faciet secundum Graecos in nominativo, addat in genetivo es et in accusativo en et faciet huius Danaes, unde est illud 'aestiferae Libyes', hanc Danaen. ablativum enim, quia Graecum est, non habet. et convertuntur sic: ex e littera a facit et dicitur Circa, unde est illud Horati 'volente Circa', Helena. ergo in genetivo | 'aestiferae Libyes' Lucanus, Sallustius 'Apollinis filia et Cyrenes'.] generis neutri

2 turia *p* Thuria ς *et, ut videtur, B* in secundo libro historiarum salustii *p* 3 C littera — 7, 14 potuerit reperire *omissa et* 7, 20 e ergo — 7, 27 Cyrenes *ante* 7, 15 E littera — 7, 20 Helenae *conlocata sunt in Bς. quae postea ita correcta sunt in B, ut* C lit era — 7, 19 declinabitur . . . *(sequebantur enim pauca verba, quae iam legi non possunt) in margine adscripta ad hunc locum revocarentur. quo factum est ut verba* 7, 15 E littera — 7, 19 declinabitur *et hic in margine et postea alieno loco inserta legantur in codice.* C littera *Sacerdos* E littera *B et Putschius* E enim *p* 5 lact debere *p et Sacerdos* lacte debere *B, quod ita defendit Freundius annal. philol. nov.* V (*a.* 1832) *p.* 100, *quasi Plauti exemplum postea a grammatico inventum et adscriptum esset.* lact *Varroni tribuit Pompeius p.* 233 : *cf. Ritschelius mus. Rhenan. noviss.* VII (*a.* 1850) *p.* 607 legi *B* legimus *p et Putschius* in Varrone de lingua Latina] V § 104 *p.* 106 *ed. Speng.* lactuca a lacte, quod olus id habet lac Vergilius] *bucol.* 2, 22 6 non frigore defit *om. B, add. p et Sacerdos* 8 sicut lacte lacti simile est *B* sic lacte lactis simile est *p et Putschius* sicut lacte lactis *Sacerdos* : *Plaut. Bacch. v.* 19 *ed. Ritschel.* lactis *defendit Ritschelius mus. Rhenan. noviss.* VII (*a.* 1850) *p* 584 *sqq.* 9 lactes in on a nominatiuo *B* lacte nominatiuo *p et Putschius* 11 sunt autem *Bp* sunt hae *Putschius* 16 declinabuntur nulla ratione *om. B, add. Sacerdos* 18 declinauitur *B et codex Sacerdotis* declinatur ς : *fortasse* declinabis 21 si quid *B* si qui ς 22 in nominativo] in mo *B* immo ς 23 aestiferae ς aestiferi *B : Lucan. Pharsal.* 1 206 25 Horati] *epod.* 17, 17 27 filius *Gertachius in Sallust. fragm. p.* 200 *ed. min.* filio *Debrossius in Sallust. histor. fragm.* II 31 *et Kritzius in Sallust. histor. fragm. p.* 127

p. 1446. 47 P. p. 106. 7 L.

Latina nomina repperi e terminata, sed correpto, quae is facientia genetivo declinabuntur secundum rationem tertiae declinationis, hoc suave huius suavis, hoc monile huius monilis. hoc praesepe huius praesepis declinatur. nam quod Plautus 'haec praesepes mea est' genere feminino, sicut apud Graecos, auctoritas est, non ratio. pes enim terminata nomina sive correpta sive producta aut tis facient genetivum aut dis, praepes praepetis, pes pedis. nam dapes numero semper plurali declinantur: dapem tantum modo legi numero singulari, sicut multorum nominum aliqui casus inveniuntur, ut sponte, tabo, Iuppiter o Iuppiter. nam qui declinat hic Iuppiter huius Iovis, potest et hic Phoebus huius Apollinis declinare et haec Minerva huius Palladis et hic Hercules huius Alcidae.

F G H: his litteris nomen non repperi terminatum.

I littera terminata nomina quattuor tantum modo repperi sine aliqua declinatione. nam monoptota sunt duo generis omnis, hic et haec et hoc nihili frugi, et duo generis neutri numero tantum modo singula‖ri, hoc cummi, hoc sinapi; quamvis Plautus in Pseudulo haec senapis declinaverit. inveni et duo in numero plurali masculina, in numero singulari neutra, hi Argi hoc Argos, hi porri hoc porrum.

K: hac littera nullum nomen terminatur.

L littera terminata nomina Latina generis masculini et feminini exceptis quattuor nulla reperies, hic sol, haec Tanaquil: Tanaquil enim uxor fuit Tarquini Prisci; appellativum quidem est, sed pro proprio habetur: hic consul, hic et haec et hoc exul. generis vero neutri plurima nomina reperies hac littera terminata, quae si erunt monosyllaba, in genetivo l littera duplicabitur, mel mellis, fel fellis. excipitur unum sal salis, unde quidam hoc sale declinant. omnia tamen ratione tertiae declinationis flectuntur: nam is syllaba genetivum proferunt. siqua alia inventa fuerint exceptis supra positis generis masculini, barbara sunt, ut Hannibal Hasdrubal Hamilcar Hiempsal Adherbal. inveniuntur et generis neutri barbara l littera terminata, hoc Muthul, hoc Suthul.

M littera terminatum nomen generis masculini vel feminini, excepto uno generis omnis monoptoto, Latinitas non habet, hic et haec et hoc nequam. neutri generis plurima reperies, quae genetivo casu aut una i aut duabus terminabuntur; tunc una, si ante um syllabam nominativus i non habuerit, ut hoc bellum regnum sceptrum, belli regni *sceptri*. si habuerit, genetivus duabus i terminabitur, ut hoc sacrificium huius sacrificii; sicut etiam quae ante us syllabam habent i, ut Terentius Terentii.

hoc genere

3 huius praesepis declinatur *B* huius praesepis. hoc enim genere declinatur ς 4 quod *om. p* haec praesepes mea est *p* haec praesepis mea est *Sacerdos* hoc (*corr.* haec) praesepes meus (*corr.* mea) est *B*. *Charisius p.* 44 *in eadem re posuit versum Curculionis* II 1, 13 quin reciperet se huc esum ad praesepem suam. *ad quod exemplum haud scio an haec quoque revocanda sint ita*, quod Plautus haec praes pes usus est 16 cummi *B* gummi *p* plautus ipsenudulo *B* : *Plaut Pseudul.* III 2, 28 (817 *R*) 29 iempsal aderbal *B* 35 sceptri *om. B, add. Sacerdos*

p. 1447–49 P. p. 107. 8 L.

ex quibus una syllaba sublata fit vocativus, si sint nomina propria, ut o Terenti; sin appellativa, novissimam us in e correptam mutabunt in vocativo, o egregie. omnia tamen nomina m terminata secundae sunt declinationis: nam i faciunt genetivo, excepto nequam monoptoto. |

N littera terminata nomina tertiae sunt declinationis: nam omnia genetivo nis faciunt. Latina quidem generis masculini et feminini rara habentur; duo figu||ra simplici, hic rien huius rienis, hic lien huius lienis; composita generis omnis hic et haec et hoc tibicen cornicen fidicen, tibicinis cornicinis fidicinis; quamvis Terentius fidicinam et tibicinam posuerit. neutri generis multa reperiuntur en in nominativo correpta, in genetivo e in i mutata, ut hoc pollen pollinis, carmen carminis, lumen luminis, gluten glutinis, crimen criminis, limen liminis. sed quoniam multa Graeca vel barbara nomina reperiuntur generis masculini vel feminini (nam Latina exceptis supra positis et uno altero proprio, hic Idmon Idmonis, o et in nominativo et in genetivo correpta, alia non inveniuntur), observandum est ut tunc producamus Latine, si apud illos producuntur, ut Sinon Sinonis, Rubicon Rubiconis, tunc corripiamus, si apud illos corripiuntur, ut Memnon Memnonis, hic et haec Saxon Saxonis, hic Titan Pan, Titanis Panis vel Titanos Panos, ut Vergilius 'Panos de more Lycaei' sine alicuius declinationis ratione: nulla enim declinatio genetivo nos syllaba terminatur. excipitur unum tis faciens genetivo, Laocoon Laocoontis. posuit Lucretius hoc sanguen novo more, cum sit hic sanguis huius sanguinis, contra rationem guis terminatorum, quae genetivum similem nominativo faciunt, hic anguis pinguis, huius anguis pinguis.

O littera pura terminata nomina genetivo o producant necesse est et tertiae sint declinationis: nam is terminant genetivum, leo leonis, Pollio Pollionis. excipitur unum, quod in genetivo o in e correptam mutat, hic Anio huius Anienis, nomen fluminis. cum aliqua vero consonanti praeposita et corripiuntur et producuntur, ideoque per singulas litteras doceamus iunctas o litterae. bo terminata producuntur in genetivo, Libo Libonis, Carbo Carbonis, Narbo Narbonis. hoc tamen scire debemus, quod omnis nominativus o littera terminatus sive pura sive aliqua consonante praepo|sita et iuncta corripitur, exceptis Graecis, quae producuntur, ut Dido Manto, ideoque indifferenter declinantur Latina ratione, huius Didus Mantus, ut Vergilius

fatidicae Mantus et Tusci.

co syllaba si inventa fuerint, producentur: barbara audivi, Sico Siconis,

10 en *Sacerdos* n *B* 11 pollen] *Priscian. p.* 708 14 hic idmon idmonis *B* hic idemon huius idemonis *p* hic Ligmon Ligmonis ς 16 si aput illos producitur idos producitur *B* : producuntur *Lindemannus* 18 Saxon Saxonis *p*ς sason sasonis *B* 19 Vergilius] *Aen.* VIII 344 21 unum tis *corr.* excipitur unum tis *B* Lucretius] I 837. 860 27 e correptam *defendit Fleckeisenius de fragm. vet. poet. Lat. apud Gellium* (*Lips. a.* 1854) *p.* 33 34 declinantur *superscriptum est in B:* indifferenter declinantur et Graece et Latine *Sacerdos* 35 Vergilius] *Aen.* X 199

p. 1149. 50 P. p. 108—10 L.

Franco Francouis. do omnia in genetivo o in i mutant, ordo ordinis, hirundo hirundinis, cardo cardinis; exceptis duobus, quae o habent in genetivo productam, ut pedo pedonis, cerdo cerdonis: nam Dido Graecum est. fo terminata producuntur in genetivo, bufo bufonis, Gorfo Gorfonis, et siqua talia. go finita o in i mutent genetivo necesse est et sint generis feminini, virgo virginis, Carthago Carthaginis, uligo uliginis. excipitur unum, quod in genetivo ante nis syllabam o producta terminatur et generis est masculini, ligo ligonis, instrumentum rusticum [mango]. *ambago* Latinum non est. nam ambages et compages nominativo utriusque numeri declinantur, sicut strages: Lucanus [sicut] 'conpage soluta', non conpagine, a nominativo singulari haec conpages, non haec conpago: nam conpaginis et conpagine faceret. Vergilius 'laxis laterum conpagibus' et non conpaginibus, et 'multae ambages', non ambagines. omnia tamen, sicut docuimus, nomina o terminata sive pura sive aliqua consonanti anteposita tertiae sunt declinationis, id est genetivum singularem is syllaba terminant, exceptis Graecis, quae et Graeca ratione us faciunt genetivo et Latina is, Dido Didus, Dido Didonis, et siqua talia. ho finita producentur in genetivo, ut lurcho lurchonis, lectum nomen in Plauto, significans ganeonem nepotem devoratorem. hoc tamen scire debemus, quod omnia nomina post c litteram habentia h peregrina sunt, chorus Anchemolus charta Charon Chrysus Chalybes, exceptis tribus, quae Latina sunt, lurcho pulcher Orchus: sic enim in antiquioribus reperies, non Orcus. ko non invenies, ideo quoniam k non scribitur nisi ante a litte‖ram puram in principio nominum vel cuiuslibet partis orationis, cum sequentis syllabae consonans principium sit, sicut docui in libro primo. lo terminata Latina producuntur, Milo Milonis, calo calonis; Graeca in i mutabunt, Apollo Apollinis. mo producuntur, temo temonis, salmo salmonis. excipitur unum, quod o in i mutat, homo hominis, quamvis antiqui homonis declinabant. no terminatum nullum nomen repperi: qui invenerit, doceat rationem. po syllaba terminata producuntur, vappo vapponis: animal est volans, quod vulgo animas vocant; lectum est apud Lucretium, hos vappones. | quo: hac syllaba ideo nulla pars orationis terminatur, quoniam q littera numquam scribitur, nisi quando u littera et alia vocalis

2 duobus ς duabus *B* 5 talia ς *et Sacerdos* alia *B* o in i mutent *Sacerdos* o inmutant *B* 8 rusticum mango latinum *B et Sacerdos* rusticum. ambago latinum ς 10 declinantur sicut Lucanus compage ς : sicut *altero loco om. Sacerdos* : *Lucan. Pharsal.* I 72 11 nam compaginis et compagine diceretur *Sacerdos* conpaginis et conpaginis et conpagine faceret *B* 12 laxis] *Verg. Aen.* I 122 13 multae] *Verg. Aen.* I 341 19 in Plauto] *Pers.* III 3, 16 (421 *R*) 21 archemorus *corr.* anchemolus *B* anchomotus *p* 24 orationis consequentis *B* 26 kalo kalonis *p* 27 almo almonis *p* Sulmo Sulmonis ς 29 homonis] hominis *corr.* homonis *Bp* 31 animas] *eodem pertinere videtur quod est in glossis Vaticanis apud Maium class. auct* VII *p.* 551 amma avis nocturna *et* VI *p.* 506 ama avis nocturna. animas *defendit O. Iahnius archaeolog. Beitr. p.* 137 32 hos vappones *ad Lucretii versum* III 386 nec plumas avium papposque volantis *rettulit Lindemannus, contra quem dixit Lachmannus in Lucr. l. c. Lucilio tribuit F. Dousa Lucil. sat. rel. fr. inc.* 161 *p.* 19 *et* 107, *quem secutus est I. Beckerus Philol.* II (*a.* 1847) *p.* 46

sequens iuncta fuerit, sicut docui in libro primo. ro terminata producuntur in genetivo, Cicero Ciceronis, Varro Varronis, tiro tironis. unum o litteram in genetivo et in omnibus casibus utriusque numeri perdit, haec caro huius carnis, excepto vocativo singulari, o caro. so producuntur, Naso Nasonis, Piso Pisonis. to: Latina quidem nomina hac syllaba terminata in genetivo corripientur, Britto Brittonis [Santo Santonis: nomina sunt gentium. nomina mulierum Graecarum aut producuntur aut u habebunt in genetivo, Manto Mantonis vel Mantus, Leto Letonis vel Letus]. vo: non inveni hac syllaba nomen aliquod terminatum. xo: nec hac syllaba inveni finitum nomen nisi barbarum, quod audivi Brixo Brixonis. zo: hac quoque syllaba nullum nomen repperi terminatum nisi unum barbarae civitatis lectum in Sallustio, Vizzo Vizzonis.

P: hac littera nullum nomen finitum potuit reperiri, quia nec hac littera nomen aliquod terminatur ratione supra monstrata.

R littera nomina terminata multa sunt. hoc tamen scire debemus, quod generis omnis nomina r littera terminata et neutri solius tertiae sunt declinationis. nam is syllaba finient genetivum, hic et haec et hoc par huius paris, impar impa‖ris, cadaver cadaveris, iecur iecoris, excepto uno, quod monoptotum est, hoc ir, significans medietatem palmae, quae etiam vola dicitur, Graece θέναρ. generis vero masculini et feminini solum incerta sunt, an secundae sint declinationis et genetivo i finiantur, an tertiae declinationis, ut is syllaba terminentur genetivo; ideoque per singularum litterarum r litteram antecedentium syllabas decurrentes doceamus, quae sint declinationis secundae, quae tertiae.

Ar pura nullum nomen repperi terminatum. er pura terminata masculina secundae sunt declinationis, puer pueri; feminina tertiae sunt declinationis, mulier mulieris, et siqua talia; omnia tamen corripientur. ir pura unum indeclinabile vel monoptotum repperi, hoc ir, contra rationem neutrorum nominum r littera terminatorum, quae omnia, sicut ante docui, tertiae sunt declinationis, id est genetivo is syllaba terminantur. Or pura inventa generis masculini et feminini tertiae sunt declinationis ris terminantia genetivum, o in nominativo correpta, in genetivo producta, hic et haec melior huius melioris. ur pura nullum nomen repperi terminatum. bar terminata tertiae sunt declinationis: ris faciunt genetivum, hoc iubar iubaris; splendorem diei significat, Vergilius ‘iubare exorto’, numero semper singulari.

Ber terminata omnia et corripiuntur et secundae sunt declinationis. | nam aut bri facient genetivum, ut coluber colubri, Cantaber Cantabri,

6 brittonis. no non inueni *superscriptis iis quae interposita sunt ita,* sancto sanctonis nomina sunt gentium graecarum aut producuntur aut u habebunt in genetiuo manto mantonis uel mantus lectonis uel lectous *B*: Santo Santonis. nomina mulierum graeca ς

12 Vizo Vizonis ς : *ad Thraciae urbem* Bizonen *rettulit Kritzius in Sallust. hist. fragm. p.* 343 27 mulier mulieris *post* feminina *habet B* siqua alia *B*

35 Vergilius] *Aen.* IIII 130 38 ut Calaber Calabri Cantaber Cantabri *Putschius*: ut

p. 1451. 52 P. p. 111. 12 L.

Insuber Insubri; aut ri, ut liber liberi vel libri: tum ri, si deum vel ingenuum significamus, quamvis in metro Liber deus Libri *faciat*. li et producitur, ut est ‘Liber et alma Ceres’, et corripitur, ut ‘alta liber aret in ulmo’. sed rationabiliter, cum li corripitur, genetivo bri facimus, liber libri. excipiuntur duo ber terminata, quae tertiae sunt declinationis, imber imbris, Terentius ‘imbrem aureum’; em enim syllaba terminata accusativo tertiae sunt declinationis, non secundae, id est *a* genetivo is terminato ve||niunt, non i, ut Vergilius ‘tres imbris torti radios’: hic suber suberis, Vergilius ‘raptus de subere cortex’, a genetivo is terminato. nam si i terminaretur genetivus, ablativus a subero diceret. liberi filii numero semper plurali declinantur. bir: hac syllaba nullum nomen repperi terminatum; qui invenerit, etiam declinationis doceat rationem. bor terminata tertiae sunt declinationis: nam ris faciunt genetivo, ut labor laboris. omnia tamen nomina or syllaba pura terminata, et cum alia consonante praeposita et iuncta in nominativo quidem corripiuntur, in genetivo vero, si fuerint appellativa, producuntur, orator oratoris, praeceptor praeceptoris, exceptis quattuor, quae quamvis sint appellativa, tamen corripiuntur, arbor arboris, marmor marmoris, aequor aequoris, hic et haec *et hoc* memor memoris. actor si appellativum fuerit veniens ab agendo, o producitur in genetivo, actōris; si sit hominis nomen proprium, corripitur, sicut Vergilius ‘Actoris Aurunci spolium’. omnia enim propria or syllaba finita in genetivo corripiuntur, ut Nestor Nestoris, Hector Hectoris, Castor Castoris, et siqua talia. quidam putant Vergilium contra rationem propriorum produxisse ‘Herculis Antorem comitem’; sed errant: nam hic Antores declinavit, non Antor, sicut hic Diores. et hoc tamen scire debemus, quod appellativa or terminata, si tracta fuerint a verbo, genus femininum trix terminant, ultor ultrix ulciscor, praeceptor praeceptrix praecipio. auctor, si sit tractum a verbo | augeo, auctrix facit; si non venit a verbo, sed significat principem, quod nomen non venit a verbo, et feminino genere auctor facit, sicut Vergilius ex persona Iunonis ‘auctor ego audendi’, princeps, non quae augeam: nam auctrix diceret. sed excipitur unum, quod quamvis non veniat a verbo, tamen feminino genere

coluber colubri cantaber cantabri calaber calabri aut ri insuber insubri (*corr.* -beri) liber *p* 1 insuber insuberi *B* 2 in metro liber deus li et producitur ut est liber et alma ceres et corripitur li ut alta *B* in metro liber deus uestri et producitur li ut alta *p* in metro liber deus et liber ingenuus producitur, ut est liber et alma ceres, in alio significatu corripitur li ut alta ς 3 Liber] *Verg. georg.* I 7 alta] *Verg. bucol.* 10, 67 6 Terentius] *Eunuch.* III 5, 37 imber aurum *p* 7 a *om. B* 8 tres] *Verg. Aen.* VIII 429 9 raptus] *Verg. Aen.* VII 742 10 subero ς libero *B* 19 et hoc *om. B* 21 Actoris] *Verg. Aen.* XII 94 24 Herculis] *Verg. Aen.* X 779 30 Vergilius] *Aen.* XII 159 autor *corr.* auctor *B* 31 autrix *B* 32 feminino genere trix facit, balneatrix; nam defenstrix rationabiliter debet dici, nisi quoniam defensrix male sonat *coniecit Freundius annal. philol. nov.* V (*a.* 1832) p. 101 *cont. Priscian. p.* 1220 feminino genetrix balneatrix nam defensatrix rationabiliter debet dici nisi quoniam male sonant *B* foeminino trix facit genitrix. nam balneatrix defensatrix rationabiliter debet dici. nisi quoniam male sonant *editio Ascensiana.* balneatrix *feminino genere dictum esse, cum deberet hic et haec balneator dici, adnotavit Servius in*

p. 1452—54 P. p. 112. 13 L.

trix *facit*, balneatrix. nam defenstrix rationabiliter debet dici, nisi quoniam male sonat. et non numquam, || quamvis veniat a verbo, tamen feminino or facit, memini, hic et haec memor. bur terminata tertiae sunt: nam ris facient genetivo, u ante ris habentia, Tibur Tiburis; unum in genetivo u in o correptam mutans, ebur eboris.

Car tertiae sunt declinationis, ris faciunt genetivo, Bomilcar Bomilcaris. cer terminata, si sint generis omnis, tertiae sunt et ris facient genetivo, hic et haec et hoc acer, quamvis Horatius ‘solvitur acris hiemps’, huius acris; *hic et haec alacer huius alacris*, quamvis Vergilius ‘alacris palmas’. sin aliter, secundae erunt, ri terminabunt genetivum, aut signum caeleste aut fluviale animal cancer cancri, sacer sacri, macer macri, exceptis duobus, quae quamvis non sint generis omnis, tamen tertiae sunt declinationis, ris faciunt genetivo, hoc cicer ciceris, hic carcer carceris. omnia tamen nominativo cer corripiuntur. ergo breviter hoc observandum praecipiamus. cer terminata generis neutri cris faciunt, masculini vero cri, excepto uno carcer carceris. ergo generis feminini solum cer terminatum non reperitur. cir: hac syllaba nullum nomen repperi terminatum. cor terminatum unum monosyllabum repperi tertiae declinationis dis faciens genetivum, hoc cor huius cordis, et siqua ab eo deducuntur, s littera addita concors concordis, secors secordis facit. cetera omnia genetivo ris faciunt. cur terminata tertiae sunt declinationis, ris faciunt genetivo u in o correptam mutata, iecur iecoris, et siqua talia inveneris.

Dar syllaba nullum nomen repperi terminatum; qui invenerit, etiam rationem declinationis demonstret: audivi nomen oppidi barbari hoc Zidar Zidaris. der syllaba terminata et corripiuntur in nominativo et Graeca sunt et e in genetivo perdunt, secundae declinationis ri faciunt genetivo, Menander Menandri, Alexander Alexandri, || Leander Lean|dri, Evander Evandri, Thersander Thersandri; quamvis Thersandrus et Evandrus lectum est. dir unum nomen repperi tertiae declinationis ris faciens genetivum, hoc Gadir huius Gadiris: nomen est oppidi. dor terminata tertiae sunt declinationis, ris faciunt genetivo, o in genetivo in propriis, si inventa fuerint, correpta secundum rationem supra positam. in appellativis vero o genetivo producitur, nidor nidōris, splendor splendōris; et siqua alia appellativa or syllaba fuerint terminata, o in genetivo producent, exceptis supra positis, quae quamvis sint appellativa, tamen o in genetivo corripiunt, sicut propria or terminata, ut arbor arboris, aequor aequoris, marmor marmoris. dur terminatum unum legi in Plauto accusativo casu, magadur. est ergo tertiae

Verg. Aen. XII 159 2 ueniat aduerbo *B* ueniant a uerbo ς 5 ebor eboris *B* 6 uomilcar uomilcaris *B* 7 sunt tris facient *B* 8 Horatius] *carm.* I 4, 1 9 hic et haec alacer huius alacris *om. B* Vergilius] *Aen.* VI 685 24 audiui ς audi *B* digar digaris *corr.* zidar zidaris *B* 28 thessander thes-andri quamuis thessandrus *B* 33 producitur] producunt *B* 37 in plauto casu (*superscripto* accusatiuo) magadur *B* in plauto magadur *p et Putschius* in Plauto magudur ς: *Plaut. Rud.* III 2, 19 seu tibi confidis fore multam magudarim : *cf. Priscian. p.* 757

p. 1454. 55 P. p. 113. 14 L.

declinationis, ris faciens genetivo. sed vide ne melius sit nominativo non magadur dicere, sed magaduris; aut si rationabiliter quaeramus, placebit ut monoptotum sit vel indeclinabile, quoniam nullus accusativus ur syllaba terminaretur. magadur ergo per totos casus declinandum est.

Far terminatum unum repperi nomen monosyllabum neutrum tertiae declinationis ris faciens genetivo r duplicata, hoc far huius farris, numero semper singulari. nam quod Vergilius numero posuit plurali 'robustaque farra', poetice posuit, non rationabiliter, sicut aera mella vina. quippe omnia nomina deorum vel elementorum vel earum rerum, quae aut ad pondus aut ad mensuram pertinent, singulariter declinantur, sicut etiam in primo docui libro. fer terminata corripiuntur et secundae sunt declinationis, ri terminant genetivum, lucifer luciferi, frugifer frugiferi, signifer signiferi; et siqua a ferendo fuerint derivata, habebunt in genetivo e correptam ante ri; sin aliter, e perdunt in genetivo, Afer Afri. fir for: his syllabis nullum nomen repperi terminatum. || fur tertiae sunt declinationis, ris faciunt genetivo, hic et haec et hoc fur huius furis, et siqua talia sunt.

Gar: non inveni nomen hac syllaba terminatum. ger terminata corripiuntur et omnia secundae sunt declinationis. nam aut gri faciunt genetivo aut ri; tum ri, si a gerendo nomen fuerit derivatum, ut armiger armigeri, aliger aligeri; sin aliter, gri, ut ager agri, piger pigri, niger nigri. excipitur unum quod ris facit genetivo, ut agger aggeris. gir: non repperi nomen hac syllaba terminatum. gor tertiae sunt declinationis, ris faciunt genetivo, | o in nominativo correpta, in genetivo producta, frigor frigoris, fulgor fulgoris, algor algoris, et siqua talia. gur tertiae sunt declinationis, ris faciunt genetivo, hic et haec et hoc augur huius auguris, Ligur Liguris, et siqua talia.

Har non invenies nomen terminatum. her pura syllaba non invenies; adiecta c ante h inveni unum, e correpta in nominativo, in genetivo vero pereunte, hic pulcher huius pulchri. hoc solum Latinum repperi secundae: nam genetivum i littera terminat. inveni et her producta finitum t litteram ante se habens, sed Graecum, e in genetivo corripiens, declinationis tertiae, is genetivo terminatum, aether aetheris. hoc tamen scire debemus, quod post c litteram h Latinitas non habet exceptis pulcher lurcho Orchus: sic in antiquis. nam Chalybes Latinum non est: y enim litteram habet,

2 non magadur doceris sed magaduris *p* non magudur dicere sed maguderis ≼ non Magadur dicere sed Magaderis *Putschius* placebit ut *p* licebit aut *corr.* placebit ut *B* 3 accusatiuus in (*corr.* im *ut videtur*) syllaba terminaretur *B* accusatiuus uel ris uel ur terminaretur syllaba *p* accusatiuus ur syllaba terminatur ≼ 4 magadur *p et Putschius* magador *B* magudur ≼ 7 Vergilius] *georg.* I 219 14 afer afri faber fabri *deletis v.* faber fabri *B* 16 alia *corr.* talia *B* 21 faciat *B* *post* aggeris *in margine codicis B addita sunt haec 'a seriore manu', ut visum est Lindemanno*, et Liger Ligeris, naesano talia dicta u. Ligeri Verg. *cf. Verg. Aen.* X 583 23 producta friguris algor, *superscripto* frigor *et in marg. addito* fulgor fugoris *B* 24 gur — 26 talia *in marg. add. B* 29 hoc latinum solum reperies secundae declinationis genitiuo i littera terminatum *Putschius* 30 terminat] terminatum *B* 33 Orchus *ante* lurcho *positum in B transposui: cf. supra p.* 10, 22

p. 1455. 56 P. p. 114. 15 L.

quae in peregrinis adhibetur, in Latinis numquam. hir hor hur iar ier nulla nomina repperi terminata; qui invenerit, doceat rationem. ior tertiae sunt declinationis, ris faciunt genetivo, o in nominativo correpta, in genetivo producta, hic et haec maior maioris, peior peioris. iur kar ker kir kor kur: his syllabis nullum nomen terminatur.

Lar tertiae declinationis est, ris facit genetivo, hic Lar huius Laris: Plautus 'ego sum Lar familiaris', Vergilius 'Pergameumque Larem'. multi numero semper plurali declinant. quidam dicunt hilar debere dici; sed barbarismus || est. hilaris legi et hilarus in Terentio. ler [hac syllaba duo nomina terminantur, siler et celer, quae tertiae sunt declinationis] lir: nullum nomen repperi his syllabis terminatum. lor tertiae sunt declinationis, o *in* nominativo correpta, in genetivo producta ris syllaba terminato, hic calor pallor, caloris palloris, color coloris; quamvis Sallustius 'igitur colos exsanguis', sicut labos et labor. lur mar mir: his syllabis nulla nomina terminantur. mer correpta terminatum repperi nomen tertiae declinationis ris faciens genetivo, hic vomer huius vomeris, er ubique correpta. dicitur et vomis, sic et faciens genetivum. mor tertiae sunt declinationis, ris faciunt genetivo, o in nominativo semper correpta, in genetivo, si appellativa fuerint, producta, ut amor amoris, exceptis duobus, quae quamvis sint appellativa, tamen in | genetivo corripiuntur, marmor marmoris, memor memoris, sicut supra docui: or terminata nomina, si fuerint appellativa, in genetivo producuntur exceptis quattuor, arbor arboris, marmor marmoris, aequor aequoris, memor memoris. propria ubique corripientur semper nullo excepto. unum contra omnium rationem or terminatorum et aliqua consonanti praeposita genetivo ris non facit, sed dis, cor cordis. mur et ipsa tertiae sunt declinationis, ris faciunt genetivo casu, murmur murmuris numero semper singulari.

Nar tertiae sunt declinationis, ris facient *genetivo*, Nar Naris, nomen fluminis: Vergilius

sulpurea Nar albus aqua,

numero semper singulari. nam hae nares numero semper plurali: Vergilius [cum genere]

et truncas inhonesto vulnere nares.

ner nir nur: his syllabis nomen nullum repperi terminatum. unum repperi ner correpta terminatum declinationis tertiae ris faciens genetivo, hic et haec et hoc degener huius degeneris: Vergilius 'degeneres animos', ||

7 Plautus] *Aulul. prol.* 2 Vergilius] *Aen.* V 744 8 dicunt hilar (*corr.* hic lar) *B* dicunt hic lar *p* dicunt hic hilar ς 10 hac — 11 declinationis *in marg. add. B* 11 repperi hac syllaba ς 12 in *priore loco om. B* 14 Sallustius] *Cat.* 15 17 er ubique *Lindemannus* et ubique *B* 26 facit (*superscripto al. man.* sed dis) discor. discordis *B* facit sed dis discors discordis ς 28 genetivo *om. B* 30 sulpurea] *Verg. Aen* VII 517 31 plurali cum genere. Virgilius et *Putschius. v.* cum genere, *quibus aliud exemplum Vergilii, georg.* IIII 300 huic geminae nares, *indicari putabat Lindemannus, ex iis quae postea de v.* degener *disputantur huc inlata esse videntur.* 33 et truncas] *Verg. Aen.* VI 497 36 degeneres] *Verg. Aen* IIII 13

p. 1456—58 P. p. 115. 16 L.

Lucanus ‘degener o populus’ [et aliud unum gener secundae declinationis, gener generi]. nor tertiae sunt declinationis, *ris* faciunt genetivo, o in nominativo semper correpta, in genetivo vero in appellativis producta, ut hic honor huius honoris, minor minoris; et honos, ‘hic pietatis honos’. propria corripiunt o etiam in genetivo, Antenor Antenoris, Agenor Agenoris, Helenor Helenoris.

Par tertiae sunt declinationis, ris faciunt genetivo, hic et haec et hoc par vel inpar, paris vel inparis, dispar disparis, compar comparis. per terminata corripiuntur et sunt secundae: nam pri faciunt genetivum, caper capri, aper apri, excepto uno generis omnis declinationis tertiae, e correptam in genetivo ante ris habente, hic pauper pauperis. | haec pauper,

quam honeste in patria pauper vivere

et ‘paupere terra’. dicitur et haec paupera, Plautus ‘paupera haec res est’; et hoc pauper, Vergilius ‘pauperis et tuguri’. et hoc piper piperis: Persius ‘rugosum piper’. pir pur: his syllabis nullum nomen terminatur. por tertiae sunt declinationis, corripiuntur in nominativo, in genetivo appellativa producuntur, vapor vaporis, sapor saporis. legi unum novo modo figuratum apud Sallustium, Publipor Publiporis: nam quasi proprium est.

Quar quer quir quur: non reperiuntur his syllabis nomina terminata. quor terminata nomina tertiae sunt declinationis, ris faciunt genetivo, o in genetivo appellativorum producta, hic liquor liquoris, excepto uno et in genetivo correpto, aequor aequoris, sicut marmor marmoris, quae, sicut saepius docui, de appellativorum ratione excepta sunt or syllaba terminatorum o in genetivo productam habentium. rar rer rir rur: his syllabis nulla nomina terminata inveni. ror tertiae sunt, ris faciunt genetivo, o producta in appellativis, maeroris terroris sororis. sar tertiae sunt declinationis, ris faciunt genetivo, Caesar Caesaris, et siqua talia. ser terminata omnia corripiuntur et || sunt tertiae declinationis, id est ris faciunt genetivo, si aliud genus ex se non fecerint, ut anser passer, anseris passeris. si fecerint aliud genus, secundae erunt declinationis, ri facient genetivo, hic miser huius miseri. sir sur: his syllabis nulla nomina terminantur. sor tertiae sunt declinationis, ris faciunt genetivo, o producta in appellativis, messor messoris, fossor fossoris, caesor caesoris, et siqua talia.

Tar pura non inveni nomen aliquod terminatum. s littera vel alia

1 Lucanus] *Pharsal.* II 116 et — 2 generi *in marg. add. B* 2 ris *om. B* 4 hic] *Verg. Aen.* I 253 6 haelenor haelenoris *B* Elpenor Elpenoris *Putschius* 11 hic pauper pauperis euan (*deletis litteris* euan) haec *B* hic pauper pauperis Evandri (*Verg. Aen.* VIII 360) haec *Lindemannus* hic et haec et hoc pauper pauperis haec *Putschius* 12 Terentius quam ς : *Ter. Andr.* IIII 5, 3 13 et pauper eterra *B*, *om.* ς : *Verg. Aen.* VI 812 Plautus haec res est paupera ς : paupera *post* est *in marg. add. B* : Plautus in Vidularia paupera haec res est *Priscianus p.* 647 14 Vergilius] *bucol.* 1, 69 15 Persius] *sat.* 5, 55 18 uno modo *corr.* unum nouo modo *B* apud Sallustium] in III historiarum *Priscianus p.* 700 20 quer] quaer *B* quur] quor *corr.* quur *B* 26 genetiuo in eo producta *B* 27 terroris *bis scriptum est in B* erroris terroris ς

p. 1458. 59 P. p. 116—18 L.

consonante antecedente iuncta facit nomen tertiae declinationis ris faciens genetivo, instar instaris, nectar | nectaris. ter pura, si non fecerint aliud genus ex se, tertiae erunt, mater pater, matris patris, lunter luntris. unum in genetivo e correptam ante ris habet, hic later lateris: Terentius 'laterem lavem'. si fecerint aliud ex se genus, secundae erunt declinationis i genetivo facientia, dexter dextri; facit dextra dextrum. excipitur unum, quod nominativo solum casu et vocativo declinatur, hic Iuppiter o Iuppiter. nam qui declinant hic Iuppiter huius Iovis, declinent hic Phoebus huius Apollinis. ster secundae sunt declinationis, stri faciunt genetivo, magister magistri, Auster Austri, noster nostri. quidam excipiunt duo ris facientia genetivo, non i, equester equestris, pedester pedestris; sed equestris pedestris melius dicitur. tor sive pura sive aliqua consonante praecedente iuncta tertiae sunt declinationis, ris faciunt genetivo, orator oratoris, quaestor quaestoris, Castor Hector *Castoris Hectoris.* o in genetivo, sicut saepissime docui in appellativis producta est, exceptis illis quattuor supra positis, arbor arboris, aequor aequoris, marmor, memor; in propriis vero semper correpta, numquam producta [sunt], sive pura sive aliqua consonante praecedente et iuncta. *tur* terminata nomina tertiae declinationis ris ‖ faciunt genetivo, turtur Astur, turturis Asturis.

Var: hac syllaba nomen nullum reperies terminatum. ver sive producta sive correpta terminatum nomen tertiae declinationis, ris facit genetivo, verber verberis, cadaver cadaveris. vir terminata nomina secundae sunt declinationis, ri faciunt genetivo, vir viri, Trevir Treviri. vor tertiae sunt declinationis, ris faciunt genetivo, livor livoris, o in nominativo correpta, in genetivo producta, ratione quam saepe docui. vur xar xer xir: his syllabis nulla nomina repperi terminata. xor tertiae sunt declinationis, ris faciunt genetivo, o ante eam in appellativis producta, uxor uxoris. xur zar zer zir zor zur: his syllabis siquis nomen aliquod invenerit, doceat rationem declinationis. xyr inveni Graecum tertiae declinationis ris faciens genetivo, Anxyr Anxyris, 'Anxyris ense sinistram'.

S littera terminata nomina omnibus declinationibus reguntur, id est quinque. nam | et ae diphthongo faciunt genetivum, ut Aeneas Aeneae, et i, ut magnus magni, *et is*, ut Venus Veneris, et us, ut fructus fructus, et ei, ut dies diei, fides fidei. ergo per syllabas nominativi doceamus, qualis eveniat genetivus, unde declinationes singulae declarantur. as pura termi-

2 ter pura *B* ter terminata *p et Putschius* 3 lynter lyntris *B* linter lintris *p* 4 hic later] *Cledon. p.* 1901. *Pompei. p.* 92. 205 *ed. Lind.* terrentius pugnem lateremque lucem *p* Terentius, Pugnem lateremque lauem *Putschius*: *Ter. Phorm.* I 4, 9 purgem me, laterem lauem. 11 equestris melius *superscripto v.* pedestris *B* 14 castor ector in genetiuo *B* Castor et corripit in genitiuo ς 17 sunt *delevit Freundius annal. philol. nov.* V (*a.* 1832) *p.* 102 18 tur *om. B*: *cf. Priscian. p.* 701 22 ueruer uerberis *B* uer ueris *editio Ascensiana* 23 treuir triuiri *B* 27 o ante *Lindemannus* u ante *B* 29 faciens ς faciente *B* 30 anxyris. en. es istram (*corr.* sinistram) *B*: *Verg. Aen.* X 545 33 et is *om. B, add.* ς 34 ut dies dieis fides didei *B*

p. 1459. 60 P. p. 118. 19 L.

nata paene tota Graeca sunt. ergo si fecerint apud Graecos genetivo *ου*, erunt apud nos primae declinationis, id est genetivum ae diphthongo terminabunt, ut *Αυσίας Αυσίου* huius Lysiae, *Αἰνείας Αἰνείου* huius Aeneae. si apud Graecos fecerint genetivo *τος*, apud nos erunt tertiae declinationis is syllaba terminantia *genetivum*, ut *Θόας Θόαντος* huius Thoantis. feminini generis si erunt, et ipsa tertiae sunt declinationis, sed dis terminabunt genetivum, ut *Θυάς Θυάδος* Thyadis, et omnia talia, quae contra rationem Latinitatis secundum Graecos ultima syllaba acuuntur, ut Thaumantias Thaumantiadis. nam si *non* acuerimus, erit nomen generis masculini et faciet genetivum ae diphthongo terminatum primae declinationis, || ut Pelias Peliae et Thaumantias Thaumantiae. es pura inventa nomina Latina, si producta fuerint, quintae erunt declinationis: nam genetivo ei facient separatis, ut species speciei, dies diei, et omnia talia; excepto uno tertiae declinationis tis faciente genetivo, quies quietis. ex hoc compositum producta *es* ei faciet in genetivo, quintae scilicet declinationis, requies requiei; correpta vero es tertiae sunt declinationis, genetivo tis faciunt, [miles militis] inquies inquietis. omnia tamen in genetivo ante is vel ante ei producuntur. Graeca vero es pura terminata omnia producuntur et tertiae sunt declinationis: nam is faciunt *genetivo*, ut Gobryes Gobryis, et siqua talia. es correpta terminata tertiae sunt declinationis, tis faciunt genetivo, ut aries arietis, et siqua talia. aes terminata Latina sunt omnia tertiae declinationis ris vel dis facientia genetivo, ut aes aeris, praes praedis. quidam 'hi praedes' numero semper plurali putant, sed errant. nam Cicero 'pro praede litis vindiciarum'. is pura terminata et Graeca sunt et dis faciunt genetivo, Lais Laidis, Thais Thaidis, Nais Naidis. Vergilius poetice Naias Naiadis posuit,

Aegle Naiadum pulcherrima,

non Naidum. excipiuntur duo, quae is vel tis faciunt genetivo, Calais et nominativo et genetivo, Simois Simoentis. omnia tamen tertiae sunt declinationis.

Os pura terminata Latina duo inveniuntur monosyllaba, unum productum ris faciens genetivo, os oris, et aliud correptum sis faciens genetivo os ossis. quidam hoc ossum dicunt, sed errant. nam omnia um terminata dativo et ablativo pluralibus is faciunt, hoc autem bus, ossibus, secundum rationem tertiae declinationis. i genetivo singulari terminata Graeca se-

5 terminantia ς terminant *B* genetivum *om. B, add. Putschius* 7 ut tyastov. adocrocadis *corr.* hyas thyas thyadis *B* ut *Τρωας Τρωαδος* Troas Troadis ς 9 non *om. B, add.* ς ti *Putschius* 14 tis faciente genetiuo *superscripta sunt in B* 15 producta ei facient *B* declinationes *B* 17 quies quietis *corr.* inquies oi inquietis *B: cf. Priscian. p.* 703. 704 19 genetivo *om. B* gobrues gobris *B* 24 Cicero] *in Verr. act. sec.* I 45, 115 pro praedae litis uindicia rum *B* 26 Vergilius] *bucol.* 6, 21 29 simois simoentis uel simos *deletis v.* uel simos *B* hic Simois hic simois huius uel huius Simois uel Simoentis ς 35 i] is *B*: is genetivo singulari terminatum ς is genitivo singulari terminatorum *Putschius* is genitivo singulari terminatae *Lindemannus*

p. 1460—62 P. p. 119. 20 L.

cundae erunt declinationis, lageos lagei: Vergilius ‘tenuisque lageos’, Vergilius Androgeos Androgei. hoc producitur: nam illa corripiuntur. || omnia haec in genetivo *o* ante novissimam litteram aut corripient aut eam in i mutabunt. us pura terminata, si i ante se habuerint, genetivo facient duas i, secundae scilicet declinationis, Vergilius Vergilii, Terentius Terentii; sin alteram vocalem, una i, ut arduus ardui, carduus cardui. i ergo ante us habentia, si propria fuerint, vocativo i terminabuntur, ut o Vergili, o Terenti; sin appellativa, e correpto, o egregie; exceptis comparativis, quae tertiae sunt declinationis ris genetivo facientia, ut hoc carius huius carioris, *hoc melius huius* melioris. omnia tamen comparativa us syllaba terminata generis sint neutri necesse est. aus terminata tertiae erunt declinationis, dis faciunt genetivo, laus laudis, fraus fraudis. eus secundae sunt declinationis, i faciunt genetivo, Tydeus Tydei, Peleus Pelei. vos vel vus secundae sunt declinationis, i faciunt genetivo, hic cervos vel cervus huius cervi, nervos vel nervus huius nervi, et siqua talia.

Vas terminata tertiae sunt declinationis, sis vel dis faciunt genetivo, vas vasis: Terentius ‘nec vas nec vestimentum’; vas vadis: Cicero ‘tanquam vade’, et siqua talia. ves omnia corripiuntur et sunt tertiae declinationis tis facientia genetivo, ut dives divitis, et siqua talia. vis tertiae sunt declinationis is genetivo facientia, haec navis huius navis; nominativo plurali ves producto faciunt, hae naves, excepto uno, quod facit res nominativo plurali, haec vis huius vis hae vires. Lucretius tamen numero plurali hae vis et has vis, ut sit nomen vires numero semper plurali et hae vis has vis o vis, casus habens in numero plurali tres. excipitur unum, quod ris facit genetivo, hic pulvis huius pulveris, numero semper singulari. bas terminata Graeca sunt, unde si apud illos genetivo τος | fecerint, apud nos tis tertiae declinationis, hic Abas huius Abantis; nam apud illos Ἄβαντος: si apud illos βον, apud nos bae, primae scilicet declinationis, Iarbas Iarbae: Ἰάρβον enim facit. bes terminata producta sunt semper tertiae declinationis: nam bis faciunt genetivo, haec || labes huius labis, *haec nubes huius* nubis. unum correptum repperi et ipsum tertiae declinationis et ris faciens genetivo, hic et haec et hoc pubes huius puberis. sic Aquila rettulit Tullium dixisse, quam declinationem secutus Sallustius in Iugurtha ‘puberes interfecit’.

1 lageus lagei *B* Vergilius — 4 mutabunt *superscripta sunt in B* tenuisque] *Verg. georg.* II 93 2 androgeus androgei *B* 3 o *om. B.* Androgeos *correpta ultima syllaba probavisse videtur is qui haec adscripsit, sicut est in codice Charisii p.* 71 10 hoc melius huius *om. B* 14 hic cernus uel cernos *B* 17 Terentius] *Heauton tim.* I 1, 89 *Ciceronis verba ad orat. p. Sest.* 8, 19 ut illo supercilio annus ille niti tamquam vade videretur *pertinere docuit Madvigius opusc. acad.* I *p.* 451 : *cf. infra p.* 1475 18 tamquam *corr.* tanquam *B* 22 lucetius *B: Lucret.* II 586. III 265 : *cf. Priscian. p.* 707 23 hae uires (*corr.* uis) et has uis *B* 24 tres ς etres *B* 28 iarbas hiarbae *B* 30 haec nubes huius *om. B* 32 pubes] *Priscian. p.* 707 33 in Iugurtha] 54 puberes interfici iubet, *quae de eodem vocabulo disputans adscripsit Servius in Verg. Aen.* V 546. *ibid. c.* 26 omnes puberes Numidas — interficit puberes aut interfecit ς puberes ait interfecit *editio Ascensiana.*

p. 1462. 63 P. p. 120. 21 L.

bis tertiae sunt declinationis. nam bis faciunt genetivo, hic Anubis vel Vcurbis, huius Anubis vel Vcurbis, nomen civitatis lectum in Sallustio, hic scrobis huius scrobis genere masculino; sic Plautus 'sexagenos scrobes': haec Saetabis huius Saetabis: hic et haec inpubis huius inpubis; Vergilius 'comitemque inpubis Iuli'. poterit et inpubis inpuberis, sicut Tullius 'filiumque eius inpuberem'. bos terminata producuntur et tertiae sunt declinationis. vis etenim faciunt genetivo, hic et haec bos huius bovis: Horatius 'intactas boves'; his et ab his bobus, non bovibus. quidam hic labos et haec arbos declinaverunt, sed melius or terminabuntur, labor arbor. Stobos lectum in Sallustio, numero semper plurali, hi Stobi, nomen civitatis. Erebos Graecum est, quod poterit Latine Erebus dici. bus omnia secundae sunt declinationis, bi faciunt genetivo, nimbus cibus albus, nimbi cibi albi, et siqua talia.

Cas unum repperi terminatum tertiae declinationis dis faciens genetivo, Arcas Arcadis. ces omnia producuntur, sed Latina dis faciunt genetivo, haec merces mercedis, Graeca cis, Drances Drancis, vel tis, Drancetis, Saces Sacis vel Sacetis. omnia tamen decli|nationis tertiae. cis tertiae sunt declinationis: nam cis faciunt genetivo, hic et haec dulcis huius dulcis. quidam putant haec calcis debere dici, non haec calx, sed errant. nam cis terminata, si non fuerint generis communis, Graeca sunt, hic Acis, nomen fluvii in Sicilia. cos nullum nomen Latinum repperi terminatum; inventor sit etiam doctor rationis declinandi. *unum repperi Graecum secundae* declinationis ci faciens genetivo, Damascos Damasci, sicut Lucanus 'ventura Damascos', nomen civitatis. cus: || hac syllaba terminata masculina quidem omnia secundae sunt declinationis; nam ci faciunt genetivo, Marcus saccus porcus truncus, Marci porci sacci *trunci*. excipiuntur tria quartae declinationis, arcus lacus acus: deminutio genus servat, hic aculeus, non haec aculea. feminina vero cus terminata quartae cus facientia genetivo, *haec* quercus huius quercus, haec ficus huius fici, pomum: sic Martialis

1 hic Anubis uel Curubis huius anubis uel curubis ς, *quod defendit Kritzius in Sallust. hist. fragm. p.* 36. Vcurbis *vel* Vcubis *tuetur Lindemannus cont. Caes. bell. Hisp.* 7 3 scrobs huius scrobis: sic alii; sed Probus nominativum protulit similem genetivo, quod Plautus masculino genere protulit in Amphitrione, 'ibi scrobes effodito tu plus sexagenos in dies' *Priscianus p.* 751 : *cf. id. p.* 657, *Non. p.* 225, 6. et Plautus ait sexagenos scrobes *Servius in Verg. georg.* II 288 *Plauti verba in nostris codicibus Amphitruonis non leguntur* 4 haec saetabis huius saetabis ς haec raetabis huius raetabis *B* inpubis] *Priscian. p.* 707 Vergilius] *Aen.* V 546 5 inpuberisicut tullius filiusque *B* : *Cic. in Catil.* IIII 6, 13 7 ic et haec et hoc bos *B* ut hic et haec bos *p* 8 Horatius] *epod.* 9, 22 his bobus *p et Priscianus p.* 773. 774 his bubus *B* 10 arbor. bos. lectum stobos lectum in salustio *B* arbor. Tabos lectum est in sallustio *p* hi stobi *B* hii tabos *p* 11 herebos *B* herebus *B* 22 declinandi. unum repperi graecum secundae declinationis *Putschius* declinandae declinationis *B* 23 Lucanus] *Pharsal.* III 215 26 trunci *om. B* 27 acus] *Priscian. p.* 654. 712 : acus, genus non servat diminutivo *Putschius* acus deminutivo genus non servat *Lindemannus* 29 haec *ante* quercus *om. B* 30 Martialis] *epigr.* I 65

p. 1463. 64 P. p. 121. 22 L.

dicamus ficos quas constat in arbore natas,

et huius ficus, 'dicemus ficus'. neutra nomina cus terminata tertiae sunt declinationis *ris* facientia genetivo, pecus ulcus, pecoris ulceris. secus duas res significat, adverbium separandi, 'haud secus ac iussi'; et sexus, Sallustius 'virile ac muliebre secus'. omnia autem nomina neutra us terminata tertiae sunt declinationis, ris faciunt genetivo, exceptis quattuor, vulgus pelagus pus virus. sed vulgus et pelagus secundae sunt declinationis, gi faciunt genetivo, pelagi vulgi, numero semper singulari. vulgus et masculino genere declinatur [Vergilius 'ignobile vulgus']. | pus et virus tres casus tantum recipiunt, in numero tantum modo singulari declinantur, hoc pus vel virus, o pus vel virus.

Das primae sunt declinationis, dae faciunt genetivo, Lycidas Midas, Lycidae Midae, et siqua talia. des omnia sunt producta et paene Graeca omnia, unde arbitrio nostro declinabuntur et tertiae declinationis ratione dis facientia genetivo et primae dae terminata casu genetivo Pelides Tydides, Pelidis vel Pelidae, Tydidis vel Tydidae. unum nomen Latinum repperi des syllaba finitum declinationis quintae ei separandis faciens genetivo, fides fidei, e in genetivo correpta. rationem supra docui. legi hic Oedipodes huius Oedipodae: nam si hic Oedipos declinaverimus, genetivo faciet dis, sicut Melampos Melampodis, Lysipos Lysipodis: nam si ante pus syllabam nominativus p litteram habuerit, [] pi faciet genetivo declinationis secundae, Lysippus Lysippi, Chrysippus Chrysippi, Philippus Philippi. dis terminata tertiae sunt declinationis, dis faciunt genetivo, hic et haec rudis huius rudis, haec fidis huius fidis: 'fidibusque canoris': haec glandis, sicut Vergilius. dos producta tertiae sunt, tis faciunt genetivo, dos dotis, sacerdos sacerdotis. dos correpta Graeca secundae sunt declinationis, di faciunt genetivo, Tenedos Tenedi; potest tamen Tenedus dici. dus omnia masculina secundae sunt, di faciunt genetivo, nidus nidi, tardus nardus haec Aradus, *tardi* nardi Aradi. sed melius nardos et Arados dicuntur, sicut Tenedos: nam Graeca *sunt*. excipitur unum quartae declinationis dus faciens genetivo, ut hic gradus huius gradus. nam neutra nomina dus terminata ris faciunt genetivo, pondus ponderis, sidus sideris, ratione neutrorum us terminatorum, quam supra docui. nam feminina dus terminata non repperi Latina.

Fas tertiae est declinationis Graecum tis faciens genetivo n ante eam

1 natas ς natos *B* 2 dicemus ficus Caeciliane tuos ς 3 ris *om. B, add.* ς secus ς pecus *B* 4 haud] *Verg. Aen.* III 236 iussa *B* iussi faciunt ς 5 et sexum ς Sallustius] historiarum libro II *Nonius p.* 222 9 uulgus neutro et masculino ς Vergilius] *Aen.* I 149 ignobile uulgus et hinc spargere uoces in uulgum ambiguas (*Verg. Aen.* II 98) ς 17 ei separatis *editio Ascensiana* 18 correpta ς correptam *B* 24 fidibusque] *Verg. Aen.* VI 120 25 Vergilius] *georg.* IIII 81 nec de concussa tantum pluit ilice glandis: *cf. supra p.* 1444 26 graeca sunt secundae sunt *B* 29 tardi *om. B* 30 nam graeca sunt. excipitur *Putschius* nam graeca excipiuntur (*corr.* excipitur) *B* 31 dus ς dis *B* 35 genetiuo non ante an habens *B*

p. 1464. 65 P. p. 122. 23 L.

habens, elefas elefantis: dicitur et elefantus huius elefanti secundae declinationis. Latina duo repperi indeclinabilia, hoc fas hoc nefas. nam fandi atque nefandi a nominativo venit hoc fandum et hoc nefandum. fes fis fos: his syllabis non repperi nomina terminata; doceat qui reppererit. fes inveniuntur, sed vulgaria. fus secundae sunt declinationis, fi facient genetivo, | rufus rufi, et siqua talia. gas unum Latinum monoptotum repperi generis omnis, nugas; Graeca tertiae sunt declinationis tis facientia genetivo, n ante eam habentia, Gigas Gigantis. ges correpta tertiae sunt, tis faciunt genetivo, seges segetis; producta vero gis, *strages* stragis; Graeca vero gis vel tis vel gae, Gyges *Gygis* vel Gygetis vel Gygae, Ganges Gangis vel Gangetis vel Gangae. gis: non inveni hac syllaba nomen terminatum. gos et corripitur et Graecum est, || hoc Argos huius Argi, declinationis secundae. hoc tamen nomen numero quidem singulari genere neutro dicitur, plurali vero masculino, hi Argi, hoc porrum hi porri. his contraria sunt numero singulari masculina plurali neutra, hic Tartarus haec Tartara, hic Gargarus haec Gargara, hic Maenalus haec Maenala. gus secundae sunt, gi faciunt genetivo, mergus mergi. neutra, sicut supra docuimus, us terminata omnia sunt tertiae declinationis ris genetivo facientia, frigus frigoris, exceptis quattuor, vulgus pelagus pus virus, de quibus paulo ante tractavi. has tertiae sunt Graeca, dis genetivo faciunt, Orchas Orchadis: Vergilius ‘Orchades et radii’. unum inveni barbarum monoptotum, naphthas: Sallustius posuit. hes producta Graeca sunt tertiae declinationis chis vel tis facientia genetivo, Laches Lachetis vel Lachis, Chremes Chremis vel Chremetis, Dares: Terentius ‘puerum conveni Chremis’. his tertiae sunt, dis faciunt genetivo, Bacchis Bacchidis. hos non inveni nisi unum barbarum numero semper plurali, Tarrhos, nomen civitatis lectum in Sallustio. hus anteque c, Orchus Orchi, secundae declinationis. ias Graeca dis faciunt genetivo declinationis tertiae, Thyas Thyadis. ies iis: his iunctis nullum nomen repperi terminatum. ios productum unum inveni, sed numero plurali, Veios, civitatis nomen. ius monosyllabon u ante ris habebit in genetivo, ius iuris; disyllabum vel amplius comparativa et ipsa ris faciunt genetivo, sed ante eam o productam, maius maioris, peius peioris. kas kes kis kos kus; his syllabis nullum nomen terminatur, ratione k litterae, quam supra docui, quod numquam nisi a solum post se habet, nulla altera littera secum iuncta.

Las, si vocalem ante habuerint vel aliam consonantem praeter l,

4 repperiet *corr.* repperierit *B* 9 strages *om. B* 10 Gygis *om. B.* 14 ut hoc porrum ς 21 Vergilius] *georg.* II 86 22 Sallustius] historiarum libro quarto *infra p.* 1473 24 ut Chremes *Lindemannus* Terentius] *Andr.* II 2, 31 26 tharros *corr.* tharrhos *B* 27 hus — declinationis *in marg. add. B* ante c *superscripto* que *B* 30 Veios civitatis nomen, dicitur sicut Tarrhos *Putschius* 36 ante ^{se}habuerit ^{l}t̄ uel aliam consonantem praeter r̄ *B* ante habuerit. e uel aliam consonantem praeter. l. r. ς

p. 1465—67 P. p. 124. 25 L.

primae | erunt declinationis, Hylas Hylae, Asylas Asylae, Amyclas Amyclae, nomen lectum in || Lucano

molli consurgit Amyclas,
quem dabat alta, toro.

si l habuerint, tertiae erunt declinationis. nam aut dis aut tis faciunt genetivo, ut Pallas Palladis vel Pallantis. quidam putant tunc t debere dici, Pallantis, si nominativus n habuerit; tunc Palladis, si non habuerit n nominativus; sed errant. nam nullum de his nominibus n habet. sed differentia genetivi ab accentu nominativi cognoscitur: Pallas in pal habens acutum Pallantis facit, Pallas in las habens acutum Palladis facit. excipitur unum, quod quamvis *l* habeat ante las in nominativo, tamen genetivo nec tis facit nec dis, sed lae ratione primae declinationis, non tertiae, Achillas huius Achillae, nomen lectum in Lucano. les correpta Latina tis faciunt genetivo, miles militis, e in i mutata. excipitur unum, quod in genetivo e producit, locuples locupletis. producta Latina lis faciunt, Hercules Achilles, Herculis Achillis. unum legi les terminatum generis neutri sine aliqua ratione declinationis, Cales, nomen oppidi. Graeca les terminata omnia producuntur et aut lis faciunt genetivo vel tis, ut Thales Thalis vel Thaletis, Eteocles Eteoclis. ergo omnia tertiae sunt declinationis. lis terminata omnia tertiae sunt declinationis. nam lis terminant genetivum, hic facilis huius facilis, hic mollis huius mollis. excipitur tis faciens genetivo haec lis huius litis. Graeca lis terminata aut lis facient genetivo aut dis, ut Damalis huius Damalis vel Damalidis, nomen meretricis Horatianae. hoc tamen scire debemus, quod omnia nomina Latina lis terminata communia sunt generum duorum, ut hic et haec facilis difficilis mollis: excipitur unum lis: hic et haec gracilis, hic et haec imbecillis. sed Terentius nove 'ut gracilae sient', nominativo singulari haec gracila, haec imbecilla. nam si a nominativo lis terminato posuisset nominativum pluralem, les terminabat, graciles. tale est Sallustianum 'imbecilla aetas', non imbecillis. hoc || tamen scire debemus, quod lis terminata Latina communia sunt duum generum, neutrum facientia e correpto, excepto lis litis. los producta unum nomen repperi terminatum et correpta unum apud Lucanum lectum, haec Mallos huius Malli, secundae declinationis, nomen civitatis. nam producta colos coloris Sallustius, 'igitur colos exanguis'; sed melius color dicitur. lus terminata omnia secundae sunt declinationis, li facient genetivo, | malus mali, populus populi, Romulus Romuli, exceptis neutris, quae, sicut

1 asilas asilae *superscriptum est in B* 2 in Lucano] *Pharsal.* V 520 4 alga ς alca *coniecit Lindemannus* 5 si l habuerint ς si li habuerint *B* 11 quamuis habeat *B* 12 dis illa ratione *corr.* dis sed illae ratione *B* achillas huius achillae *corr.* achilae huius achilae *B* 15 producta latina les, proles, soboles, lis faciunt genitiuum, graeca les, lis faciunt genitiuum, Hercules *Putschius* 23 Horatianae] *carm.* I 36 26 Terentius] *Eunuch.* II 3, 23 27 gracilesierint *corr.* gracile sient *B* graciles sient ς 29 Sallustianum] *Catil.* 3 32 correptum *B* apud Lucanum] *Pharsal.* III 227 34 Sallustius] *Catil.* 15

p. 1467. 68 P. p. 125. 26 L.

frequentissime docui, ris faciunt genetivo, vellus velleris, ratione neutrorum us terminatorum, et uno feminino ris faciente genetivo u et in nominativo et in genetivo producta. u ante novissimam syllabam habentem consonantem continentia producuntur, ut tellus telluris, iuventus iuventutis, senectus senectutis. anus anuis, sus suis ideo corripiuntur, quoniam novissima syllaba sine consonante est. haec colus secundae est declinationis li faciens genetivo, huius coli: nam Vergilius ‘cui tolerare colo vitam’, qui dativus a genetivo i terminato venit: et quartae declinationis us terminans genetivum, sicut Statius Thebaidos libro III ‘nigraeque sororum Iuravere colus’, qui nominativus pluralis a genetivo singulari us terminato deducitur.

Mas Latinum unum monosyllabum repperi tertiae declinationis ris faciens genetivo, mas maris: Vergilius accusativum pluralem ‘solve mares’. Graeca indifferenter declinabuntur, et primae declinationis ae diphthongo terminato genetivo et tertiae tis terminato genetivo, Mimas Mimae vel Mimantis, Gyas Gyae vel Gyantis, Athamas Athamae vel Athamantis; in nominativo sine n littera, in ceteris casibus cum ea: sic Pallas Pallantis. nam mimas in mas acutum dis facit genetivo, mimas mimadis, et melius pereunte s littera de nominativo fit nomen Latinum primae declinationis ae genetivum terminans, haec mima huius mimae. || mes correpta faciunt genetivo tis, limes trames, limitis tramitis; producta semper mis, fames famis. Graeca semper producuntur et aut mis faciunt genetivo aut tis, hic Chremes Chremis et Chremetis: Terentius

etiam inde abiens puerum conveni Chremis

et ‘iubeo Chremetem’. omnia igitur tertiae sunt declinationis, quoniam is faciunt genetivo. et inveni genetivo Chremi, | et antiqua est ratio declinationis dativo uti pro genetivo, ‘infelicis Vlixi’ pro Vlixis, Achilli pro Achillis. ‘ad bellum Persi Macedonicum’ pro Persis. mis communia quidem duum generum mis faciunt genetivo, unanimis exanimis, huius unanimis exanimis. dicimus et hic exanimus et unanimus. unius ergo generis nomina mis syllaba terminata ris faciunt genetivo, hic vomis hic cucumis, huius vomeris et cucumeris. Martialis cum genere ‘cucumerem rectum’. ergo omnia mis terminata tertiae sunt declinationis. mos producta unum monosyllabum tertiae declinationis legi ris faciens

3 $\overline{\text{m}}$ ante *B* u enim ante *Lindemannus* 5 anus annis sus suis ς anus annum is (*deletis litteris* is) sus suis *B* 7 Vergilius] *Aen.* VIII 409 9 Thebaidos libro III] *v.* 241 13 Vergilius] *georg.* III 64 16 Gras Grae vel Grantis ς 24 etiam] *Ter. Andr.* II 2, 31 25 iubeo] *Ter. Andr.* III 3, 1 27 infelicis ulixi pro ulicis *B* iut felicis ulixi pro ulixis *p* : *Verg. Aen.* III 613. 691 28 ad bellum] apud Sallustium in prima historia *Charisius p.* 52 : *cf. infra p.* 1472 31 hic uomis huius uomis huius uomeris martialis cum genere cucumerem (*in marg. add.* et cucumeris) rectum *B* hic uomis huius uomis huius uomeris. Martialis cum genere et cucumis rectum ς hic uomis, huius uomis. huius uomeris, cucumis, huius cucumeris, uel cucumis. Martialis masculino genere in quo nec cucumis iacere rectus *Putschius* 32 Martialis] *epigr.* XI 18, 10

p. 1468. 69 P. p. 126. 27 L.

genetivo, hic mos huius moris; correpta nullum legi. mus paene omnia secundae sunt declinationis mi facientia genetivo, humus humi, almus almi; neutro vero tertiae ris facient genetivo, nemus nemoris, secundum rationem neutrorum us terminatorum, de qua frequenter docuimus. unum masculini generis legi tertiae declinationis ris faciens genetivo, hic mus huius muris, ut Horatius

parturient montes, nascetur ridiculus mus,

et unum secundae declinationis et quartae us finiens genetivo, haec domus *huius domus et* huius domi: Terentius

domi focique fac vicissim memineris.

memini illius rei,

nec meminisse viae media Palinurus in unda.

Nas Latina indifferenter declinabuntur, aut primae declinationis ae facientia genetivo, ut Maecenas Maecenae, aut tertiae tis facientia, ut Maecenatis. Graeca tertiae sunt acuto in novissima syllaba contra rationem Latinae linguae, sed dis facientia genetivo, Maenas || Maenadis, nomen Bacchae: sic Persius et Horatius. nes correpta non legi; producta vero, si Latina fuerint, indifferenter primae vel tertiae declinationis ratione flectuntur, ut Noranes Nolanes, Noranae vel Nolanae, Noranis vel Nolanis. Graeca vero tunc primae erunt declinationis apud Latinos, si apud Graecos *ου* fecerint genetivo, ut Hostanes Ὀστάνου huius Hostanae, Δημοσθένης Δημοσθένους huius Demosthenis. nis tertiae sunt similem genetivum nominativo facientia, ut canis inanis, excepto uno, quod ris facit genetivo cinis cineris. et haec Latina. Graeca nis terminata aut nis faciunt genetivo aut dis, haec Philenis Philenidis | *vel Philenis*, Dardanis Dardanidis vel Dardanis. nos tertiae sunt is pura facientia genetivo, o in nominativo producta, in genetivo correpta, ut Minos Minois. nus omnia secundae sunt declinationis: nam ni faciunt in genetivo, Linus Lini, canus cani, sanus sani, Ianus Iani, annus anni, Severianus Severiani, asinus asini, vannus vanni, alnus alni, pinus pini, exceptis duobus tertiae declinationis, uno ris faciente genetivo, Venus Veneris, altero is nova ratione, haec anus huius anuis: Terentius

huius anuis causa, opinor, quae erat mortua;

et duobus quartae declinationis nus facientibus genetivo, haec manus hic sinus, huius manus sinus. nam neutra nomina nus terminata omnia ris faciunt genetivo secundum rationem, quam frequentissime ante monstravi. hoc tamen scire debemus, quod omnis nominativus nus terminatus corri-

6 Horatius] *de a. p.* 139 7 parturiens *B* 9 huius domus et *om. B, add.* ς Terentius] *Eunuch.* IIII 7, 45 10 fac ut uicissim ς 12 nec] *Verg. Aen.* III 202 13 Nas — 43 possumus delectare *Sacerdos p.* 52 *sqq.* 17 Persius] *sat.* 1, 101. 105. *Horatii memoria ad nomen* Thyas, *quod in eadem re adscriptum est supra p.* 1459, *pertinere videtur* 19 roranes (*corr.* noranes) nolanes nolanae uel norarae noranis uel nolaris *B* 25 haec Philenis philenis uel philenidis. Dardanis ς haec filenis filenidis dardanis *B* 31 haec anuis huius anuis *B* 32 Terentius] *Heauton tim.* II 3, 46

p. 1469—71 P. p. 127. 28 L.

pitur excepto eo, qui in genetivo u habet ante novissimam syllabam habentem dumtaxat consonantem. nam anus et sus anuis et suis habent quidem in genetivo u ante novissimam syllabam, tamen corripiuntur, quoniam ipsa novissima syllaba genetivo consonantem non habet. gnas tertiae sunt declinationis, tis faciunt genetivo, praegnas praegnatis. gnes similiter tertiae sunt declinationis, magnes magnetis, e ubique producta. gnis tertiae sunt similem facientia || genetivum nominativo, ignis huius ignis, et siqua talia. gnos: non inveni hac syllaba nomen finitum. gnus omnia secundae sunt declinationis gni facientia genetivo, agnus agni, magnus magni, et siqua talia.

Pas Graeca sunt tertiae declinationis, dis faciunt genetivo, lampas lampadis et similia. pes producta Latina vel Graeca tertiae sunt declinationis, pis facient genetivo, puppes puppis [valles vallis], rupes rupis, vulpes vulpis, excepto uno monosyllabo, quod dis facit genetivo, pes pedis. ex eo figurata corripiuntur et dis faciunt genetivo, alipes alipedis, sonipes sonipedis. unum excipitur ab eo tractum, quod in nominativo producitur, in genetivo pis facit, haec apes huius apis. nam ab eo dictae apes, quod sine pedibus nascuntur, sicut Vergilius de his 'trunca pedum'. nam apes, si pes corripueris, barbarismus erit. apes Graece significans hominem sine filiis dicunt. pes correpta Latina non tracta a pede tis faciunt genetivo, ut praepes praepetis, hospes ho|spitis, excepto uno, quod pis facit, non tis, aucupes huius aucupis. nam qui auceps declinat, errat. omnia ceps terminata tis faciunt genetivo, praeceps praecipitis, anceps ancipitis. praeterea nominativo plurali Terentius aucupes dixit, 'piscatores aucupes'; unde docuit nominativo singulari aucupes debere dici, non auceps. nam aucupetes dixisset numero plurali. pis Latina dis faciunt, lapis lapidis, Graeca aut dis aut pis, aspis aspidis, iaspis iaspidis, Serapis Serapis vel Serapidis, omnia declinationis tertiae. haec senapis huius senapis, sicut Plautus in Pseudolo. alii melius genere neutro indeclinabile hoc senapi, sicut hoc gummi. pos producuntur et sunt declinationis tertiae. si sint generis communis, tis faciunt genetivo, ut hic et haec nepos huius nepotis; quamvis multi haec neptis dicant, non haec nepos. unius vero generis pos terminata ris faciunt genetivo, hic lepos huius leporis. nam quod Arpos legimus, || numero semper plurali declinatur. pos correpta si inventa fuerint, Latina non sunt et secundae declinationis pi facientia genetivo. pus Latina secundae sunt declinationis, pi faciunt genetivo, lupus

is is is pis asspes

13 puppes ualles rupes uulpes excepto *B.* '*illud* asspes *legendum esse* allpes, *h. e.* Alpes' *coniecit Lindemannus*: saepes *voluisse videtur is qui hoc adscripsit.* rupes rupis, vulpes vulpis, puppes puppis, excepto *Sacerdos p.* 54 14 uulpes uulpis. Aspes aspis ς uulpes uulpis, Satrapes satrapis, Hydaspes Hydaspis *Putschius* 15 ex eo figurata] *Priscian. p.* 703 18 Vergilius] *georg.* III 310 19 significat hominem sine filiis (*om.* dicunt) *Sacerdos p.* 54 22 aucupis huius aucupis *B* 24 Terentius] *Eunuch.* II 2, 26 27 aut pis aut dis, ut iaspis huius iaspis uel iaspidis ς 29 in pseudologo *B*: *Plaut. Pseud.* III 2, 28 (*v.* 817 *R*)

p. 1471. 72 P. p. 128. 29 L.

lupi, campus campi, lippus lippi, exceptis duobus, uno monosyllabo indeclinabili, hoc pus, et uno tertiae declinationis ris faciente genetivo, lepus leporis o correpta; nam *producta* erit leporis significans elegantiam a nominativo lepos. Graeca pus terminata tertiae sunt declinationis dis facientia genetivo, Melampus Melampodis, Oedipus Oedipodis; quamvis hic [domus] Oedipodes lectum est. pys Graeca sunt. nam y litteram Latina nomina numquam habent. sunt autem tertiae declinationis is pura terminata genetivo, hic Capys huius Capyis. pans tertiae declinationis tis faciunt genetivo, stipans stipantis. hoc tamen teneamus, quod omnia nomina ns terminata tis faciunt genetivo exceptis duobus. quae tis faciunt et dis, frons frondis et frons frontis, lens lendis et lentis. quidam putant haec lentis debere dici et haec lendis; sed errant, quia non inveni hac syllaba nomen aliquod terminatum.

Ques correpta tis faciunt genetivo, eques equitis (nam quae producta es terminantur, de his ante tractavi), et sunt tertiae declinationis, is faciunt genetivo. quis pronomina reguntur, non nomina. quos quus secundae sunt declinationis, qui faciunt genetivo, equus equi. ras primae sunt declinationis, rae faciunt genetivo, hic Hieras huius Hierae: | Cicero 'Hieras et Blaesamius et Antiochus' in Caesarianis. res correpta tis faciunt genetivo, teres teretis, producta ris, Antores Antoris, Seres Seris: Lucanus 'sub iuga iam Seres': verres verris; exceptis duobus, uno monosyllabo quintae declinationis e in genetivo correpta, res rei, et uno disyllabo, quod genetivo ante ris una syllaba correpta plus crescit, Ceres Cereris, in nominativo e littera producta, in genetivo utraque e correpta. ergo omnia res terminata sive producta sive correpta tertiae || sunt declinationis, excepto uno monosyllabo quintae declinationis, res rei. ris tertiae sunt declinationis, ris vel dis faciunt genetivo, Iris huius Iris vel Iridis, *Paris* huius Paris vel Paridis. unum ris solum facit, Liris huius Liris, nomen fluminis. ros omnia producuntur et sunt tertiae declinationis, ris faciunt genetivo. monosyllabum ris facit, ros roris. Graeca secundum rationem suam, si apud illos ος, apud nos is; si apud illos τος, apud nos tis, ἔρωτος erotis. Tarros nomen est numeri semper pluralis. rus terminata, si aliud ex se genus fecerint, secundae erunt declinationis, ri faciunt

3 producta *om. B* : nam producta significat elegantiam *Sacerdos p.* 54 5 quamuis domus Oedipodae ς quamvis hic Oedipodis lectum sit *codex Sacerdotis p.* 54. domus *ex adscripto olim versu Statii Theb.* I 17 Oedipodae confusa domus *relictum esse videtur:* quamvis domus Oedipodae et hic Oedipodes lectum est *coniecit Lindemannus conl. Stat. Theb.* I 17 *et* 48 7 ys pura *B* 8 hic capys huius capys *B* 14 aeques aequestris *corr.* eques equitis *B* nam que producto es terminantur de his *B* nam quies et inquies es terminantur non ques: et de his ς nam quies et inquies producto es terminantur: de his *Lindemannus* nam quies et inquies es terminantur, non quies *codex Sacerdotis p.* 55. inquies *correpta* es *dicendum esse docuit Probus p.* 1460 18 Cicero in Caesarianis. Hieras ς : *p. Deiot.* 15, 41 21 Lucanus] *Pharsal.* I 19 22 correptares. res et *B* 24 a littera *B* 28 Paris *priore loco om. B* 31 apud nos is pulcher si aput *B* aput nos is, ἥρως ἥρωος herois, si aput *Sacerdos p.* 55 32 Tharros ς *Sacerdos p.* 55 tartaros *B*: *cf. p.* 1465

p. 1472. 73 P. p. 129. 30 L.

genetivo, carus cari, austerus austeri, mirus miri. hac ratione, id est secundae declinationis, etiam Graeca nomina declinantur, quamvis non faciant aliud genus, ut Tartarus Tartari, Gargarus Gargari. haec tamen numero singulari sunt masculina, pluraliter neutra, sicut Maenalus Maenala. quae vero Latina aliud genus non faciunt rus terminata, quartae sunt declinationis et rus faciunt genetivo, hic currus huius currus. excipiuntur quattuor, unum ri faciens genetivo, quamvis aliud genus ex se non faciat, hic murus huius muri; alterum indifferenter declinatum secundae declinationis, ri faciens genetivo, et quartae rus, haec laurus huius lauri et huius laurus: altera duo monosyllaba, quae tertiae sunt declinationis is vel ris facientia genetivo, haec grus gruis, hoc rus ruris. hoc tamen teneamus, omnia monosyllaba tertiae esse declinationis is facientia genetivo, exceptis duobus quintae declinationis ei separatis genetivo facientibus e in genetivo correpta, spes spei, res rei. rationem supra docui.

Sas: hac syllaba nullum nomen repperi. ses terminata Graeca sunt, indifferenter declinantur, et primae declinationis sae genetivo et tertiae sis, ut Cambyses Cambysae vel Cambysis, Perses Persae vel Persis. nam quod Sallustius ait 'ad bellum Persi Macedonicum', non declinationem mutavit, sed antiqua usus est consuetudine, || dativum posuit pro | genetivo; et Cicero 'filiumque Verri' pro Verris, et Vergilius 'inmitis Achilli'. sis omnia tertiae declinationis terminata, is faciunt genetivo, Latina quidem sis, hic ensis huius ensis, peregrina sis vel dis, haec Isis huius Isis vel Isidis, haec basis huius basis vel basidis, cassis cassis vel cassidis, quamvis Vergilius haec cassida declinavit. sos pura Latinum nullum repperi terminatum, unum Graecum legi in Sallustio secundae declinationis si faciens genetivo, haec Amisos huius Amisi. sons correpta in medio habens n tis faciet, insons insontis: sic Horatius. sons non legi. Sallustius numero plurali utrumque 'insontis sic uti sontis'. de n et s terminatis frequentissime docui. sus terminata propria vel aliud genus ex se facientia secundae sunt declinationis, si faciunt genetivo, Nisus Nisi, proprium et participium. appellativa vero non facientia aliud genus quartae erunt declinationis, sus faciunt genetivo, hic occasus huius occasus. nam plausus, si sit participium, huius plausi, si nomen appellativum non faciens aliud ex se genus, huius plausus; sicut nisus participium nisi, appellativum unius

18 Sallustius] in prima historia *Charisius p.* 52: *cf. supra p.* 1468 20 filiumque Verri] *cf. Ritschelius supplem. quaestionis de declinatione quadam Latina recondituore* (*Bonn. a.* 1861) *p.* IV inmitis] *Verg. Aen.* I 30: immitis Achilli pro Achillis et infelicis Ulixi (*Verg. Aen.* III 613. 691) pro Ulixis *Pulschius* 23 cassis] *Priscian. p.* 689 24 Vergilius] *Aen.* XI 775 26 haec Amisos huius Amisi *Sacerdos p.* 56 haec camisos huius camisi *B, quod defendit Kritzius in Sall. hist. fragm. p.* 306. *Amisi urbis in quarto historiarum libro a Sallustio mentionem factam esse testatur Priscianus p.* 830 (*Sall. hist.* IIII 1 *ed. Kritz.*) 27 faciet ς facient *B* insons] *cf. supra p.* 1414 *Priscian. p.* 751 Horatius] *carm.* II 19, 29 insons Cerberus, *sat.* I 6, 69 purus et insons Sallustius] *Catil.* 16 28 sicut sontis ς 29 propria p re uel *B* propria sunt uel *Sacerdos p.* 56

p. 1473. 74 P. p. 130. 31 L.

generis nisus. excipitur unum monosyllabon is faciens genetivo, sus suis, ratione monosyllaborum, de qua frequenter tractavi.

Tas omnia tertiae sunt declinationis, tis faciunt genetivo, facultas facultatis; hoc naptas primae tae genetivo faciens, huius naptae, nomen barbarum contra rationem neutrorum, quae Latina genetivum ae diphthongo non terminant, exceptis quattuor, hic et haec et hoc verna huius vernae, *hic* et haec et hoc advena huius advenae, et hoc Turia huius Turiae flumen, hoc naptas huius naptae, genus olei cedro simile, sicut Sallustius historiarum libro quarto. sed melius erit indeclinabile. tes Latina tis faciunt genetivo, rates ratis. || Graeca autem, si apud illos τον, apud nos *tae*, Achates Achatae Ἀχάτου, aut tis crescente syllaba, si apud illos τος, Crates Cratetis Κράτητος, ut Bibaculus de Catone grammatico ‘iecur Cratetis’. tis omnia sunt tertiae declinationis, tis faciunt genetivo Latina, hic mitis huius mitis, haec neptis huius neptis; Graeca tis vel dis, hic Attis huius Attis vel Attidis, haec amystis | huius amystis amystidis, nomen lectum in Horatio. tos omnia corripiuntur et Graeca sunt et secundae declinationis, ti faciunt genetivo, Berytos Beryti, Pontos Ponti, quae poterunt Latine melius dici, si o in u mutaverint. tus exceptis istis Graecis venientibus a syllaba τος cetera facientia aliud genus secundae sunt declinationis, ti faciunt genetivo, stultus stulti, venatus participium venati, hic artus huius arti, angustus quod redditur (nam artus membra numero semper plurali declinantur); non facientia us, ut vestitus huius vestitus, res ipsa: Terentius ‘vestitu nimio indulges’; qui ablativus *a* genetivo venit tus syllaba terminato. nam participium hic vestitus huius vestiti: facit enim aliud ex se genus. excipiuntur duo tis facientia genetivo, virtus iuventus, virtutis iuventutis. nam hoc tus neutrorum ratione us finitorum ris facit genetivo, huius turis: Vergilius ‘ture calent arae’. praeterea monosyllabum est. ctus, si fecerint aliud ex se genus, cti faciunt genetivo, rectus recti, lectus lecti, erectus erecti; non facientia aliud genus quartae erunt declinationis, hic rictus huius rictus, hic luctus huius luctus. excipitur unum, quod quamvis non faciat ex se genus, tamen cti facit genetivo, lectus lecti, non, ut quidam inperiti, huius lectus. nam Cicero ‘me in meo lecto’, qui ablativus ab i littera terminato genetivo venit, non us; et Terentius

et lectos sterni iube et parari cetera’:

accusativus os terminatus a genetivo venit i terminato, non us. unum

4 naphtas ς: *cf. p.* 1465 6 terminat *B* 7 hic *om. B* hoc tyria huius thyriae *B* 8 hoc naptha huius napthae *B* caedro *B* 11 tae *om. B* illos τον κρατητος cratetis κρατητος ut uiuaculus *B* 12 Bibaculus] *cf. Sueton. de gramm.* 11 14 hic atthis huius atthis uel atthidis *B* 16 in Horatio] *carm.* I 36, 14 Threicia vincat amystide 17 Beritos beriti ς uerutos ueruti *B* 19 a syllaba τον *B* 22 non facientia us ς non facientia tus *Sacerdos p.* 57 non facient is *B* Terentius] *Adelph.* I 1, 38 23 a *om. B* 26 neutrorum ς *et Sacerdos p.* 57 neutro *B* neutrum *Putschius* us finitorum *Sacerdos p.* 57 nus finitorum *B* tus finitorum ς 27 Vergilius] *Aen.* I 417 32 Cicero] *in Catil.* I 4, 9 33 Terentius] *Adelph.* II 4, 21 34 et *ante* lectos *om.* ς parari ς parare *B*

p. 1474—76 P. p. 131. 32 L.

excipitur tertiae declinationis ‖ tis faciens genetivo, senectus senectutis. ptus, si fecerint aliud ex se genus, secundae sunt declinationis pti, hic raptus huius rapti; sin minus, quartae ptus facient genetivo, hic sumptus, erogatio, huius sumptus: Terentius 'sumptus quos faciunt'. sumptus acceptus significans huius sumpti: facit enim haec sumpta. stus, si fecerint aliud genus vel propria sint, secundae sunt declinationis, hic castus huius casti, hic Augustus huius Augusti; non facientia quartae erunt declinationis, stus facient genetivo, excepto uno mustus musti, hic aestus huius aestus, hic quaestus, adquisitio, huius quaestus; *hic questus*, si participium sit, huius questi, si non faciens aliud genus, huius questus: Vergilius 'questuque cruentus'. | excipitur unum, quod et sti facit *et stus* genetivo, hic cestus, tunica Veneris, huius cesti, hic caestus pugilum huius caestus: Vergilius 'quid siquis caestus ipsius'. et orthographia distant et declinatione. ergo omnia tis faciunt genetivo exceptis quattuor, caestus, aestus, quaestus, questus querella. thas unum nomen barbarum generis neutri legi, hoc naphthas huius naphthae. de hoc et supra docui; sed melius indeclinabile est. thes productum Graecum inveni apud Ovidium, Ianthes huius Ianthes vel Ianthidis. this: et hoc tertiae est declinationis, this vel dis facit genetivo, Atthis Atthidis: sic Ovidius. thos: non inveni hac syllaba nomen terminatum; qui reppererit, doceat rationem. thus secundae sunt declinationis, thi faciunt genetivo, hic Parthus huius Parthi, hic acanthus huius acanthi: Vergilius 'croceo velamen acantho'; Xanthus Xanthi. thus vel tys terminata tertiae sunt declinationis, thus vel thys faciunt genetivo, hic Panthus huius Panthus, hic Atys huius Atys, hic Othrys huius Othrys.

Vas terminata et sis faciunt genetivo et dis, hoc vas huius vasis; utrumque Varro ait de lingua Latina: hic vas huius vadis. Cicero 'vultu tamquam vade'. ves corripiuntur omnia ‖ et tertiae sunt declinationis: nam tis faciunt genetivo, hic dives huius divitis, miles militis, et siqua talia. vis et ipsa tertiae sunt declinationis et similem nominativo faciunt geneti-

2 fecerint *Sacerdos p.* 58 fecerit *B* 3 si minus *Sacerdos p.* 58 sint minus *corr.* sumptus *B* sumptus ς facient genetiuo *superscripta sunt in B* facit genitiuo ς 4 *Terentii exemplum ad Adelph.* V 3, 21 sumptum filii quem faciunt *rettulit Lindemannus* 8 mustus] *Priscian. p.* 711 9 hic questus *om. B* 10 huius quaesti *B* huius quaestus uerg. quaestuque *B* : *Verg. Aen.* VII 501 11 et stus *om. B, add. Sacerdos p.* 58 : quod et stus et sti facit ς 12 ueneris huius caesti *B* pugilium *B* 13 Vergilius] *Aen.* V 410 14 cestus aestus quaestus quaerella *B* 17 aput ouoedium *B* : *metam.* VIII 715 *sqq.* 19 Atthis Atthis vel Atthidis *coniecit Loersius mus. Rhenan. noviss.* IIII (*a.* 1846) *p.* 44 Ovidius] *heroid.* 15, 18 20 repperit *B* 22 Vergilius] *Aen.* I 649. 711 23 thus uel thys ς thys uel thrys *Sacerdos p.* 59 24 thus uel thys faciunt ς hic uel thys faciunt *B* is uel thys *voluisse videtur grammaticus : cf. Sacerdos p.* 59 hic Atys huius Atys *om.* ς 27 *Varronis ea quae de vade et vadimonio leguntur de ling. Lat.* VI 74 *p.* 250 *ed. Speng. respici putavit Lindemannus. fortasse* hoc vas huius vasis vel hoc vasum huius vasi, utrumque *etc.* hoc vas huius vasis, hic vas huius vadis, utrumque *coniecit Spengelius ephem. schol. (Allgem. Schulzeit.) a.* 1832 *p.* 275 Cicero] *p. Sest.* 8, 19 : *cf. supra p.* 1461

vum, civis huius civis, haec vis huius vis et plurali hae vis, sicut Lucretius et Varro: nam hae vires numero semper plurali declinantur. vos vus supra docui quod secundae sunt declinationis, vi faciunt genetivo, cervos cervi, servus servi. xas: nullum repperi nomen hac syllaba terminatum. xes vero producuntur et tertiae sunt declinationis, xis faciunt genetivo, Araxes Araxis, Xerxes Xerxis. xis Latina sic terminabuntur et genetivo, hic axis huius axis; Graeca et xis et dis, hic Alexis huius Alexis vel Alexidis, tertiae declinationis. xos corripiuntur et Graeca sunt secundae declinationis, xi faciunt genetivo, haec Naxos huius Naxi: Vergilius

bacchatamque iugis Naxon.

potest haec Naxus huius Naxi hanc Naxum dici. xus omnia secundae sunt declinationis, xi faciunt genetivo, laxus laxi, fluxus fluxi, taxus taxi, buxus buxi. excipitur unum quar|tae declinationis xus faciens genetivo, hic luxus huius luxus, luxuriam scilicet significans: Terentius 'adulescens luxu perditus', nam luxus vacillans huius luxi facit: Sallustius ablativo 'luxo pede'. zas barbara sunt primae declinationis, zae faciunt genetivo, hic Ormizas huius Ormizae. zes et ipsa barbara producta primae declinationis, Artabazes Artabazae. zis zos zus syllabis nulla nomina repperi terminata.

T: hac littera duo nomina tantum modo Latina terminata reperiuntur, unum indeclinabile hoc git, genus seminis nigri, quo panis conditur, et unum tertiae declinationis tis faciens genetivo caput capitis, et siquid ab eo nascitur. sinciput sincipitis Varro posuit in Aetiis. u littera nomina terminata omnia neutra sunt quartae declinationis u terminantia genetivum et dativum et ablativum, sed producto; nominativum accusativum et vocativum u terminant, sed correpto, ut hoc || cornu gelu genu veru, et siqua talia. docueram tamen quod quarta declinatio genere quidem masculino et feminino us genetivo terminaretur, in genere vero neutro u, huius cornu gelu veru genu. x: hac littera terminata omnia tertiae sunt declinationis: nam is faciant genetivo necesse est ante eam c vel g posita, ut pix picis, arx arcis, nux nucis, crux crucis, rex regis, grex gregis. excipiuntur quattuor, quae nec cis faciunt genetivo nec gis, nix nivis, nox noctis, senex senis, supellex supellectilis: Terentius 'supellectile opus est'. unde x littera supervacua non est, sicut quibusdam placet. y z: his litteris nulla nomina terminantur.

1 haec uis huius uis et pluraliter hae uis *p*: huius uis et plu hae uis *alio atramento, ut visum est Lindemanno, superscripta sunt in B* sicut reneus (*corr.* renus) et uarro *B* sicut ritiennus et uarro *p* sicut Terentius ς: *cf. supra p.* 1461. *Lucret.* II 586 III 265 9 Vergilius] *Aen.* III 125 14 hic luxus ς haec luxus *B* Terentius] *Adelph.* in actia IIII 7, 42 15 ablativo *superscriptum est in B* 23 posuit u littera *B:* in actia *recentiore atramento scriptum esse indicavit Lindemannus.* in Aetia *coniecit Lindemannus: cf. Charis. p.* 117. in actionibus *Ritschelius de Varr. logistor.* (*Bonn. a.* 1845) *p.* IX 25 nominatibo acc. uocat. u terminato *B* 30 faciant ς faciunt *B* 33 Terentius] *Phorm.* IIII 3, 61 34 superuacua ůôü est *B*

p. 1477. 78 P. p. 133. 34 L.

Omnia nomina monosyllaba tertiae sunt declinationis: nam is faciunt genetivo exceptis quinque, tribus indeclinabilibus, git ir pus, et duobus declinationis quintae ei separatis genetivo terminatis, res rei, spes spei, e contra rationem quintae declinationis in genetivo correpta, quoniam nominativus ante es consonantem habet iunctam, ut fides fidei.

Ergo breviter doceamus enumerando, quot modis singuli casus utriusque numeri terminentur. nominativus singularis fit modis quindecim, a, e utraque, i, o utraque, u l m n r s x c t, poeta monile *Danae* gummi Varro Dido genu mel bonum carmen | orator sacerdos verax lac caput. genetivus singularis fit modis quattuor, ae i is u, huius fortunae huius grammatici huius oratoris huius genu. dativus singularis fit modis quattuor, ae i o u, huic Aeneae huic sacerdoti huic docto huic genu. accusativus singularis fit modis quattuor, m n u s, hunc sacerdotem hoc carmen hoc cornu hoc pectus. vocativus singularis tot modis fit, quot et nominativus. ablativus singularis fit modis novem, a, e utraque, i o u m s t, ab hoc poeta ab hoc sacerdote ab hac specie ab hoc suavi ab hoc docto ab hoc genu ab hoc nequam ab hoc nugas *ab hoc git.* || nominativus pluralis fit modis quinque, a ae i m s, haec regna hae Musae hi docti hi nequam hi sacerdotes. genetivus pluralis fit modis tribus, m s i, horum oratorum horum nugas horum nihili. dativus et ablativus pluralis fiunt modis tribus, i m s, his et ab his nihili nequam nugas. accusativus pluralis fit modis quattuor, a s m i, haec sceptra hos nugas hos nequam hos nihili. vocativus pluralis fit modis quot nominativus eiusdem numeri, id est quinque, a ae i m s, o sceptra o fortunae o nihili o nequam o nugas. hoc tamen notemus, quod in quibus casibus cuiuslibet numeri aliquem praetermisimus modum, de his est monoptotis, nequam nihili nugas.

DE FORMIS CASVVM.

Formae casuum sunt sex. prima forma unaria nuncupatur, quae sola nomina regit in utroque numero uno modo omnes casus terminans, nequam nugas nihili. secunda forma binaria dicitur et ipsa sola nomina regit in numero tantum modo singulari duobus casibus variatis, hoc cornu: nominativus accusativus vocativus corripiuntur, genetivus dativus ablativus producuntur. tertia ternaria dicitur; haec nomina quidem in utroque numero regit, hoc bellum huius belli huic bello, haec bella horum bellorum his bellis, pronomina vero in numero tantum modo plurali, haec ista horum istorum his istis. quarta, quam quaternariam nuncupamus, et nomina et pronomina regit in utroque numero; nomina sic, hoc carmen huius carminis huic carmini ab hoc carmine, et pluraliter, hi docti horum doctorum his doctis hos doctos; pronomina sic, illud illius illi ab illo, pluraliter hi

5 ante es *Sacerdos p.* 60 ante s *B* 6 singulis *B* 8 Danae *om. B, add. Sacerdos p.* 60 9 barro Dido genu *B* uerax *Sacerdos p.* 30 uerx *B* uertex ς 10 formae *corr.* fortunae *B* 15 t] c *B* 17 ab hoc git *om. B, add. Putschius*

p. 147S—80 P. p. 134. 35 L.

isti horum istorum his istis hos istos. quinta forma est quae quinaria nuncupatur, in numero tantum modo singulari et nomen regit et pronomen, hic sacerdos huius sacerdotis huic sacerdoti hunc sa|cerdotem o sacerdos ab hoc sacerdote; pronomen sic, iste istius isti istum o ab isto. quinaria forma in || numero plurali nec nomen continet nec pronomen. sexta forma senaria est, in numero singulari pronomina sola regit, in plurali nulla, nullus nullius nulli nullum nulle a nullo.

DE CATHOLICIS VERBORVM.

In hoc libro etiam de verbis tractabo, sicut ante promisi. quorum rationem per singularum litterarum syllabas primae verbi personae, qualem faciat secundam, unde modi imperativi secunda persona cognoscitur, ex qua coniugatio cognoscetur, *diligentissime hoc docebo.* atque interim de vocalibus tractemus positis ante novissimam litteram primae verbi personae. inveniuntur autem vocales ante novissimam litteram tres, consonantes multae, de quibus postea docebimus. prima coniugatio tres habet vocales ante novissimam litteram primae verbi personae: recipit e correptam, commeo commeas commea, i, lanio lanias lania, u, fluctuo fluctuas fluctua. secunda coniugatio e solum recipit productam, doceo doces *doce*; tertia correpta duas, i, rapio rapis rape, u, ruo ruis rue; tertia producta, quam quidam quartam dicunt, e, redeo redis redi, i, munio munis muni. sed quoniam tota vis verborum in tempore perfecto modo indicativo continetur, sicut in secunda persona *eodem modo tempore praesenti et in secunda persona* modo imperativo tempore praesenti declinatur, per singulas litteras primae personae verbi doceamus secundam personam eiusdem temporis praeteriti perfecti et modi imperativi temporis praesentis secundam personam, quae fit litteris quidem tribus, modis vero quattuor, sicut exemplis paulo ante monstravi: a ama, e producta doce, e correpta lege, i muni. extra hos modos siquod verbum terminaverit alia littera secundam personam modi imperativi temporis praesentis, nullius coniugationis continet rationem, ut es dic velis cedo, et siqua talia. ||

E: hanc litteram ante o habentia verba aut primae sunt aut secundae aut tertiae productae. si primae sint, avi facient temporis praeteriti prima persona modi indicativi, ut commeo commeas commeavi; si secundae, aut cui, arceo arcui, aut di, ut prandeo prandi, interdum crescente una

declina

12 ex qua coniugatione cognosceretur adque *B* unde coniugatio declaratur, diligentissime hoc docebo: atque *Sacerdos p.* 61 18 e solum recipit productam doceo doces doce tertia correpta ς e solum recipit doceo doces producta tertia correpta *B*

sed

20 scire debemus quoniam *B* 22 eodem modo — persona *om. B*, *addidi ex Sacerdote p.* 61 24 eiusdem modi temporis *Sacerdos p.* 62: secundam personam modi indicativi temporis praesentis et primam personam eiusdem modi temporis praeteriti perfecti *voluisse videtur grammaticus* 28 secunda persona *B* 30 ut es dic *Sacerdos p.* 62 ut est dici *B* ut est sis ς 32 aui fient *B* ui facient ς 34 aut cui *Sacerdos p.* 62 acui *B* aut ui ς

p. 1480. 81 P. p. 135–37 L.

syllaba in principio, ut mordeo momordi, pendeo pependi, aut xi, lugeo luxi, aut gui, langueo langui, aut si, ardeo arsi; tertiae productae | aut vi aut duas i, ut eo ivi vel ii. ergo breviter per singulas litteras ante eo positas decurramus, ut facilius cognoscamus, e ante o posita cuius sit coniugationis vel quo modo faciat speciem perfectam. a: hanc litteram ante eo habens verbum nullum repperi; inventor doceat rationem. b ante eo posita aut secundae sunt coniugationis aut tertiae productae. *secundae bui faciunt, ut rubeo rubui, sorbeo sorbui; tertiae productae* i vel ii, ut subeo subi vel subii. c ante eo posita secundam regit coniugationem, speciem perfectam aut cui aut xi, arceo arcui, luceo luxi. d: et haec ante eo posita secundam regit coniugationem, speciem vero perfectam aut di aut si, prandeo prandi, ardeo arsi; interdum addit syllabam in principio, ut momordi pependi. e ante eo posita tertiam productam regit, tempus perfectum ivi vel ii facit, ut anteeo praeeo, anteivi praeivi vel anteii praeii. f: hanc litteram ante eo habens nullum repperi verbum. g ante eo posita secundam regit coniugationem, speciem vero perfectam aut xi aut gui aut si, lugeo luxi, egeo egui, tergeo tersi. dicimus et tergo tergis || tertiae correptae: legimus enim et tergent, quod venit a verbo tergeo, et tergunt ab eo quod est tergo. h i k ante eo positas verbum regere non inveni. l ante eo posita secundam regit coniugationem, speciem perfectam lui vel levi, ut caleo compleo *deleo*, calui complevi delevi: ‘relevi dolia omnia’ Terentius. excipitur unum ab utraque ratione defectivum genere faciens speciem perfectam | quasi passivam, soleo solitus sum. m ante eo posita primam regit coniugationem, speciem perfectam *avi faciens*, ut remeo commeo, remeavi commeavi. hoc tamen scire debemus, quoniam omnia verba e ante o habentia secundae sint coniugationis necesse est, excepto eo is it et illis quaecumque ab hoc verbo fuerint tracta, quae omnia tertiae productae, id est quartae coniugationis *sunt praeter duo primae coniugationis*, quae supra posui, remeo *et commeo*. n ante eo habentia verba si venerint a verbo eo, sicut supra posui, tertiae sunt productae, id est

2 aut ui auduas intereo iui uel ii *B* aut ui audiui intereo interiui uel ii ς aut ui aut duas ii, ut eo is ii uel iui *Sacerdos p.* 62 7 coniugationis aut tertiae correptae aut productae i uel ii ut subeo subi uel subii. c ante eo posita *B* coniugationis aut tertiae productae. secundae bui faciunt, ut rubeo rubui, sorbeo sorbui (nam sorbsi barbarismus est); tertiae productae ivi vel ii, subeo subivi vel subii. inveni unum primae coniugationis beavi faciens tempore perfecto: Terentius (*Eunuch.* II 2, 48) ‘ecquid beo te?’, beo beas beavi. (beo beas beaui *om.* ς) c ante eo ς *et Sacerdos p.* 62 10 arces arcui luces luxi *B* 13 pependi. exceptis duobus defectivis genere, quae incipientia quasi neutra tempus faciunt perfectum quasi passiva, id est quasi r littera finita, ut gaudeo gavisus sum, audeo ausus sum; aut dui, ut studeo studui, strideo stridui. sed vide (uidendum ς) ne magis dicendum sit strido stridis: Vergilius (*Aen.* II 418) ‘stridunt silvae’, non strident. e ante ς *et Sacerdos p.* 63 17 tergeo] *p.* 1486 *Priscian. p.* 870 18 legimus enim et spicula lucida tergent (*Verg. Aen.* VII 626) ς *ex Sacerdote p.* 63 21 deleo *om. B* Terentius] *Heauton tim.* III 1, 51 24 aui faciens *om. B, add.* ς *et Sacerdos p.* 63 25 quoniam *B* quod ς *et Sacerdos p.* 63 26 sint declinationis *B* 28 sunt praeter duo primae coniugationis, *item* et commeo *om. B, add.* ς *ex Sacerdote p.* 63

p. 1481. 82 P. p. 137. 38 L.

quartae coniugationis, specie perfecta facient vi vel ii, ut ineo inis inivi vel inii; si non venerint, secundae erunt coniugationis nui facientia in specie perfecta, moneo mones monui. o ante eo habentia tertiae productae, id est quartae sunt coniugationis vi vel ii facientia in specie perfecta, ut coeo cois coivi vel coii. p: hanc litteram ante eo verbum habens non repperi. q: hanc quoque litteram ante eo nusquam repperi. r: haec littera ante eo posita secundae coniugationis regit verba, rui faciunt in specie perfecta, careo cares carui; tertiae productae vi vel ii, ut pereo peris perivi vel perii. s ante eo posita unum repperi verbum tertiae productae ivi vel ii faciens in specie perfecta, transeo transivi vel transii. t: hanc litteram ante eo inveni, sed verba secundae coniugationis regentem et facientem speciem perfectam tui, ut lateo latui, pateo patui. tertiae productae, id est quartae coniugationis si inventum || fuerit, veniet a verbo eo is et faciet ivi vel ii in specie perfecta. nam, sicut ante docui, e ante o verba habentia omnia secundae sunt coniugationis excepto verbo eo is, et siquid ab eo nascitur. nam tertiae sunt productae coniugationis praeter duo verba primae coniugationis, quae ante posui, commeo commeas, remeo. tertia enim correpta coniugatio eo non terminatur, sicut supra monstravi. hoc tamen scire debemus, quod tertiae productae coniugationis, id est quartae, ab eo veniens species perfecta duobus tantum modis *terminatur*, ivi vel ii. v: hanc litteram ante eo positam verbum habens secundae repperi coniugationis speciem perfectam faciens ivi, coniveo conives conivi; Cicero 'siqui exire velint, conivere possum': et ceveo ceves cevi; Persius 'an, Romule, ceves?'. x y z: has litteras ante eo verba habentia nusquam repperi.

Quoniam sufficienter, ut arbitror, de verbis e ante o habentibus docui, consequens | puto de his tractare, quae i ante o habent per singulas litteras antepositas, quae regunt primam coniugationem vel tertiam utramque. nam secunda coniugatio eo tantum modo terminatur. a ante io habens verbum tertiae correptae inveni ai faciens in specie perfecta, aio ais ait, ai aisti ait. b ante io habentia tertiae productae, id est quartae coniugationis inveni vi vel ii facientia speciem perfectam, ambio ambis ambivi vel ambii. c ante io habentia tertiae *productae* vi vel xi facient specie perfecta, sarcio sarcivi, vincio vinxi; tertiae vero correptae ci, ut inicio inieci. d ante io non inveni. e: hanc quoque litteram non inveni. f ante io habentia verba tertiae sunt productae, vi vel fii faciunt specie perfecta, suffio suffivi vel suffii. unum repperi eiusdem coniugationis defectivum genere, sicut soleo solitus sum, sic fio fis factus sum. g ante io habens verbum non inveni. h ante

praeter duo uerba

7 declinationis regens *B* 19 id est quartae ab eo ueniens sciens perfecto duob. tantum mododis iibi uel ii *B* id est quartae praeter duo verba ab eo venientia species perfecta duobus tantum modis terminatur, ivi vel ii *Lindemannus:* id est — veniens *om.* ς 22 faciens ibi conibeo conibes conibui *B* 23 ceueo cebes cebui *B* 24 Persius] *sat.* 1, 87 33 productae *om. B*

p. 1482–84 P. p. 138. 39 L.

io verba habentia primae repperi coniugationis avi facientia specie perfecta, hio inhio, hiavi inhiavi. i k: his litteris || ante io verba terminata non inveni. uno i inveni tertiae correptae xi faciens perfecto, meio meis mexi: Persius modo infinito 'matronae immeiere vulvae'. l ante io verba tertiae productae sunt, vi vel ii facient perfectum, polio polivi vel polii. participium passivum posuit Vergilius, 'iam parte polita', et modi indicativi activitatis speciem imperfectam, polibant; silio silis silivi vel silii. m ante io habens verbum non inveni. n ante io habens verbum si primae fuerit coniugationis, vi faciet specie perfecta, lanio lanias laniavi; si tertiae productae, id est quartae, vi vel ii, ut munio munivi vel munii. o ante io positam in verbis non inveni. p ante io posita tertiae correptae inveni ui facientia perfectam speciem, rapio rapui, vel ii, cupio cupivi vel cupii q ante io nusquam inveni, et rationabiliter, quia q littera non scribitur, nisi ante u et aliam quamcumque vocalem iniunctam. r ante io positam tertiae correptae inveni ri faciens speciem perfectam et pe syllaba correpta in principio addita, pario peperi. quidam putant hoc verbum tertiae productae, id est quartae, esse, sed errant: nam infinitum modum [perfectum] Terentius posuit, 'parere hic divitias'. quod si esset tertiae productae, ri habuisset syllabam ante re, parire. praeterea re utraque correpta est. nam si produxeris, erit secundae coniugationis, parere veniens a verbo pareo pares,

paret amor dictis carae genetricis.

s ante io habens verbum primae repperi coniugationis vi faciens specie perfecta, basio basiavi: sic Martialis. t ante io habens, si tertiae productae fuerit, vi faciet specie perfecta, partio partivi; sic Cicero, partiverant: dicimus et partior sub eodem intellectu activitatis vel verbi communis partior; Vergilius 'et socios partitur in omnes', sic uti obsono obsonor. si primae fuerit, vi faciet specie perfecta, satio satias satiavi. v x y z ante io: nulla de his litteris inveni terminata verba; qui invenerit, etiam declinandi doceat rationem.

A ante uo posita primae coniugationis || verba regit et tertiae correptae. nam secundae coniugationis vel tertiae longae, id est quartae, verba u ante o numquam habent, sed secunda e solam, tertia producta, id est quarta, *e* et i. ergo a ante uo posita si primae fuerit coniugationis, avi faciet specie perfecta, lavo lavavi; si tertiae, vi, lavo lavis lavi. dicimus et lavor lavaris sub uno intellectu. b ante uo tertiae correptae repperi bui faciens specie perfecta, imbuo imbuis imbui. primae non inveni; inventor

3 Persius] *sat.* 6, 73 patriciae immeiat vulvae 6 iam] *Verg. Aen.* VIII 426 7 polibant] *Verg. Aen.* VIII 436 salio salis saliui uel salii ς 12 rapio rapui uel rapii ς, *unde* sapio sapui vel sapii coniecit *Struvius de declin. et coniug. Lat. p.* 295 *cont. Priscian. p.* 879, rapio rapiui uel rapii *editio Ascensiana* 17 infinitum modum perpetuum ς 18 Terentius] *Andr.* III 5, 2 22 paret] *Verg. Aen.* I 689 cari *B* 25 partiverant *ex Sallust. Iug.* 43 *citaverunt Servius in Verg. Aen.* I 194 *et Cledonius p.* 1916 27 Vergilius] *Aen.* I 194 34 e *post* quarta *om. B, add. Sacerdos p.* 66 aui faciet ς ui facit *B*

p. 1484. 85 P. p. 139. 40 L.

doceat rationem. c: et hanc litteram ante uo tertiae correptae regentem verba repperi, cui facientem in specie perfecta, ut acuo acuis acui. d: nec hanc litteram ante uo positam regentem verba primae coniugationis inveni, sed tertiae correptae dui facientem in specie perfecta, induo induis indui. nam, sicut ante docui, u ante o posita aut primae coniugationis verba regit aut tertiae correptae; secundae vero vel tertiae productae, hoc est quartae, *numquam*. e: huius litterae ante uo positae verbum tertiae correptae repperi vi faciens specie perfecta, cevo cevis cevi: Persius tempore futuro posuit 'an, Romule, ceves?': significat autem cum turpitudine cedere vel turpiter incurvari. primae coniugationis verbum e ante uo *habens* non inveni. f: hanc litteram ante uo positam verba regere non inveni; novo more unam declinationem ex hac quasi descendentem legi apud Terentium 'fors fuat pol', in Hecyra scilicet. g: huius litterae ante uo positae verbum primae coniugationis non inveni, sed tertiae correptae gui faciens specie perfecta, ut arguo arguis argui et unguo unguis unxi: | nam ungueo non legi. h: hanc litteram ante uo positam regentem verba non inveni. i ante uo posita primam regit coniugationem et speciem perfectam avi facit, derivo derivas derivavi. k ante uo posita nullum verbum regit. l ante uo posita tertiam correptam regit, lui facit in specie perfecta, diluo diluis dilui. m ante uo positam non inveni. n: haec littera posita ante uo tertiam coniugationem correptam regit et speciem perfectam facit nui, innuo innuis innui, || annuo annui, *renuo* renui. o ante uo posita primam regit coniugationem et speciem perfectam vavi terminat, ut novo renovo, novavi renovavi. p ante uo posita tertiam coniugationem correptam regit et speciem perfectam spui facit, ut spuo respuo, spui respui. q ante uo posita et primam coniugationem regit et tertiam correptam: primae quavi facit speciem perfectam, aequo aequas aequavi, exaequo exaequavi; tertiae vero correptae qui, ut relinquo relinquis reliqui. r: et haec littera ante uo posita et primam coniugationem regit et tertiam correptam: primae specie perfecta avi terminatur, tertiae ui, ut servo servas servavi, ruo ruis rui. s ante uo posita tertiam correptam regit, suo suis sui, consuo consui. t ante uo posita primam coniugationem regit et speciem perfectam avi facit, fluctuo fluctuas fluctuavi. x y z: has litteras ante uo positas verba regere non inveni. hoc modo declinabuntur omnia verba o terminata ante eam habentia vocales illas, quas supra memoravi, exceptis defectivis.

Nunc ad syllabas consonantium veniamus. quae consonantes si sint ante novissimam litteram o, aut primae coniugationis facient verbum aut

5 u ante o *Sacerdos p.* 66 ui ante o *B* 7 numquam *om. B*, *add. Sacerdos p.* 66 8 caeuo caeuis caeui *B* Persius] *sat.* 1, 87 9 caeues *B* 10 turpiter incubare incupari primae *B* habens *om. B*, *add.* ς 13 fors foat pol in ecyras. cl̄i. g *B*: in Hecyra scilicet *Lindemannus. Terent. Hec.* IIII 3, 4 15 unxi] ungui *Sacerdos p.* 67: nam unguo Nisus quidem et Papirianus et Probus tam ungui quam unxi dicunt facere praeteritum *Priscianus p.* 881 22 renuo *om. B* rennui *B*

p. 1485. 86 P. p. 140. 41 L.

tertiae correptae. nam secunda coniugatio vel tertia producta, id est quarta, consonantem ante o litteram numquam habent, sicut frequenter docui; secunda quidem e solam, ut doceo doces, tertia vero producta, id est quarta, duas, e et i, ut redeo redis redii et munio munis munii. bo terminata, primae si sint, bavi facient specie perfecta, ut libō libas libavi; tertiae vero correptae psi, ut nubo nubis nupsi, aut bui, ut sorbo sorbis sorbui, quamvis et sorbsi lectum sit. co primae si sint, cavi facient perfectam speciem, ut sicco siccas siccavi, dico dicas dicavi: Vergilius 'propriamque dicabo': | aut cui, ut mico micas micui. tertiae vero correptae aut ci, ut vinco vincis vici, aut xi, ut || dico dicis dixi, duco ducis duxi; aut vi, ut cresco crescis crevi; aut nui, senesco senescis senui; aut vi, pasco pascis pavi. do primae si sint, aut di facient in specie perfecta, ut do das dedi, aut davi, ut laudo laudas laudavi. tertia vero correpta aut didi facit, addo addis addidi, credo credis credidi; aut si, ut cedo cedis cessi; aut cidi, ut cado cadis cecidi: nam cedo, quod significat da, sine verbi totius substantia solum reperitur numero singulari, cedo, numero plurali cette; sic Plautus et antiqui comoediographi, sicut et *salve* salvete salvere. nam quod Plautus in Truculento 'non salveo', inridenter posuit pro persona rustici. fo non inveni. go primae gavi facit, ut rogo rogas rogavi. tertiae vero correptae aut xi reddit, ut pingo pingis pinxi, sugo sugis suxi; aut si, ut tergo tergis tersi; lectum est et tergeo, unde in Vergilio utramque declinationem indifferenter invenimus, 'et spicula lucida tergunt' a tergo tergis, et tergent a tergeo terges; et vergo versi facit: aut gi, ut tango tetigi; et in principio syllabam adiecit, ut pungo pupugi, pango pepigi. quidam pepigi defectivum tempore putant esse, ut odi novi memini; alii praesentis, alii praeteriti aestimant. ho primae est, havi facit, ut incoho incohas incohavi. quidam putant inchoo debere dici inperitissime. nam neque post c litteram h Latina verba regit, exceptis nominibus tribus, quae supra posui, pulcher Orchus lurcho; neque o littera ante o alteram in Latinorum verborum prima persona reperitur; sed illae tres vocales, quas ante docui, e i u, [nam] nec a nec o. igitur quod Plautus posuit reboo, non Latine sed Graece posuit, βοῶ βοᾷς, unde derivativum reboo reboas. nam Latinum verbum o ante o habens numquam reperitur. tertiae vero coniugationis correptae verba ho terminata xi faciunt speciem perfectam, traho traxi, veho vexi. ko: non invenitur

4 redii] redi *Putschius* munii] muni *Putschius* 6 nubsi *B* sorbeo sorbes *B*: sorbeo vel etiam sorbo, ut Probo placet, sorpsi vel sorbui *Priscianus p.* 873. *cf. p.* 1480 8 Vergilius] *Aen.* I 73 15 nam caedo *B* 17 salve *om. B* 18 in Truculento] II 2, 4 21 tergo] *p.* 1481 *Priscian. p.* 870 22 et spicula] *Verg. Aen.* VII 626 23 tergunt aut tergo tergis et tergent ergo terges *B* 25 quidam pepigi ς quidam pupugi *B* 27 incoho incohas incohaui ς inchoo inchoas inchoaui *B* inchoo *Sacerdos p.* 68 inchoare ς. *in B* '*adesum est proque eo in ora superiori a recentiori manu scriptum* incohere dici' *Lindemannus* 28 regit *Sacerdos p.* 68 regunt *B* 29 supra] *p.* 10, 19 30 in alteram Latinorum *B* 31 sed illas *B* 32 Plautus posuit reboo ς plautus po.....boo *attritis aliquot litteris B* 33 nunquam ς non inquam *B* nusquam *Sacerdos p.* 68

p. 1487, 88 P. p. 142, 43 L.

verbum hac syllaba terminatum rationabiliter. nam k littera | non scribitur, nisi a littera in principiis nominum vel verborum consequentis syllabae et || consonans principium sit, sicut in institutis artium, hoc est in libro primo, monstravi, Kamenae kaleo. lo primae si sint, lavi facient ut caelo caelavi; tertiae vero correptae aut lui, ut excello excellis excellui, aut li, ut tollo tuli, sustollo sustuli [sustuli de utroque verbo; nam tuli ab eo venit, quod est fero tuli]. mo primae aut mavi facit, ut amo amavi, clamo clamavi, aut mui, ut domo domui; tertiae vero correptae aut psi, ut sumo sumis sumpsi, aut mui, ut tremo tremis tremui. no primae navi facit, sano sanas sanavi; tertiae vero correptae ni, sed in principio syllaba adiecta, cano canis cecini, aut vi, cerno cernis crevi, sino sivi. po primae pavi facit, ut stipo stipas stipavi; tertiae vero pi, rumpo rumpis rupi. q: haec littera ideo non invenitur regens verbum, quoniam nullam litteram antecedere potest nisi u et aliquam vocalem cum ea antecedente iunctam. unde supra, cum de vocalibus antecedentibus o litteram tractaremus, posuimus relinquo relinquis reliqui. ro primae ravi facit, oro oras oravi; tertiae vero correptae aut vi, ut sero seris sevi, aut sivi mittit, ut quaero quaeris quaesivi, aut rui, ut insero inseris inserui. so primae savi praeterito facit, penso pensas pensavi; tertiae vero vi, quaeso quaesivi. tale est cerno cresco crevi. to primae tavi facit, muto mutas mutavi; tertiae vero si, mitto mittis misi, aut ti, ut verto vertis verti, aut ui, ut sterto stertis stertui: Persius ‘postquam destertuit esse’. si c ante to habuerit prima verbi persona, prima coniugatio ctavi facit in specie perfecta, macto mactas mactavi; tertia vero correpta xui, necto nectis nexui, flecto flectis flexui. xo primae xavi facient, elixo elixas elixavi, aut xui, enixo enixas enixui; tertiae vero xui, ut nexo nexis nexui. ||

Quoniam, sicut arbitror, sufficienter tractavimus de verbis o littera terminatis, veniamus ad ea quae or syllaba terminantur. or syllaba terminata sive pura sive vocali vel consonante praecedente, si primae sint coniugationis vel secundae vel tertiae productae, id est quartae, ante novissimam litteram secundae personae activitatis ri syllabam accipientia facient secundam personam passivitatis, ut amo amas amor amaris, doceo doces doceor doceris, | munio munis munior muniris. tertiae vero correptae i litteram in e correptam mutabunt et sic cum e ri ante s accipient, ut lego legis legor legeris, et siqua talia. tempus autem perfectum facient omnes coniugationes participio masculino temporis praeteriti addita sum syllaba, hic amatus amatus sum, hic doctus doctus sum, hic scriptus scriptus sum, hic munitus munitus sum. fit autem participium temporis prae-

2 nisi ante a litteram ς 3 principium sit ς principium et *B* 4 caleo *B* kaleo kareo et si qua talia ς *et Sacerdos p.* 69 5 tollo tuli sustollo sustuli tuli sustuli de *B*: *cf. Pompei. p.* 326 14 antecedentem *B* 16 reliqui] relinqui *B* 19 quaeso] *Priscian. p.* 902 22 Persius] *sat.* 6, 10 destertui *B* 26 nexo] *Priscian. p.* 860 34 mutauit tempus autem *et in marg. add.* et sic cum e ri ante s accipit ut lego legis legor geris et si qua talia *B* 35 finient *corr.* facient *B*

p. 1488. 89 P. p. 143. 44 L.

teriti generis masculini ex secunda persona activitatis, in prima quidem coniugatione et tertia producta, id est quarta, accepta syllaba tu ante novissimam litteram s, ut amo amas hic amatus, munio munis hic munitus; in secunda vero et tertia correpta pereunte e littera paenultima secundae personae activitatis et tu ante s posita, ut doceo doces hic doctus, dico dicis hic dictus, aut pereuntibus duabus litteris paenultimis et su ante novissimam litteram s reposita, ut necto nectis necsus sum; quamvis posteriores pro c et s x posuerunt, nexus sum. imperativus modus passivitatis re syllaba addita imperativo activitatis fiet, ut ama amare, doce docere, scribe scribere, muni munire. de hac tamen ratione et de modo infinito plenius in institutis artium, hoc est in libro primo, docuimus. illorum verborum r terminatorum et non venientium ab o littera species perfecta notetur de participio temporis praeteriti. ‖

DE STRVCTVRA.

Quoniam de pedibus disyllabis et tris*yllabis*, *nec non* et quattuor syllabarum *in primo docuimus libro*, de nom*inum* vero ratione verborumque in hoc, *consequens arbitratus sum* de terminationibus placentibus nostro tempore paucis admodum demonstrare, quas multi credunt metro debere constare, quorum opinioni non libenter consentimus, quoniam et Tullius et ceteri oratores monosyllabo struxere verbo, cum una syllaba metrum non sit. est autem structura verborum compositio dicta a struendo, id est componendo, unde structores compositores alicuius rei *dicuntur*. hae quamvis in omni oratione servari debeant, tamen maxime in verbis duobus, novissimo et paenultimo, sunt delectabiliter componendae. antiqui quidem oratores, in quibus maxime Tullius, numquam necessariis sensibus praeposuerunt orationis structuram; sed magis fortiter et gravi compositione quam molliter vel laxe dicere maluerunt et, cum haberent occasionem sic struendi, quem ad modum nostri temporis ho|mines delectantur, tamquam de industria usi sunt structura forti potius quam delectanti, sicut exemplis Tullianis probare breviter poterimus. quod in primis est nostro tempore vitiosum, Tullius ille non dubitavit verbo monosyllabo finire structuram, ut est ‘ab istius petulantia conservare non licitum est’,

6 et su ante nouissimam litteram s rep..... ut necto *attritis aliquot litteris corr. recentiore manu* et tu ante nouissimam litteram s post tu ut necto *B* 7 necsus *priore loco Lindemannus* nexus *corr.* nectus *B* 13 praeteriti | FINIT DE CATHOLICIS PROBI | (~~ARS~~ SERVI GRAM' EXPLICIT) | FELICITER *et dimidia fere paginae parte vacua relicta in initio novae paginae* de participio temporis praeteriti. quoniam *B*: De Structura *add.* ς 15 et tris..... et quattuor syllabarum de nom..... uero ratione uerborumque in hoc de..... placentibus *attritis aliquot litteris B* et trisyllabis necnon et quattuor syllabarum in primo docuimus libro. De nominum uero uerborumque ratione in hoc: consequens arbitratus sum de terminationibus placentibus ς *ex Sacerdote p.* 70 20 struxere ς *et Sacerdos* struere *B* 22 ut de *corr. al. man.* unde *B* dicuntur *om. B, add.* ς *et Sacerdos* 27 et cum *Sacerdos* ut cum *B* occansionem *B* 30 poterimus ς *et Sacerdos* potuerimus *B* 32 ab] *Cic. in Verr. act. pr.* 5, 14

p. 1489—91 P. p. 144 L.

'quae cum his civitatibus G. Verri communicata sunt', et 'id quod populus Romanus iam flagitat, extincta atque deleta sint'. hae compositiones demutatae facient nostri temporis structuras sic, ex tribrachy et ditrochaeo 'ab istius petulantia non est licitum conservare', ex trochaeo et dactylo 'quae sunt G. Verri cum his civitatibus communicata', ex ditrochaeo et bacchio a longa 'id quod populus Romanus iam diu efflagitat extincta sit atque deleta'. disyllaba structura, || quae non valde quibusdam placet, antiquos viros vehementissime delectabat. est enim fortis admodum vitansque etiam nostri temporis barbarismum, si non fuerit spondeo vel trochaeo post dactylum finita, ut 'primus ab oris' et 'in quo meam voluntatem populus Romanus perspicere possit'. sic enim versum heroici metri facient, quae sola versificatio est oratoribus devitanda. nam si omnem fugere voluerint, tacebunt, quoniam nulla oratio sine metro constat. trisyllaba structura nostro tempore caute ponenda est, ne aut versum heroicum faciat ex trochaeo composita et bacchio a brevi, ut 'capta fuissent', aut, ut quibusdam placet, barbarismum, si ex spondeo vel iambo vel quovis pede, cuius sit novissima syllaba natura longa, componatur et aliquo verbo trisyllabo, qui positus bene sonet. nam si plausibilis non fuerit, barbarismum nostri temporis vitans nec structuram faciet nobis placentem, ut illud inter multa alia similia Tullianum 'sententia sua liberaverant' et 'cuius ego causa laboro'. quattuor syllabarum structura sic vitabit nostri temporis barbarismum, sicut disyllaba, quamvis multi non sapienter et in tali compositione barbarismos esse dixerunt, si paenultima habeant novissimam syllabam natura longam, ut 'ad meam capsam admisero' et 'industriaeque meae contenderem'. ergo si nos ad huius modi structuras aliqua necessitas detulerit, poterimus reprehendentis imperitissimos comprobare, si nostrum nosmet officium fecerimus corripientes syllabas breves et producentes longas, 'causa laboro' sa producentes, 'capsas admisero' as producentes. in istis enim tantum modo syllabis, si correptae fuerint, erit barbarismus, non in tota compositione structurae 'capsas admisero', quoniam barbarismus una parte orationis fit, pluribus numquam. nam si hoc ita esset, non in tantum doctrina latuisset, ut eam Tullius || ignoraret, vel tantum potuisset, ut ea post illum et multos ante alios nostris temporibus disceretur; quorum obscuram peritiam devitabo illorum nobilissima neglegentia decoratus. |

1 quae] *Cic. div. in Caec.* 4, 14 his *Sacerdos p.* 71 is *B* iis *Putschius* id] *Cic. div. in Caec.* 8, 26 2 extructa ς 5 quae sunt igitur Verri ς cum is *B* cum iis *Putschius* 7 flagitat extincta sint atque deleta ς efflagitat extincta atque deleta sit *Putschius* 9 barbarismum ς *et Sacerdos* barbarismos *B* 10 primus] *Verg. Aen.* I 1 11 in quo] *Cic. in Verr. act. pr.* 12, 34 15 heroicum ς *et Sacerdos* stichum *B* 18 et] ex *B* 20 ut illud *Putschius* et illut *B* 21 sententia] *Cic. in Verr. act. sec.* I 4, 9 cuius] *Cic. div. in Caec.* 7, 23 23 quamuis ς *et Sacerdos* qua *B* 24 paenultimam habeant *B* paenultimum verbum habeat ς *et Sacerdos* 25 ad] *Cic. div. in Caec.* 16, 51 industriaeque] *Cic. in Verr. act. pr.* 12, 35 34 ut eam post *B* nosceretur ς *et Sacerdos* 35 debitano *B* deuitare constitui ς

p. 1491. 92 P. p. 145. 46 L.

nunc quoniam docuimus haec, quae a nobis stultissime reprehenduntur, indifferenter a prioribus posita, structuras nobis delectabiles componamus. amphibrachys et molossus ‘probare deberes’, amphibrachys et bacchius a longa ‘dolore detrusus’, anapaestus et paeon tertius ‘fieri potuisset’, anapaestus et ionicus minor ‘modicis coluerunt’, antispastus et molossus ‘cohaeredem detraxi’, amphimacrus et hippius secundus ‘optime navigavi’, bacchius a longa geminatus ‘detrudit haeredem’, bacchius et molossus ‘cantare fecerunt’, bacchius a brevi et hippius secundus ‘dolores detulerunt’, choriambus et hippius primus ‘condidimus sepultura’, chorius, id est trochaeus, et bacchius a longa ‘esse delectum’: trochaeus et paeon tertius faciet illam structuram Tullio peculiarem ‘esse videatur’: dactylus et ditrochaeus ‘hostibus temperare’, dactylus et ionicus a minore ‘omnia placuerunt’, ditrochaeus et bacchius a longa ‘vindicatur electus’, dactylus et paeon tertius ‘curiam renovare’, dactylus et dispondius ‘lumina deponebant’, epitritus quartus et bacchius a longa ‘deducente subducunt’, epitritus quartus et molossus ‘inpellente devinceus’, || epitritus tertius et ditrochaeus ‘piratica liberasset’; hippius tertius, id est tertius epitritus, et hippius secundus ‘dilexerant Caepiones’, ‘praedonios vindicasti’; ionicus maior et ionicus minor ‘contagia doluerunt’, ionicus maior et ditrochaeus ‘depellere castitatem’, paeon primus et hippius quartus ‘decipere contendebant’, paeon secundus et dispondeus ‘pericula devitavi’, trochaeus et bacchius a longa ‘sume deceptum’, tribrachys et ditrochaeus ‘Cererem decanamus’. |

Has quidem a nobis repertas * componamus, quae possint auditores nostri temporis delectare. amphimacrus et antispastus ‘maxime laboraret’, bacchius a longa et paeon tertius ‘pudentem exitum quaesisse videatur’, trochaeus et bacchius a longa ‘securi esse percussum’, ‘suus iste vexarat’, ‘stare non posse’; proceleusmaticus et ditrochaeus ‘populus Romanus voluerit vindicare’, bacchius a longa et molossus ‘causamque cognovit’, trochaeus et molossus ‘ipsa delegit’, amphibrachys et molossus ‘probare deberent’, antispastus et bacchius a longa ‘voluptate concedam’, choriambus et ditrochaeus ‘ingenio sustinere’, dactylus et antispastus ‘corpora

4 detrusus *B* derisus ς 10 trochaeus — videatur *Rufinus de metr. p.* 2724 15 deducente subducunt *B teste Eichenfeldio in Sacerd. p.* 72 deducentes abducunt ς 18 praedonios *B* praedones ς praedonibus *coniecerat Santenius in Ter. Maur. p.* 132 19 diluerunt ς minuerunt *coniecerat Santenius in Ter. Maur. p.* 119 22 deceptum *Sacerdos p.* 73 decertum *B* decretum ς 24 has quidem a nobis repertas structuras composuimus, nunc aliquas Tulli componamus, quae possint *Sacerdos p.* 73 reperitas *B* 25 maxime] *Cic. div. in Caec.* 3, 9 26 et a paeone tertio *B* pudentem] *Cic. in Verr. act. sec.* I 1, 2 27 securi] *Cic. in Verr. act. sec.* I 5, 14 28 suus] *Cic. in Verr. act. sec.* I 6, 16 quos iste vexarat stare] *Cic. in Verr. act. sec.* I 7, 20 29 populus] *Cic. in Verr. act. sec.* I 8, 22 30 causamque] *Cic. div. in Caec.* 1, 1 31 ipsum ς: *Cic. div. in Caec.* 5, 19 probare] *Cic. div. in Caec.* 6, 20 32 uoluptate conceptam *Putschius: Cic. div. in Caec.* 9, 27 voluntate concedam 33 ingenio] *Cic. div. in Caec.* 12, 37 corpore ς: *Cic. div. in Caec.* 13, 41

p. 1492. 93 P. p. 146 L.

perhorresco', paeon primus et ditrochaeus 'iudicium sustinebit', bacchius a longa et molossus 'subscriptor addatur', diiambus et hippius secundus 'iniuriis commoveri', tribrachys et hippius quartus 'cuius quaestor fueris accusare', || dactylus et hippius quartus 'procellam temporis devitare', iambus et ditrochaeus 'diu machinatur', choriambus et paeon tertius 'composuit rationem'. sed ut brevissime de structuris delectantibus doceamus, observandum est, ne aut versum heroici metri faciamus aut in natura longam syllabam paenultimo verbo terminato trisyllabo finiamus. ceteris paene omnibus auditorem possumus delectare.

[Item alio modo. compositio prima a trochaeo et molosso, ut 'vadit armatus'; a trochaeo et choriambo, ut 'magnus incutiens'; ex trochaeo et ionico minore, ut 'doctus imitatur'; ex trochaeo et ionico maiore, ut 'victus incesserat'; ex trochaeo et quinque syllabis, quarum tertia sit longa, ut 'ille repugnabilis'; ex tribracho et isdem. compositio secunda ex amphimacro et spondeo, ut 'dixerat magnus'; ex amphimacro et anapaesto, ut 'maximus Fidius'; ex amphimacro et dactylo, ut 'Mulciber fecerat'. compositio tertia ex spondeo et paeone quarto, ut 'docti facilitas'; ex spondeo et bacchio, ut 'magnae repulsus'; ex spondeo et paeone secundo, ut 'ultis recesserant'; ex anapaesto et isdem. quarta ex palimbacchio et spondeo, ex palimbacchio et anapaesto, ex palimbacchio et dactylo, ex paeone tertio et isdem, ex amphibracho et isdem. quinta ex spondeo et iambo, ex spondeo et tribracho, ex anapaesto et isdem. sexta ex spondeo et iambo et spondeo, ex spondeo iambo et dactylo, ex duobus iambis et spondeo, ex duobus iambis et dactylo, ex disyllabo iambo et spondeo, ex trisyllabo trochaeo et trochaeo. septima ex spondeo et epitrito secundo, ex spondeo et epitrito tertio, ex iambo et isdem, ex trisyllabo et isdem. octava ex spondeo et quinque syllabis, quarum duae primae breves sint; ex spondeo et pentasyllabo, cuius secundae breves sint; ex iambo et isdem; ex trisyllabo et isdem.]

1 iudicium] *Cic. div. in Caec.* 15, 48 2 sussсribtor *B*: *Cic. div. in Caec.* 16, 50 3 iniuriis] *Cic. div. in Caec.* 20, 64 4 cuius] *Cic. div. in Caec.* 20, 65 5 procellam] *Cic. in Verr. act. pr.* 3, 8 diu] *Cic. in Verr. act. pr.* 6, 15 7 sed — 10 delectare *de structuris anal. gramm. p.* 508 *ed. Vind.* 8 longa syllabam *B* 10 delectare. FELICITER ARS PROBI GRAMMATICI URBIS EXPLICIT CATHOLICA *B* 12 ut incutiens magnos *Putschius* 13 ut doctus — maiore *om.* ς 17 Fidius *Lindemannus* difidus *B* diffidus ς mulciber ς mulcifer *B* 18 docti *B ut videtur*, doceat ς 19 magnae hêrso repulsus *B* magno errore pulsus ς 20 ultus recesserat ς 26 ex trisyllabo] in trisyllabis *B* 28 quinque syllabis] V syllabo *B* 29 pentasyllabo] V syllabo *B*

PROBI

INSTITVTA ARTIVM.

R apographum codicis Vaticani in schedis Lindemanni

r editio Romana A. Maii a. 1833 ex eodem codice expressa, cuius tum adnotata est scriptura, cum ab R discrepat

B codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 17

v editio Vindobonensis a. 1837

PROBI INSTITVTA ARTIVM.

p. 153. 54 R. p. 229. 30 V.

DE VOCE.

Vox sive sonus est aer ictus, id est percussus, sensibilis auditu, quantum in ipso est, hoc est quam diu resonat. nunc omnis vox sive sonus aut articulata est aut confusa. articulata est, qua homines locuntur et litteris conprehendi potest, ut puta 'scribe Cicero', 'Vergili lege' et cetera talia. confusa vero aut animalium aut inanimalium est, quae litteris conprehendi non potest. animalium est ut puta equorum hinnitus, rabies canum, rugitus ferarum, serpentum sibilus, avium cantus et cetera talia; inanimalium autem est ut puta cymbalorum tinnitus, flagellorum strepitus, undarum pulsus, ruinae casus, fistulae auditus et cetera talia. est et confusa vox sive sonus hominum, quae litteris conprehendi non potest, ut puta oris risus vel sibilatus, pectoris mugitus et cetera talia. de voce sive sono, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE ARTE.

Ars est unius cuiusque rei scientia summa subtilitate adprehensa. nam et Graeci ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, a virtute, censebant artem esse dicendam. unde et veteres artem pro virtute frequenter usurpant. nunc huius artis, id est grammaticae, omnis dumtaxat Latinitas ex duabus partibus constat, hoc est ex analogia et anomalia, et ideo utriusque partis rationem subicimus.

DE ANALOGIA.

Analogia est ratio recta perseverans per integram declinationis disciplinam, ut puta hic Catilina, haec lupa, hoc scri|nium et cetera talia; scilicet quoniam haec nomina sic per || omnes casus secundum sua genera in declinatione perseverant, sic uti est analogiae recta declinationis disciplina.

1 PROBI GRAMMATICI DE OCTO ORATIONIS MEMBRIS ARS MINOR. DE VOCE *v et codex Parisinus* 7519 INCIPIT TRACTATUS PROBI GRAMMATICI DE UOCE *codex Parisinus* 7494 DE VOCE *R: cf. Priscian. p.* 727 *cont. Prob. p.* 306 *ed. Vind., Pompei. p.* 187 *ed. Lind. cont. Prob. p.* 236 *sqq. ed. Vind.* 4 omnis *R* communis *r* 9 ruditus *corr.* rugitus *R* ruditus *rv* serpentum *R* serpentium *rv* 24 scrinium *rv* scriptum *R* 26 analogiae recta *R* analogia recta *r* analogia e recta *v*

p. 154. 55 R. p. 230. 31 V.

DE ANOMALIA.

Anomalia est miscens vel inmutans aut deficiens ratio per declinationem.

De miscente. miscens anomaliae per declinationem ratio est ut puta ab hoc altero, huic alteri; scilicet quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis o littera terminantur, haec secundum analogiae rectam rationis disciplinam dativo casu numeri singularis o littera definiuntur. item ab hac mula, his et ab his mulabus; scilicet quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis a littera terminantur, haec secundum analogiae rectam rationis disciplinam dativo et ablativo casu numeri pluralis is litteris definiuntur. item ab hoc iugero, horum iugerum; scilicet quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis o littera terminantur, haec secundum analogiae rectam rationis disciplinam genetivo casu numeri pluralis orum litteris definiuntur. sic et cetera talia, quae contra analogiae rectam rationis disciplinam miscent per casus declinationum formas, anomala sunt appellanda.

De inmutante. inmutans anomaliae per declinationem est ratio, ut puta hic Iuppiter, huius Iovis. sic et cetera talia, quae contra analogiae rectam rationis disciplinam inmutant per casus declinationum formas, anomala sunt appellanda.

De deficiente. deficiens anomaliae per declinationem est ratio, ut puta hoc nefas et cetera talia; scilicet quoniam haec contra analogiae rectam rationis disciplinam non per omnes casus in declinatione perseverant.

Sic iam et per ceteras partes orationis analogia vel anomalia considerandа est, hoc est ut, quaecumque pars orationis neque miscet neque inmutat aut deficit per declinationis disciplinam, ad analogiam pertineat, quae vero miscet vel inmutat aut deficit per declinationis disciplinam, anomala sit appellanda. nunc etiam hoc monemus, quod analogia maximam partem orationis contineat, anomalia vero aliquam. de anomalia et analogia, | quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE LITTERIS.

Littera est elementum vocis articulatae. elemen||tum autem est unius cuiusque rei initium, a quo sumitur incrementum et in quod resolvitur. accidit uni cuique litterae nomen figura potestas. nomen litterae est quo appellatur. sane nomen unius cuiusque litterae omnes artis latores, praecipueque Varro, neutro genere appellari iudicaverunt et aptote declinari iusserunt. aptoton est autem, quando nomen per omnes casus uno schemate declinatur, ut puta hoc a, huius a, huic a, hoc a, o a, ab hoc a. sic et ceterarum litterarum nomina genere neutro aptote et numero tantum

2 est inmiscens *Rv* 26 neque inmiscet *Rv* 29 sit] sunt *Rv* 30 orationis *v* rationis *R* 34 in quod *v et Diomedes p.* 415 in quo *R*

p. 155. 56 R. p. 231. 32 V.

singulari declinanda sunt. figura litterae est qua notatur et qua scribitur. potestas litterae est qua valet, hoc est qua sonat. nunc omnes Latinae litterae dumtaxat sunt numero XXIII. hae nominantur vocales semivocales et mutae. sed semivocales et mutae appellantur consonantes. sane quaeritur, qua de causa semivocales et mutae consonantes appellantur. hac de causa, quoniam coniunctis illis vocalibus sic nomina earundem consonant. sed cum ad ipsas litteras pervenerimus, illic quem ad modum coniunctis illis vocalibus nomina earundem consonent conpetenter tractabimus.

DE VOCALIBVS.

Vocales litterae sunt numero quinque. hae per se proferuntur, hoc est ad vocabula sua nullius consonantium egent societate, ut puta a e i o u, et per se syllabam facere possunt, hoc est ut ipsae inter se tantum modo misceantur et syllabae sonus efficiatur, ut puta ua ue oe au ui ia et cetera talia. harum, id est vocalium, hae duae, i et u, transeunt in consonantium potestatem tunc, cum aut ipsae inter se geminantur, ut Iuno viator vultus, vel quando cum aliis vocalibus iunguntur, ut vates vecors iam vos maiestas maior et cetera talia. nunc quaeritur, quando i vel u litterae loco consonantis sint positae, vel quando inter vocales accipi debent. quare hoc monemus, ut tunc i vel u loco consonantis accipiantur, quando praepositae vocalibus in syllaba scilicet sua inveniuntur; quando vero subiectae, et ipsae vocales iudicentur: ut puta iu, utique i nunc loco consonantis et u loco vocalis accipitur; item ui, utique u nunc loco *consonantis et i loco* || vocalis consideratur. sic et iuxta | vocales alias, si i vel u litterae in syllaba sua praeponuntur, vim consonantium habere iudicantur; si vero subiciuntur, vocalium loco funguntur.

DE SEMIVOCALIBVS.

Semivocales consonantium litterae sunt numero septem. hae secundum musicam rationem per se proferuntur, hoc est ut ad vocabula sua nullius vocalium egeant societate, ut f l m n r s x. at vero secundum metra Latina et structurarum rationem subiectae vocalibus nomina sua efficiunt, ut ef el em en er es ex. sed per se syllabam facere non possunt, scilicet quoniam semivocales litterae, si inter se misceantur, sonum syllabae facere non reperiuntur, ut puta fl ms rx ns; et ideo, ut diximus, per se semivocales syllabam facere non possunt. ex his autem, id est ex semivocalibus, x littera duplex in metris sive structuris iudicatur, siquidem geminatarum harum consonantium sono fungatur, id est gs aut cs, ut rex et regs, pix et pics. nunc etiam hoc secundum aliquos reprehendendum est, quod huic duplici litterae, id est x, ad exemplum genetivum casum

16 vecors *v* uaecors *R* 20 vocalibus *v* uocabulis *R* 22 consonantis et i loco *om. Rv* 23 iuxta vocales alias *v ex codice Parisino* 7519 iuxta ceteras uocales alias *R* 37 secundum *R* iuxta *rv*

p. 156. 57 R. p. 232. 33 V.

videantur subicere, ut puta rex regis, pix picis; quod a ratione x litterae, quae duplex est, longe alienum esse videatur. at in hoc nomine non est simile huic tractatui, quod est nix nivis.

DE MVTIS.

Mutae consonantium litterae sunt numero novem. hae nec per se proferuntur nec per se syllabam facere possunt. per se hae non proferuntur, siquidem vocalibus litteris subiectis sic nomina sua definiunt, ut puta be ce de ge ha ka pe qu te. per se autem syllabam facere non possunt, scilicet quoniam mutae litterae, si misceantur, sonum syllabae facere non reperiuntur, ut puta bc dg tk pq et cetera talia. nunc et in his mutis supervacue quibusdam k et q litterae positae esse videntur, quod dicant c litteram earundem locum posse complere, ut puta Carthago pro Karthago. nunc hoc vitium etsi ferendum puto, attamen pro quam quis est qui sustineat cuam? et ideo non recte hae litterae quibusdam supervacue constitutae esse videntur. || item ex isdem mutis h aspirationis notam, non litteram esse existimaverunt, cum et haec, sic uti ceterae, certum sonum retineat potestatis suae, ut puta honos: numquidnam onos? aut cetera talia; et ideo hoc quoque non recte existimasse notandi sunt.

Nunc quaeritur de consonan|tibus, quare in duas partes dividantur, hoc est in semivocales et mutas. hac de causa, quoniam semivocales maiorem potestatem habent quam mutae. nam cum omnes artis latores, praecipueque Caesar, propter rationem metricam et structurarum qualitates singularum litterarum sonos ponderarent, hac ratione semivocales mutis praeferendas iudicaverunt, quod semivocales geminatae ad sonum vocalibus occurrunt, hoc est ut syllabam facere possint, ut puta fla ars mons iners et cetera talia; at vero mutae geminatae, si vocalibus occurrant, nec syllabam nec sonum scilicet facere possint. quis enim b c d k p q t g geminatas vocalibus misceat et sonum syllabae potest audire? et ideo hac praelatione semivocales mutas rite videntur antecedere. nunc hoc monemus, quod h iuncta cum aliis mutis possit vocali concurrere et sonum syllabae suscitare, ut puta pulcher; et ideo hic aspirationis nota, id est sonus, non littera accipi debet, scilicet quoniam mutae coniunctae, si vocalibus occurrant, prohibentur sonum syllabae suscitare. y autem et z propter Graeca nomina Latini accipiunt.

Nunc etiam hoc quaeritur, qua de causa ratio metri vel musicae proclivior sit ad rationem Graecam quam Latinam. utique hac de causa, quoniam Graecarum litterarum vocabula in dimidia parte sunt disyllaba et in alia monosyllaba, id est ut XXX et VI sonos contineant. at vero litterarum Latinarum nomina cum sint omnia monosyllaba, id est ut XX et

2 at — nivis *alia manu addita esse in codice adnotatum est in R* 11 supervacue *coniecit editor Vindobonensis* supervacuae *Rv* quod *r* quo *R* 14 supervacuae *R* 28 misceat *r* miscet *corr.* misceat *R*

p. 157. 58 R. p. 233. 34 V.

unum sonum contineant, necesse est ut et in ratione metri vel musicae plus facultatis ratio Graeca quam Latina obtineat. sed hoc in metris vel musicis conpetenter tractabimus. nunc et hoc monemus, quod pauci sciunt, siquidem non semper x littera duplex sit accipienda; sed tunc duplex accipienda, quando subiecta syllabam confirmat, ut puta nox et nocs, lex et legs, felix et felics et cetera talia, siquidem tunc et sonum duarum litterarum contineat. at vero quando praeposita syllabae existat, non duplex sed simplex est accipienda, ut puta maximus anxius: numquidnam macsimus aut ancsius? et cetera talia; et ideo, ut diximus, quotiens x || littera *praeposita* syllabae existat, simplex est supputanda, scilicet quoniam cs et gs litterae geminatae, si vocalibus praeponantur, numquam sonum syllabae suscitabunt. de litteris, quantum ratio poscebat, tractavimus. |

DE SYLLABIS.

Etiam de syllabis, quoniam non brevis ratio est, ideo alio loco conpetenter cum metris tractabimus.

DE PARTIBVS ORATIONIS.

Partes orationis sunt octo, nomen pronomen participium adverbium coniunctio praepositio interiectio verbum.

DE NOMINE.

Nomen est scilicet pars orationis. nomini accidunt qualitas genus figura comparatio ordo numerus casus accentus.

DE QVALITATE.

Qualitas nominum est, qua intelleguntur nomina qualia sunt, id est propria an appellativa. propria sunt nomina deorum et hominum, quae prima accipiunt, hoc est utique quibus nuncupantur, ut puta deorum, Iuppiter Iuno Neptunus et cetera talia; item hominum, Cicero Terentius Plato et cetera talia. appellativa autem sunt nomina animalium et inanimalium: sunt item et illa, quae ex aliqua re hominibus accidunt; ut puta animalium, leo canis anser et cetera talia; inanimalium, arbor lapis vestis et cetera talia; illa autem, quae ex aliqua re hominibus accidunt, ut puta felix Cicero, fortis Demosthenes, doctus Plato et cetera talia, utique ut sit felix, quod accidit, nomen appellativum et Cicero proprium; sic et fortis et doctus sint nunc nomina appellativa, quia accidentia sunt, at vero Demosthenes et Plato propria. sane hoc monemus, quod si felix vel fortis ceteraque talia, cum non ex aliqua re, id est felix a felicitate et fortis

2 hoc *R* haec *r* 3 tractabimus *r* tractauimus *R* nunc *v* nam *R* 10 praeposita *om. R, add. v* 22 accentus]' *Pompei. p.* 93 *ed. Lind.* 36 id est felix *R* id est ut felix *rv*

p. 158. 59 R. p. 234. 35 V.

a virtute, adiunguntur, sed ipsa prima nascentibus infigantur, hoc est ut isdem vocabulis nuncupentur, haec iam non appellativa, sed propria pronuntiantur. de qualitate nominum, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE GENERE.

Genera nominum sunt quinque, masculinum femininum neutrum commune omne. masculinum genus est, quod suo generi convenit tantum, ut puta doctus doctos et cetera talia. femininum genus est, quod suo generi convenit tantum, ut puta doctam doctas doctarum et cetera talia. ‖ neutrum genus est, quod suo generi convenit tantum, ut puta mancipium mancipiorum mancipiis et cetera talia. commune genus est, quod duobus generibus convenit tantum, ut puta masculino et feminino tales felicem et cetera talia: dicimus enim tales pueros et tales puellas, felicem puerum et felicem puellam. item quod masculino et neutro convenit tantum, ut puta magnorum doctorum et cetera talia: dicimus enim magnorum puerorum et magnorum mancipiorum, doctum puerum et doctum mancipium. item quod feminino et neutro convenit tantum, ut puta magna alta et cetera talia: dicimus enim magna mulier et magna mancipia, alta domus et alta templa. sic et cetera talia, quae in quocumque casu duobus generibus convenire reperiuntur tantum, haec communis generis esse pronuntiantur. sane hoc monemus, quod sint aliqua nomina generis communis, quae licet absolute posita et ipsa esse reperiantur, hoc est sine numero vel genere et casu, et non tantum ad genus commune solum sed et aliud genus pertinere probantur: ut puta si dicat magnum, cuius generis? utique non solum communis sed et neutri, scilicet quoniam magnum in accusativo ex masculino et neutro est generis communis; at vero nominativo est generis neutri. item docti utique et communis et masculini, scilicet quoniam docti in genetivo ex masculino et neutro est generis communis; at vero nominativo est generis masculini. et ideo absolutorum nominum conicienda sunt genera, scilicet quoniam non semper omnia nomina absolute posita, hoc est sine genere vel casu et numero posita, per omnes casus uno genere perseverant. omne genus est, quod tribus generibus convenit, id est masculino et feminino et neutro, ut puta felix magnis gracilis et cetera talia: dicimus enim felix puer et felix puella et felix mancipium, magnis pueris et magnis puellis et magnis mancipiis, gracilis pueri et gracilis puellae et gracilis mancipii; et cetera talia, quae in quocumque casu tribus generibus convenire reperiuntur, haec omnis generis esse pronuntiantur. nunc in his nominibus generis omnis etiam hoc monemus, quod sint aliqua nomina, quae licet absolute sunt posita, hoc est ut supra iam in genere communi docuimus, id est sine numero et genere

10 commune genus] *Pompei. p.* 155 *ed. Lind.* 22 sed et ad aliud *v* 25 et masculino et neutro est genus commune *Rv* 26 est genere neutro *Rv* 27 ex masculino *r* et (*corr.* ex) masculino *R* 29 absolute posita *v* absolute opposita *R*

p. 159—61 R. p. 235—37 V.

vel casu, et non tantum ad genus omne solum sed et aliud genus pertinere probantur: ut puta si dicat gracilis, cuius generis? utique non solum omnis sed et communis, scilicet quoniam graci‖lis in genetivo ex masculino et feminino et neutro est generis omnis; at vero nominativo est generis communis. et ideo, ut supra iam in genere communi | docuimus, etiam nunc monemus, hoc est ut absolutorum nominum conicienda sint genera, scilicet quia, sic uti iam supra diximus, non semper omnia nomina absolute posita, hoc est, sic uti iam diximus, sine casu vel genere aut numero posita, per omnes casus uno genere perseverant. nunc etiam hoc monemus, quod sint aliqui, qui et quod tribus generibus convenit, generis communis esse velint, hoc est ut quattuor genera nominum tantum esse definiant. sed hi, si rationem metricam vel structurarum legant, tunc intellegent, quantum commune genus a genere omni differat, et ideo, ut diximus, quod duobus generibus convenit, generis esse communis, quod vero tribus, generis omnis; scilicet quoniam propter rationem structurarum vel metricam necesse est ut nominibus quinque genera sint necessaria. de genere nominum, quantum ratio poscebat, satis tractavimus.

DE FIGVRA.

Figura nominum duobus modis intellegitur, hoc est simplex et composita. simplex figura nominum intellegitur, quando ex una parte orationis tantum nomina inveniuntur esse constituta, ut puta felix Cicero callidus Cato puer. sic et cetera talia nomina, quae ex una parte orationis tantum reperiuntur esse constituta, ad figuram simplicem necesse est ut pertineant. composita figura nominum intellegitur, quando non ex una parte orationis tantum inveniuntur nomina esse constituta. componitur autem nominum figura ex integro vel integris et corrupto. integrum vel integra sunt, quae solas partes orationis designant, ut puta Cicero tu lego per [haec verba]. sic et cetera talia, quae ad solas partes orationis pertinere reperiuntur, integrum vel integra esse pronuntiantur. corruptum autem est, quod nullam partem orationis demonstrat, ut puta les por nas ras cal pur ti sa. *sic* et cetera talia, quae ad nullam partem orationis convenire inveniuntur, ad corruptum pertinere pronuntiantur. nunc quoniam quid sit integrum et quid sit corruptum exposuimus, et ideo iam quem ad modum fiat figura composita doceamus. composita figura nominum fit, ut diximus, duobus modis, hoc est ex inte‖gris sive integro et corrupto. sed hi variati inter se, prout sunt scilicet nomina, figuram compositam efficiunt, | et ideo aliqua eorum subiciemus exempla, quibus facillime et cetera sint dinoscenda.

1 sed et ad aliud *v* 7 absolute posita *v* absolute opposita *R* 14 esse *R* est *v* quod vero tribus generibus convenit generis omnis *v ex codice Parisino* 7519 24 composita figura] *Pompei. p.* 165. 187 27 tu vel ego haec verba, sic ut et cetera talia *r* 30 pos *corr.* por *R* pos *r* 31 sic *om. Rv* 35 uariati inter se prout sunt *in codice esse testatur editor Romanus* uariant inter se prout sunt *R* variari inter se possunt *r*

p. 161. 62 R. p. 237. 38 V.

Ex integris. figura nominum ex integris componitur, quando duae vel eo plures partes orationis in uno nomine esse reperiuntur, ut puta infelix. in enim praepositio utriusque casus est et felix nomen nunc scilicet appellativum. eo plures partes orationis in uno nomine esse reperiuntur, ut puta praesidia. prae enim praepositio ablativi casus esse reperitur, si coniunctio ostenditur, di praepositio, quae loquellis deservit, accipitur, a autem praepositio ablativi casus esse dinoscitur. sic et alia nomina, quae a duabus vel eo pluribus partibus orationis constituta esse reperiuntur, ad figuram compositam ex integris secundum numerum suum pertinere pronuntiantur.

Ex integro et corrupto. figura nominum ex integro et corrupto componitur, quando in prima parte nominis pars orationis reperitur et sequens corrupta invenitur, ut puta subtilis. sub enim praepositio utriusque casus est et tilis corruptum. sic et alia nomina, quae in prima parte sua partem orationis habent constitutam et sequentem corruptam, ex integro et corrupto ad compositam figuram necesse est ut pertineant.

Ex corrupto et integro. figura nominum ex corrupto et integro componitur, quando in prima parte nominis corruptum reperitur et sequens pars orationis invenitur, ut puta portentum. por enim corruptum esse reperitur, tentum vero participium esse probatur. sic et alia nomina, quae in prima parte sua corruptum habent constitutum et in sequenti partem orationis oppositam, ex corrupto et integro ad compositam figuram necesse est ut pertineant.

Ex integro et corrupto et integro. figura nominum ex integro et corrupto et integro componitur, quando in prima et novissima parte nominis pars orationis reperitur, at vero in media corruptum invenitur, ut puta perpetuus. per enim praepositio accusativi casus est, pe vero corruptum invenitur, tuus autem pronomen esse reperitur. sic et alia nomina, in quorum prima et novissima parte pars orationis reperitur et in media corruptum invenitur, ex integro et corrupto et integro ad figuram compositam pertinere monstrantur. ||

Ex corrupto et integro et corrupto figura nominum ex corrupto et integro et corrupto componitur, quando in prima et novissima parte nominis corruptum invenitur, at vero in media pars orationis esse | reperitur, ut puta Fannius. fan enim corruptum invenitur; ni vero coniunctio esse probatur, us autem corruptum esse dinoscitur. sic et alia nomina, in quorum prima et novissima parte corruptum reperitur et in media pars orationis invenitur, ex corrupto et integro et corrupto ad figuram compositam pertinere monstrantur.

Ex integro et corrupto et integro et corrupto. figura nominum ex integro et corrupto et integro et corrupto componitur, quando in prima

22 appositam *v ex codice Parisino* 7519 31 in medio *Rv*

p. 162. 63 R. p. 238. 39 V.

et tertia parte nominis orationis pars reperitur, at vero in secunda et novissima corruptum esse invenitur, ut puta inportunus. in enim praepositio utriusque casus reperitur, por vero corruptum *invenitur*, tu pronomen esse cognoscitur, nus autem corruptum esse probatur. sic et alia nomina, in quorum prima et tertia parte pars orationis reperitur, at vero in secunda et novissima corruptum esse invenitur, ex integro et corrupto et integro et corrupto ad figuram compositam pertinere probantur.

Ex corrupto et integro et corrupto et integro. figura nominum ex corrupto et integro et corrupto et integro componitur, quando in prima et tertia parte nominis corruptum invenitur, at vero in secunda et novissima pars orationis esse reperitur, ut puta catulinam. ca enim corruptum invenitur, tu pronomen esse probatur, li vero corruptum esse consideratur, nam autem coniunctio esse manifestatur. sic et alia nomina, in quorum prima et tertia parte corruptum invenitur, at vero in secunda et ultima pars orationis esse invenitur, ex corrupto et integro et corrupto et integro ad figuram compositam pertinere monstrantur.

Ex integris et corrupto. figura nominum ex integris et corrupto componitur, quando in prima parte nominis duae vel eo plures partes orationis reperiuntur constitutae et in sequenti corruptum invenitur consistere, ut puta viator. vi enim nomen esse reperitur, a vero praepositio ablativi casus esse probatur, tor autem corruptum esse pronuntiatur. eo plures, ut puta invisibilis. in enim praepositio utriusque casus esse reperitur, vi vero nomen invenitur, si coniunctio manifestatur, bilis autem nunc corruptum esse pronuntiatur. sic et alia nomina, in quorum prima parte duae vel eo plures partes orationis esse reperiuntur et in sequenti corruptum invenitur, ex integris et corrupto ad figuram compositam pertinere monstrantur.

Ex corrupto et integris. figura nominum ex corrupto et integris componitur, quando in prima parte nominis corruptum invenitur et in sequenti duae vel eo plures partes orationis reperiuntur. duae, ut puta candidi: can enim corruptum invenitur, di et di duae praepositiones, quae loquellis deserviunt, esse reperiuntur. eo plures, ut puta Semproniani: sem enim corruptum invenitur, pro praepositio ablativi casus accipitur, ni coniunctio iudicatur, a praepositio ablativi casus praedicatur, ni vero coniunctio pronuntiatur. sic et alia nomina, in quorum prima parte corruptum invenitur et in sequenti duae vel eo amplius partes orationis sunt constitutae, ex corrupto et integris ad figuram compositam pertinere monstrantur.

Nunc quoniam quem ad modum variatis modis figura composita nominum fiat satis ostendimus, et ideo iam et quem ad modum in eadem figura soni caveantur moneamus: ut puta quaeritur, rogatus visibilis et cetera

3 corruptum.....tu *R* corruptum tu *r* corruptum accipitur tu *v* 11 catulinam *r* catullinam *R* 21 esse probatur *om. R, add. rv* 34 praedicitur *Rv*

p. 163. 64 R. p. 239. 40 V.

talia ex quibus composita esse reperiantur. utique rogatus ex integro et corrupto, scilicet quoniam in prima parte verbum esse reperitur, in sequenti tus, quod licet isdem litteris scribatur, quibus et nomen, quod facit huius turis, attamen in hoc nomine, id est rogatus, ad sonum probatur, quod tus presso accentu auditur, et ideo nunc corruptum esse iudicatur. item visibilis: utique in primis partibus nomen et coniunctio considerantur, in sequenti vero bilis, quod licet isdem litteris scribatur, quibus et nomen, quod iracundiam significare interpretatur, id est bilis, attamen in hoc nomine, id est visibilis, ad sonum probatur, quod bilis presso accentu auditur, et ideo nunc corruptum esse iudicatur. sic et cetera talia, quae isdem litteris scribuntur, quibus et partes orationis, ad sonum propter figuram compositam sunt consideranda. item quaeritur, venustus quem ad modum componatur, id est ex nomine et tus, an ex coniunctione ve et nustus. utique ex coniunctione et nustus; scilicet quoniam, sic uti docuimus, illa sunt nomina ex integro pronuntianda, quae sola tantum partem orationis contineant. nunc cum venustus ex parte orationis et tus sit constitutum, utique iam ex integro et corrupto invenitur esse compositum; et ideo, ut docuimus, venustus ex coniunctione et nustus componi oporteat. sic et cetera talia nomina in figura sive simplici seu composita sunt considerandа.

Sane etiam hoc monemus, quod sint aliqui artis latores, qui ex || duobus corruptis dicant fieri posse figuram compositam. sed contra eorundem inperitiam non dignum est ut nostra respondeat scientia, quandoquidem nulla pars orationis reperiatur, quae ex duobus corruptis sit constituta, nisi si contra praecepta caelitus data integrum, hoc est partem orationis, in duas partes scindunt et compositam figuram ex ipsis constituunt, ut simplicem quam *compositam* adserere reperiantur; siquidem simplex ex integro, id est ex una parte orationis, tantum constituta esse inveniatur; et ideo, ut diximus, quia ex duobus corruptis numquam figura composita esse monstratur. de figura nominum, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE COMPARATIONE.

Comparatio nominum scilicet appellativorum est, qua per gradus conlationis nomina augmenta aut deminutiones accipiunt. hi sunt tres et appellantur positivus sive absolutus, comparativus, superlativus. positivus sive absolutus gradus est ipsa positio, ut puta fortis et cetera talia. comparativus gradus est aliquid addens aut minuens per comparationem, ut puta fortior brevior et cetera talia. superlativus gradus est eo plus adiciens aut minuens per comparationem, ut puta fortissimus miserrimus et cetera talia. sane non semper haec omnia nomina per omnes tres gradus con-

16 nunc cum venus ex parte orationis ve et nus sit constituta *v* 17 constituta *R* composita *R* 19 sunt *r* sint *R* 25 nisi si *rv* nisi *R* integram *Rv* 27 compositam *om. Rv* 35 absolutus gradus est *v* absolutus est gradus *R*

p. 161. 65 R. p. 240. 41 V.

lationis perseverant. interdum enim inveniuntur nomina, quae in positivo sive absoluto gradu tantum sint constituta, ut puta novus et cetera talia; interdum quae in comparativo tantum, ut puta interior et cetera talia; interdum quae in superlativo tantum, ut puta novissimus et cetera talia; interdum quae in positivo sive absoluto et comparativo tantum, ut puta ingens ingentior et cetera talia; interdum quae in positivo et superlativo tantum, ut puta pius piissimus et cetera talia; interdum quae in comparativo et superlativo tantum, ut puta potior potissimus et cetera talia; frequenter vero quae per omnes tres gradus perseverant, ut puta felix felicior felicissimus et cetera talia. nunc hoc quaeritur, qua de causa haec aliqua nomina, sic uti supra ostendimus, non per omnes gradus conlationis perseverant. quare hoc monemus, quod eorundem sonos cum syllabis et cum accentibus in metris conpetenter tractare debebimus; scilicet ut quando haec nomina comparativos vel superlativos gradus sustinere possint doceamus. sane comparatio his nominibus accidit, quae qualitatis vel quantitatis habent materiam. praeterea non omnia nomina, quae qualitatis vel quantitatis habent materiam, comparativos vel superlativos gradus facere inveniuntur; et quae *comparativos vel* superlativos gradus facere possunt, qualitatis *vel quantitatis* materiam continere reperiuntur. nunc etiam hoc doceamus, quod illa sunt qualitatis materiae nomina, quae quale sit quid demonstrant, hoc est iustum an iniustum, album an nigrum, bonum an malum. sic et cetera talia, quae quid quale sit significant, ad qualitatis materiae nomina necesse est ut pertineant. at vero quantitatis materiae sunt nomina, quae mensurae vel numeri aut ponderis contineant formam, ut puta altus infinitus gravis; et cetera talia, quae quid quantum sit significant, ad quantitatis materiae nomina necesse est pertinere. nunc quoniam qui vel quot sunt gradus conlationis, et quem ad modum per eosdem nomina non semper perseverent, nec non et qualitatis et quantitatis quem ad modum appareant, demonstravimus, et ideo iam quot vel quae genera nominum singuli gradus in nominativo casu numeri singularis contineant, nec non et singula genera in isdem gradibus nominativo casu numeri singularis quot vel quibus formis definiantur, ostendam.

De positivo gradu. positivus sive absolutus gradus in nominativo casu numeri singularis genera nominum continet quinque, masculinum femininum neutrum commune omne. De genere masculino. positivi gradus nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis tribus his formis definiuntur tantum, er ex us. De genere feminino. positivi gradus nomina generis feminini nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum, a. De genere neutro. positivi gradus nomina

12 et cum accentibus *R* et accentibus *r* 18 et quae *R* sed quae *r* comparativos vel *om. R, add. v* 19 vel quantitatis *om. R* 20 doceamus *R* monemus *rv* 32 quot vel quibus *v ex codice Parisino* 7519 uel quod quibus *R* 37 er ex us *r* er us ex *R*

p. 165. 66 R. p. 241—43 V.

generis neutri nominativo casu numeri singularis duabus his formis definiuntur tantum, e um. De genere communi. positivi gradus nomina generis communis nominativo casu numeri singularis tribus his formis definiuntur tantum, er il is. De genere omni. positivi gradus nomina generis omnis nominativo casu numeri singularis his decem formis definiuntur tantum, ax ex ix ox ans ens ers ors us am.

De comparativo gradu. comparativus gradus *in nominativo casu numeri singularis duo haec genera nominum continet, commune et neutrum. De genere communi. comparativi gradus nomina generis communis* nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum, ior. De genere neutro. comparativi gradus nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum, ius.

De superlativo gradu. superlativus gradus in nominativo casu numeri singularis tria haec genera nominum continet, masculinum femininum neutrum. De genere masculino. superlativi gradus nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis quattuor his formis definiuntur tantum, rimus simus timus ximus. De genere feminino. superlativi gradus nomina generis feminini nominativo casu numeri singularis quattuor his formis definiuntur tantum, rima sima tima xima. De genere neutro. superlativi gradus nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis quattuor his formis definiuntur tantum, rimum simum timum ximum.

Nunc quoniam quot vel quae genera nominum singuli gradus in nominativo casu numeri singularis contineant, nec non et singula genera in isdem gradibus nominativo casu numeri singularis quot vel quibus formis definiantur, ostendimus, ideo iam quem ad modum ex gradibus gradus fiant doceamus.

De gradibus quem ad modum gradus fiant. quaecumque nomina comparativos vel superlativos gradus ex se facere possunt, haec ex his tribus generibus nominum indigent positione, id est masculino communi omni, unde possint sui cuiusque generis eorundem graduum accipere rationem; et ideo haec tria genera subiciemus, quae scilicet ad rationem graduum pertinere reperiuntur.

De genere masculino. masculini generis nomina, sic uti supra diximus, in positivo gradu nominativo casu numeri singularis tribus his formis definiuntur tantum, er ex us. || nunc earundem singularum rationem subicimus, qua dinoscantur nomina, quem ad modum ex ipsis formis gradus conlationis facere possint.

De er. quaecumque nomina generis masculini in positivo gradu nominativo casu numeri singularis er litteris definiuntur, si comparativos

4 er il is *v* il er is *R* 6 ors am us *r* ors um us *R* 7 in nominativo — 9 generis communis *om. R* : Comparativi gradus generis communis nomina nominativo casu *r* 14 continet *R* continet tantum *r* 35 er ex us *r* er us ex *R* singularum *r* singularium *R* 36 quo dinoscantur *Rv*

p. 166—68 R. p. 243. 44 V.

gradus ex se facere possunt, haec genetivo casu numeri singularis or syllabam accipiunt et comparativum gradum generis communis ostendunt; scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo ca|su numeri singularis ior litteris definiuntur et non ex illa positione formae, qua ex genere masculino nominativo casu numeri singularis ex litteris *nomina* definiuntur, venire intelleguntur, hi generis communis esse reperiuntur, ut puta hic niger huius nigri, hic et haec nigrior facere debeat. sane hoc monemus, quod in hoc praecepto sint aliqui quinque soni, qui or litteris post consonantem definiantur, ut puta minor et cetera talia. nunc haec eadem supra dicti generis nomina, quae diximus in supra dicto gradu nominativo casu numeri singularis supra dictis litteris definiri, in genetivo casu numeri singularis us syllabam accipiunt et non tantum comparativum gradum generis neutri sed et adverbiorum ostendunt; scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ius litteris definiuntur, hi non tantum generis neutri sed et adverbiorum esse reperiuntur, ut puta hic niger huius nigri, nigrius utrique respondeat. sed tunc hi generis neutri esse reperiuntur, quando generibus neutris iungi inveniuntur, ut puta 'nigrius officium'. at vero quando non generibus neutris, sed cum alia qualibet parte orationis miscentur, adverbiorum esse pronuntiantur, ut puta 'nigrius fecit'. sic et alii comparativi gradus, quando generi neutro vel quando adverbiis respondeant, intelleguntur. sane hoc monemus, quod in hoc praecepto sint aliqui quinque soni, qui us litteris post consonantem definiantur, ut puta minus. item quaeritur, qua de causa minora, non minoria dicatur. hac de causa, quoniam comparativi gradus numquam ia litteris definiuntur. nunc haec eadem nomina generis scilicet masculini, quae diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis er litteris definiri, si superlativos gradus ex se facere possunt, in eodem nominativo casu numeri singularis rimus syllabas accipiunt et superlativum gradum generis sui ostendunt, ut puta hic niger hic nigerrimus facere debeat. ‖ item haec eadem supra dicti generis nomina in supra dicto casu rima syllabas accipiunt et superlativum gradum generis feminini ostendunt, ut puta hic niger haec nigerrima facere debeat. at vero haec eadem supra dicti generis nomina in supra dicto casu rimum syllabas accipiunt et superlativum gradum generis neutri ostendunt, ut puta hic niger hoc nigerrimum facere debeat. |

Nunc in hac forma, qua diximus generis masculini nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis er litteris definiri, quaeritur, qua de causa hic taeter et non taetrus dicatur. hac de causa, quoniam cuiuscumque generis nomina superlativos gradus ex se facere possunt, haec,

4 et non *r, om. R; sed in codice superscriptum esse aliquid, quod legi nequeat, adnotatum est in apographo* qua] quae *Rv* 5 ex litteris *v* er litteris *R* nomina *om. Rv* 7 debeant *Rv* 19 alia qualibet *r* aliqualibet *R* 20 et alia *Rv* 23 definiantur *r* deficiantur *R* 24 dicatur *v* dicantur *R* 28 possunt *v ex codice Parisino* 7494 possint *R*

p. 168. 69 R. p. 244. 45 V.

si in eodem superlativo gradu in quolibet casu ante ultimam sive ante ultimas syllabas ri syllabam habent constitutam et possunt ex se generis masculini positivi gradus facere nomina, eandem ri syllabam cum sequentibus litteris omittunt et nominativum casum numeri singularis generis masculini positivi gradus, quibus litteris definiatur, ostendunt, ut puta hic nigerrimus vel harum nigerrimarum aut hoc nigerrimum hic niger in positivo gradu facere monstrantur. nunc cum dicat Cicero in frumentaria 'ut odor Aproni taeterrimus', utique iam hic taeter, non hic taetrus facere pronuntiatur.

Item in hac supra dicti generis forma quaeritur, qua de causa niger in genetivo casu numeri singularis per syllabam non crescat et tener in genetivo casu numeri singularis per syllabam crescat. hac de causa, quoniam cuiuscumque generis nomina nominativo casu numeri singularis er litteris definiuntur, excepto vocativo casu numeri singularis, si per ceteros casus in ultima vel ante ultimam syllabam per geminatas consonantes scribuntur, numquam a nominativo casu numeri singularis in ceteros casus, excepto genetivo casu numeri pluralis, per syllabam crescunt, ut puta niger nigri et cetera talia. at vero cuiuscumque generis nomina nominativo casu numeri singularis er litteris definiuntur et per ceteros casus in ultima vel ante ultimam syllabam per singulares consonantes scribuntur, haec *a* nominativo casu numeri singularis, excepto vocativo casu numeri singularis, in ceteros casus per syllabam crescunt, ut puta hic tener huius teneri. *sic* et ‖ cetera talia, quae nominativo casu numeri singularis er litteris definiuntur, quando a nominativo casu numeri singularis per ceteros casus ex syllaba crescere vel non crescere *possint* reperiuntur. hoc etiam monemus, quod hi nominativi, a quibus ceteri casus per syllabam crescunt, plus habeant potestatis in structuris vel metris, quam illi nominativi, a quibus ceteri casus per syllabam non crescunt. sed de eorundem potestate, cum ad metra ipsa venerimus, *competenter tractabimus.*

Sane etiam hoc monemus in hac forma generis masculini, qua diximus in positivo | gradu nominativo casu numeri singularis nomina er litteris definiri, quod [non] ex ea plures soni, id est plurima nomina, possint exhiberi. de forma generis masculini, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina er litteris definiuntur, quem ad modum ex se comparativos gradus facere possint, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De ex. quaecumque nomina generis masculini in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ex litteris definiuntur, si comparativos

5 definiantur *R* definiant *r* 7 monstrantur *R* monstratur *r* nunc] nam *Rv* in frumentaria] *in Verr.* III 9, 23 8 ut odor *v* VI odor *R* aut odor *r* 10 supradicta *Rv* 11 non crescat *r* non crescant *R* 14 si *om. R*, *add. r* 20 vel ante ultimam *v* uel ante penultimam *R* 21 a *om. Rv* 23 sic *om. Rv* 25 possint *om. Rv* 29 competenter tractabimus *om. Rv* 33 de forma *r* de prima *R* qua *v* quam *R* 35 ex^{se} comparatiuis *R* ex comparatiuis *r*

p. 169. 70 R. p. 245. 46 V.

gradus ex se facere possunt, haec in dativo casu numeri singularis or syllabam accipiunt et comparativum gradum generis sui tantum ostendunt, ut puta hic senex huic seni hic senior facere debeat. at vero haec generis masculini nomina, quae diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ex litteris definiri, superlativos gradus facere prohibentur, scilicet quoniam haec eadem supra dictae formae nomina in superlativo gradu sonum pedum in metris vel in structuris exhibere non possunt. sane hoc monemus, quod haec eiusdem supra dictae formae nomina generis scilicet masculini, si cogantur ex specie sua et generis feminini facere nomina, quod haec eadem generis feminini nomina per inmutationem reperiantur esse anomala, ut puta hic senex haec anus facere debeat. nunc etiam hoc monemus in hac forma generis masculini, qua diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ex litteris definiri, quod ex ea forma plus quam tres soni, hoc est quam tria nomina, non possint exhiberi. de forma generis masculini, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ex litteris definiuntur, quem ad modum ex se comparativos gradus nec non et nomina feminina facere possint vel || intra quantum numerum esse reperiantur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De us. quaecumque nomina generis masculini in positivo gradu nominativo casu numeri singularis us litteris definiuntur, si comparativos gradus ex se facere possunt, haec in genetivo casu numeri singularis or syllabam accipiunt et comparativum gradum generis communis ostendunt; scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ior litteris definiuntur et non ex illa positione formae, qua ex genere masculino nominativo casu numeri singularis ex litteris nomina definiuntur, venire intelleguntur, | hi generis communis esse reperiuntur, ut puta hic doctus huius docti hic et haec doctior facere debeat. nunc haec eadem supra dicti generis nomina, quae diximus in supra dicto gradu nominativo casu numeri singularis supra dicta forma finiri, in genetivo casu numeri singularis us syllabam accipiunt et non tantum comparativum gradum generis neutri sed et adverbiorum ostendunt; scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ius litteris definiuntur, hi non tantum generis neutri sed et adverbiorum esse reperiuntur, ut puta hic doctus huius docti, doctius utrique respondeat. sed tunc hi generis neutri esse reperiuntur, quando generibus neutris iuncti inveniuntur, ut puta ‘doctius officium’. at vero quando non generibus neutris, sed cum alia qualibet parte orationis miscentur, adverbiorum esse pronuntiantur, ut puta ‘doctius fecit’. sic et alii comparativi gradus, quando generi neutro vel quando adverbiis respondeant, intelleguntur.

3 hic senex] *Serv. in Don. p.* 1841 *Pomp. p.* 128 *ed. Lind.* 12 qua *r* in qua *R* 15 in *om. R, add. r* 18 possint *r* possunt *R* 25 qua *r* quae *R* 28 debeant *Rv* 33 ius litteris *r* ior litteris *R*

p. 170. 71 R. p. 246. 47 V.

nunc haec eadem nomina generis scilicet masculini, quae diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis us litteris definiri, si superlativos gradus ex se facere possunt, in ablativo casu numeri pluralis simus syllabas accipiunt et superlativum gradum generis sui ostendunt, ut puta hic doctus ab his doctis hic doctissimus facere debeat. nunc haec eadem supra dicti generis nomina in supra dicto casu .sima syllabas accipiunt et superlativum gradum generis feminini ostendunt, ut puta hic doctus ab his doctis haec doctissima facere debeat. at vero haec eadem supra dicti generis nomina in supra dicto casu simum syllabas accipiunt et superlativum gradum generis neutri ostendunt, ut puta hic doctus ab his doctis hoc doctissimum facere debeat.

Nunc in hac forma, qua diximus generis masculini nomina in po|sitivo gradu nominativo casu numeri singularis us litteris definiri, quaeritur, qua de causa sobrius positivi gradus sit tantum. hac de causa, quoniam, si sobrius secundum praeceptum supra datum genetivo casu numeri singularis or syllabam accipiat, sonum tamen comparativi gradus facere non potest, ut puta hic sobrius huius sobrii, hic vel haec sobriior; et ideo sobrius et cetera talia comparativos gradus facere prohibentur.

Sane hoc monemus, quod in hac forma, qua diximus generis masculini nomina in positivo gra|du nominativo casu numeri singularis us litteris definiri, haec tria nomina reperiuntur, quae per gradus conlationis propter sonos pedum, qui scilicet pertinent ad metra vel structuras, anomale data sunt comparari, id est bonus malus magnus. faciunt enim ex genere masculino in positivo gradu bonus malus magnus, in comparativo melior et melius, peior et peius, maior et maius; scilicet quoniam omnis comparativus gradus duo haec genera continet, id est commune et neutrum. sed quando haec communis et quando neutri generis sive adverbiorum esse dinoscantur, in superioribus iam satis tractavimus. in superlativo optimus pessimus maximus. sic et per femininum et neutrum genus nec non et, sicut docuimus, commune haec tria supra scripta nomina per gradus conlationis propter supra dictos pedum sonos anomale data sunt comparari. sane etiam hoc de his tribus supra scriptis nominibus quaeritur, qua de causa propter pedum sonos sic anomale debeant comparari. quare hoc monemus, quod haec cum syllabis et accentibus in metris conpetenter tractabimus.

Nunc etiam hoc monemus in hac forma generis masculini, qua diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina us litteris definiri, quod ex ea plures soni, id est plurima nomina, possint exhiberi. de forma generis masculini, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina us litteris definita quem ad modum ex se faciant com-

17 sobriior] sobrior *Rv* 21 reperiuntur *v* repperiri *R* 27 haec] hic *Rv* 28 dinoscantur *r* disnoscantur *R* dinoscatur *v*

p. 171. 72 R. p. 247. 48 V.

parativos vel superlativos gradus, nec non et tria nomina anomala, quantum ratio poscebat, tractavimus.

Nunc quoniam quem ad modum ex suo genere masculino gradus conlationis fiant ostendimus, et ideo iam de genere communi incipiamus.

De genere communi. communis generis nomina, sic uti supra docuimus, in positivo gradu nominativo casu numeri singularis tribus his formis definiuntur tantum, er il is. nunc earundem ratio|nem subicimus, qua dinoscantur nomina, quem ad modum ex ipsis formis gradus conlationis facere possunt.

De er. quaecumque nomina generis communis in positivo gradu nominativo casu numeri singularis er litteris definiuntur, si comparativos gradus ex se facere possunt, haec in dativo casu numeri singularis or syllabam accipiunt et comparativum gradum generis sui ostendunt; scilicet quoniam, sic uti supra docuimus, quicumque com|parativi gradus nominativo casu numeri singularis ior litteris definiuntur et non ex illa positione formae, qua ex genere masculino nominativo casu numeri singularis ex litteris *nomina* definiuntur, venire intelleguntur, hi generis communis esse reperiuntur, ut puta hic et haec acer huius acris huic acri, hic et haec acrior facere debeat. nunc eadem supra dicti generis nomina, quae diximus in supra dicto gradu nominativo casu numeri singularis supra dicta forma definiri, in dativo casu numeri singularis us syllabam accipiunt et non tantum comparativum gradum generis neutri sed et adverbiorum ostendunt; scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ius litteris definiuntur, hi non tantum generis neutri sed et adverbiorum reperiuntur, ut puta hic et haec acer huic acri, acrius utrique respondeat. sed tunc hi generis neutri esse reperiuntur, quando, sic uti supra diximus, generibus neutris iungi inveniuntur, ut puta ‘acrius acetum’. at vero quando non generibus neutris, sed cum alia qualibet parte orationis miscentur, adverbiorum esse pronuntiantur, ut puta ‘acrius respondet’. sic et alii comparativi gradus, quando generi neutro vel quando adverbiis respondeant, intelleguntur. nunc haec eadem nomina generis scilicet communis, quae diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis er litteris definiri, si superlativos gradus ex se facere possunt, in eodem nominativo casu numeri singularis rimus syllabas accipiunt et superlativum gradum generis masculini ostendunt, ut puta hic et haec acer hic acerrimus facere debeat. item haec eadem supra dicti generis nomina in supra dicto casu rima syllabas accipiunt et superlativum gradum generis feminini ostendunt, ut puta hic et haec acer haec acerrima facere debeat. at vero haec eadem supra dicti generis nomina in supra dicto casu rimum

5 docuimus *r* posuimus *R* 7 tantum *om. R, add. r* 11 si *r* et *R* 16 qua] quae *Rv* 17 nomina *om. R:* definiuntur, nomina venire *v* 19 debeant *Rv* 27 iungi inveniuntur *rv* iunguntur *R* 33 definiri *rv* definiuntur *R* 34 rimus *R* rima *r* 35 generis masculini *v* generis feminini *r* numeri singularis *R*

p. 172. 73 R. p. 249. 50 V.

syllabas accipiunt et superlativum ‖ gradum generis neutri ostendunt, ut puta hic et haec acer hoc acerrimum facere debeat.

Nunc in hac forma, qua diximus generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis er litteris definiri, quaeritur, qua de causa hic vel haec acer et non acris dicatur. hac de causa, quoniam cuiuscumque generis nomina superlativos gradus ex se facere possunt, haec, *si* in eodem superlativo gradu in quolibet casu ante ultimam sive ante ultimas syllabas ri syllabam habent constitutam et possunt ex se generis communis positivo | gradu facere nomina, eandem ri syllabam cum sequentibus litteris omittunt et nominativum casum numeri singularis generis communis positivi gradus, quibus litteris definiatur, ostendunt. nunc cum dicat Vergilius ‘acerrimus Aiax’, utique iam hic vel haec acer, non acris facere demonstravit. item in hac supra dicti generis forma quaeritur, qua de causa acer communis generis esse dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina in genetivo casu numeri singularis is litteris definiuntur et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec generis esse communis pronuntiantur. nunc cum dicat Vergilius ‘acris Orontis’, utique iam acrem generis communis esse demonstravit. item in supra dicta forma quaeritur, si haec eadem supra dicta communis generis nomina ex sua specie in genera neutra transeant, in eodem genere neutro in positivo gradu nominativo casu numeri singularis qua littera debeant terminari. utique e, scilicet quoniam quaecumque nomina generis communis in positivo gradu nominativo casu numeri singularis er litteris definiuntur, si ex sua specie in genera neutra transeunt, haec eadem genera neutra in positivo gradu nominativo casu numeri singularis e littera terminantur. at vero pluralia ia litteris definiuntur, ut puta hic et haec acer hoc acre et haec acria facere debeat. item in hac supra dicti generis forma quaeritur, qua de causa acer genetivo casu numeri singularis a nominativo casu singularis numeri per syllabam non crescat et pauper in genetivo casu numeri ‖ singularis a nominativo casu numeri singularis per syllabam crescat. hac de causa, quoniam cuiuscumque generis nomina nominativo casu numeri singularis er litteris definiuntur, haec, excepto vocativo casu numeri singularis, si per ceteros casus in ultima vel ante ultimam syllabam per geminatas consonantes scribuntur, numquam a nominativo casu numeri singularis in ceteros casus, excepto genetivo casu numeri pluralis, per syllabam crescunt, ut puta acer acris et cetera talia. at vero cuiuscumque generis nomina nominativo casu numeri singularis er litteris definiuntur et per ceteros casus in ultima vel ante ultimam syllabam per singulares consonantes scribuntur, haec a nominativo casu numeri singularis, excepto vocativo casu numeri singularis, in ceteros casus per syllabam crescunt,

7 si *om. R, add. v* 8 habent *r* habet *R* 11 Vergilius] *Aen.* II 414 17 Vergilius] *Aen.* I 220 25 terminantur *r* terminatur *R* 26 pluralis *Rv* 27 debeant *Rv* 33 in ultima *r* in ultimam *R* 38 in ultima *r* in ultimam *R* 40 per sylla-

p. 173—75 R. p. 250. 51 V.

it puta hic pauper huius pauperis. sic et cetera talia, quae nominativo casu numeri singularis er litteris definiuntur, | quando a nominativo casu numeri singularis per ceteros casus ex syllaba crescere vel non crescere possint, reperiuntur. nunc etiam hoc monemus, quod hi nominativi, a quibus ceteri casus per syllabam crescunt, plus habeant potestatis in structuris vel metris, quam illi nominativi, a quibus ceteri casus per syllabam non crescunt. sed de eorum potestate, cum ad metra ipsa venerimus, conpetenter tractabimus.

Nunc etiam hoc monemus in hac forma generis communis, qua diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina er litteris definiri, quod ex ea scilicet forma plus quam quattuordecim soni, hoc est quam quattuordecim nomina, non possint exhiberi. de forma generis communis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina er litteris definita quem ad modum ex se comparativos vel superlativos nec non et ipsos positivos gradus facere possint vel intra quantum numerum esse reperiantur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De il. quaecumque nomina generis scilicet communis in positivo gradu nominativo casu numeri singularis il litteris definiuntur, si comparativos gradus ex se facere possunt, haec in dativo casu numeri singularis or syllabam accipiunt et comparativum gradum generis sui ostendunt; scilicet quoniam, sic uti supra diximus, quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ior litteris definiuntur et non ex illa formae positione, qua ex genere masculino ‖ nominativo casu numeri singularis ex litteris *nomina* definiuntur, venire intelleguntur, hi generis communis esse reperiuntur, ut puta hic et haec pugil huic pugili hic vel haec pugilior facere debeat. nunc haec eadem supra dicti generis nomina, quae diximus in supra dicto gradu nominativo casu numeri singularis supra dicta forma definiri, in dativo casu numeri singularis us syllabam accipiunt et non tantum comparativum gradum generis neutri sed et adverbiorum ostendunt; scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ius litteris definiuntur, hi non tantum generis neutri sed et adverbiorum esse reperiuntur, ut puta hic et haec pugil huic pugili, pugilius utrique respondeat. sed quando pugilius generi neutro vel quando adverbio in comparatione respondeat, in superioribus iam satis ostendimus. nunc in hac forma, qua diximus generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis il litteris definiri, quaeritur, qua de causa pugil communis generis esse dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis il litteris definiuntur et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec communis generis esse pronuntiantur. item in hac supra dicta forma

bam *v* per syllabas *R* 8 tractabimus *r* tractauimus *R* 15 possint *r* possunt *R* 23 qua *v* quae *R* 24 nomina *om. R:* definiuntur, nomina venire *v* 26 debeant *Rv* 33 utrique *v* utri *R* 34 respondeat *v* respondeant *R*

p. 175. 76 R. p. 251. 52 V.

quaeritur, si haec supra dicta communis generis nomina ex sua specie in genera neutra transeant, in eodem genere neutro in positivo gradu nominativo casu numeri singularis qua littera debeant terminari. e, scilicet quoniam, quaecumque generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis il litteris definiuntur, si ex sua specie in genera neutra transeunt, haec eadem genera neutra in positivo gradu nominativo casu numeri singularis e littera terminantur. at vero pluralia ia litteris definiuntur, ut puta hic et haec pugil hoc pugile et haec pugilia facere debeat. nunc etiam hoc significamus, quod si ex omnibus clarum est, attamen, ne obscuro exemplo usi esse videamur, quod pugiles illi vel illae appellentur, hoc est qui non exiles, sed bono corpore esse probantur. sane haec supra dicta communis generis nomina, quae diximus in supra dicto gradu nominativo casu numeri singularis il litteris definiri, superlativos gradus facere prohibentur, scilicet quoniam haec eadem supra dictae formae nomina in superlativo gradu sonum pedum in metris vel structuris exhibere non possunt. nunc etiam hoc monemus in hac forma generis communis, qua || diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina il litteris definiri, quod ex ea forma plus quam septem nomina non possint exhiberi. de forma generis communis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina il litteris definita quem ad modum ex se *faciant* comparativos gradus, nec non et intra quantum numerum esse reperiantur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De is. quaecumque nomina generis scilicet communis in positivo gradu nominativo casu numeri singularis is litteris definiuntur, si comparativos gradus ex se facere possunt, haec in dativo casu numeri singularis or syllabam accipiunt et comparativum gradum generis sui ostendunt; scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ior litteris definiuntur et non ex illa positione formae, qua ex genere masculino nominativo casu numeri singularis ex litteris definiuntur nomina, venire intelleguntur, hi generis communis esse reperiuntur, ut puta hic et haec fortis huic forti hic et haec fortior facere debeat. nunc haec eadem supra dicti generis nomina, quae diximus in supra dicto gradu nominativo casu numeri singularis supra dicta forma definiri, in dativo casu numeri singularis us syllabam accipiunt et non tantum comparativum gradum generis neutri sed et adverbiorum ostendunt; scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ius litteris finiuntur, hi non tantum generis neutri sed et adverbiorum esse reperiuntur, ut puta hic et haec fortis huic forti, fortius utrique respondeat. sed quando fortius generi neutro vel quando adverbio in comparatione respon-

2 transeant ut eadem genere neutro *R* transeant ut eadem genera neutra *r* 3 e scilicet et quoniam *R:* et *om. r* 7 pluralis *Rv* 9 debeant *Rv* quod si *R* quod etsi *r* 11 illae *v* ille *R* 21 faciant *om. R, add. v* 29 definiuntur *r* finiuntur *R* 31 debeant *Rv*

p. 176. 77 R. p. 252. 53 V.

deat, in superioribus iam satis ostendimus. sane in hac forma, qua diximus generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis is litteris definiri, hoc monemus, quod hoc unum nomen reperiatur, quod in comparativo gradu tam genere suo quam neutro nec non et adverbio, propter sonum metri vel structurae per inmutationem anomaliae sic debeat comparari, id est iuvenis. facit enim comparativo gradu generis scilicet communis iunior, neutri autem sive adverbii iunius; at vero superlativum gradum facere prohibetur. sed hoc nomen qua de causa in supra dicto gradu anomale per inmutationem comparetur vel superlativum facere prohibeatur, tunc conpetenter tractabimus, cum ad ipsa metra venerimus. nunc haec eadem nomina generis scilicet communis, quae diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis is litteris definiri, si superlativos gradus ex se facere possunt, in eodem nominativo casu numeri singularis simus syllabas accipiunt et superlativum gradum generis masculini ostendunt, ut puta hic et haec fortis hic fortissimus facere debeat. item haec eadem supra dicti generis nomina in supra dicto casu sima syllabas accipiunt et superlativum gradum generis feminini ostendunt, ut puta hic et haec fortis haec fortissima facere debeat. at vero haec eadem supra dicti generis nomina in supra dicto casu simum syllabas accipiunt et superlativum gradum generis neutri ostendunt, ut puta hic et haec fortis hoc fortissimum facere debeat.

Nunc quaeritur, qua de causa ex ista forma, qua diximus generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis is litteris definiri, austeris et non ex illa, qua us litteris definiuntur, austerus dicatur. hac de causa, quoniam cuiuscumque generis nomina superlativi gradus in quolibet casu ante ultimam sive ante ultimas syllabas si syllabam habent constitutam et ex sua specie positivi gradus facere possunt nomina, haec in eodem superlativo gradu ex quolibet casu ante ultimam sive ante ultimas syllabas si syllabam, quam habent constitutam, cum sequentibus litteris omittunt et positivi gradus nominativum casum, de quo ambigebatur, ostendunt. nunc cum dicat Lucilius

austerissimarum herbarum sucos exprimebat,

utique iam hic vel haec austeris, non hic austerus facere demonstratur.

Nunc in hac forma, qua diximus generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis is litteris definiri, quaeritur, qua de causa fortis communis generis esse dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis is litteris definiuntur et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec communis generis esse pronuntiantur. item in hac supra dicta forma quae-

4 genere *v* generi *R* 10 tractabimus *r* tractauimus *R* 11 ueniremus *R* ueniemus *r* 20 gradum *om. R, add. v ex codice Parisino* 7519 24 qua *v* quae *R* definiuntur *R* definitur *r* 26 si syllabam *r* sis syllabam *R* is syllabam *v* 29 ultimas syllabas si syllabam *r* ultimas syllabam si *R* ultimas syllabas is syllabam *v*

p. 177. 78 R. p. 253. 54 V.

ritur, si haec supra dicta [forma] communis generis nomina ex sua specie in genera neutra transeant, in eodem genere neutro in positivo gradu nominativo casu numeri singularis qua littera debeant terminari. utique e, scilicet quoniam, quaecumque generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis is litteris definiuntur, si ex sua specie in genera neutra transeunt, haec eadem genera neutra in positivo gradu nominativo casu numeri singularis e littera terminantur. at vero pluralia ia litteris definiuntur, ut puta hic et haec fortis hoc forte et haec fortia facere debeat. ‖

Item in hac supra dicta forma quaeritur, qua de causa facillimus non superlativus gradus [facilissimus] esse dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis is litteris definiuntur, si superlativos gradus ex se facere possunt, haec in eodem nominativo casu numeri singularis simus syllabas accipiunt et superlativum gradum generis masculini ostendunt. nunc si facilis simus syllabas accipiat, numquidnam facillimus et non facilissimus face|re ostendat? et ideo facillimum non gradum suum superlativum esse demonstrat. praeterea etiam hoc monemus, quod propter sonos metri vel structurae non possint superlativi gradus ante ultimam syllabam li syllabam habere constitutam. sed qua de causa superlativi gradus ante ultimam syllabam non possint propter metricam rationem vel structuram habere li syllabam constitutam, etiam hoc in metris conpetenter tractabimus.

Item in hac forma, qua diximus generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis is litteris definiri, quaeritur, qua de causa haec iuvenis dure accipiatur, cum iuvenis communis generis esse doceatur. quare hoc monemus, quod cuiuscumque generis nomina iunguntur cum alterius generis vocabulo, haec consideranda esse quem ad modum sonos suos exhibeant: hoc est, si ad coniunctum genus respondeant, eius generis esse dicas, cuius generis esse oporteat; sin vero in sono, hoc est a genere, discrepant, pro locutione accipias. sed haec apertius, cum de sonis in metris tractare coeperimus, ostendemus. nunc etiam hoc monemus, quod hoc nomen, id est iuvenis, in genere neutro propter metri vel structurae sonum numerum pluralem facere prohibeatur.

Sane hoc monemus, in hac forma generis communis, qua diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina is litteris definiri, quod ex ea forma plures soni, hoc est eo plura nomina, possint exhiberi. de forma generis communis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina is litteris definita quem ad modum ex se faciant com-

1 si haec supra dicta forma *R* si haec supra dictae formae *r* 9 debeat *r* debeant *R* 11 facilissimus esse *r* facilissumus esse *R* 16 simus *r* sumus *R* 17 et ideo facillimus non facilissimus gradum *v* 19 li syllabam *R* lis syllabam *r* 21 structuram *r* structurarum *R* 22 li syllabam *R* lis syllabam *r* tractabimus *r* tractauimus *R* 28 sonos *v* sonus *R* 31 ostendemus *r* ostendimus *R* 35 nomina *om. R*, *add. r* 38 faciat *Rv*

p. 178. 79 R. p. 254—56 V.

parativos vel superlativos nec non et ipsos positivos gradus vel unum nomen anomalum, quantum ratio poscebat, tractavimus.

Nunc quoniam quem ad modum ex genere communi gradus conlationis fiant ostendimus, et ideo iam de genere omni incipiamus.

De genere omni. omnis generis nomina, sic uti supra do||cuimus, in positivo gradu nominativo casu numeri singularis decem his formis definiuntur tantum, ax ex ix ox ans ens ers ors us am. nunc earundem rationem subicimus, qua dinoscantur nomina, quem ad modum ex ipsis formis gradus conlationis facere possint.

De ax. quaecumque nomina generis scilicet omnis in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ax litteris definiuntur, si com|parativos gradus ex se facere possunt, haec in dativo casu numeri singularis or syllabam accipiunt et comparativum gradum generis communis ostendunt; scilicet quoniam, sic uti saepe diximus, quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ior litteris definiuntur et non ex illa positione formae, qua ex genere masculino nominativo casu numeri singularis ex litteris nomina definiuntur, venire intelleguntur, hi generis communis esse reperiuntur, ut puta hic et haec et hoc audax huic audaci hic vel haec audacior facere debeat. nunc haec eadem supra dicti generis nomina, quae diximus in supra dicto gradu nominativo casu numeri singularis ax litteris definiri, in dativo casu numeri singularis us syllabam accipiunt et non tantum comparativum gradum generis neutri sed et adverbiorum ostendunt; scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ius litteris definiuntur, hi non tantum generis neutri sed et adverbiorum esse reperiuntur, ut puta hic et haec et hoc audax huic audaci, audacius utrique respondeat. sed tunc hi generis neutri esse reperiuntur, quando, ut supra diximus, generibus neutris iungi inveniuntur, ut puta ‘audacius mancipium’. at vero quando non generibus neutris, sed cum alia qualibet parte orationis miscentur, adverbiorum esse pronuntiantur, ut puta ‘audacius dixit’. sic et alii comparativi gradus, quando generi neutro vel quando adverbio respondeant, intelleguntur. nunc haec eadem nomina generis scilicet omnis, quae diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ax litteris definiri, si superlativos gradus ex se facere possunt, in genetivo casu numeri singularis simus syllabas accipiunt et superlativum gradum generis masculini ostendunt, ut puta hic et haec et hoc audax huius audacis hic audacissimus facere debeat. item haec eadem supra dicti generis nomina in supra dicto casu sima syllabas accipiunt et superlativum gradum generis feminini ostendunt, ut puta hic et haec et hoc audax huius audacis haec audacissima facere debeat. at || vero haec eadem supra dicti generis nomina in supra dicto casu simum syllabas accipiunt et superlativum gradum generis neutri ostendunt, ut

8 subicimus *r* subiciemus *R* 9 possint *R* possunt *r* 26 respondet *Rv*
29 alia qualibet *r* aliqualibet *R* pronuntiantur *v* pronuntiatur *R*

p. 179—81 R. p. 256. 57 V.

puta hic et haec et hoc audax huius audacis hoc audacissimum facere debeat.

Sane hoc monemus, ut ex his septem supra dictis | scilicet formis, id est ex ix ox ans ens ers ors, quaecumque nomina comparativos vel superlativos gradus ex se facere possunt, supra dictae formae, qua diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ax litteris definiri, disciplinam sequantur, ut puta simplex felix velox amans sapiens iners vecors. sic et cetera talia nomina, quae ex isdem supra scriptis formis venire intelleguntur et comparativos vel superlativos gradus ex se facere possunt, ut supra diximus, supra dictae formae disciplinam sequantur. nunc quoniam quem ad modum supra dictarum formarum nomina comparativos vel superlativos gradus ex se facere possunt demonstravimus, et ideo iam quot ex isdem singulis formis soni exhiberi possint moneamus. ex forma generis scilicet omnis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ax litteris definiuntur, hoc monemus, quod plus quam XXIII soni, hoc est quam viginti tria nomina, exhiberi non possint. ex forma generis scilicet omnis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ex litteris definiuntur, hoc monemus, quod plus quam XXIII nomina exhiberi non possint. ex forma generis scilicet omnis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ix litteris definiuntur, hoc monemus, quod plus quam II soni, hoc est quam II nomina, exhiberi non possint. ex forma scilicet omnis generis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ox litteris definiuntur, hoc monemus, quod plus quam VIIII soni, hoc est quam novem nomina, exhiberi non possint. ex forma scilicet generis omnis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ans litteris definiuntur, hoc monemus, quod eo plures soni, hoc est eo plurima nomina, possint exhiberi. ex forma generis scilicet omnis, qua in positivo gradu nominativo || casu numeri singularis nomina ens litteris definiuntur, hoc monemus, quod eo plures soni, hoc est eo plurima nomina, possint exhiberi. ex forma scilicet generis omnis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ers litteris definiuntur, hoc monemus, quod eo plures soni, hoc est eo plurima nomina, exhiberi possint. ex forma generis scilicet omnis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ors litteris definiuntur, hoc monemus, quod eo plus quam XI soni, hoc est XI nomina, exhiberi non possint. | nunc etiam hoc quaeritur, qua

5 supra datae *Rv* 6 nomina *om. R, add. r* 10 supra dictae *R* supra datae *r* 21 plus quam II soni hoc est quam II nomina *R* plus quam V soni hoc est quam quinque nomina *r* 29 nomina *om. R, add. r* 32 nomina *om. R, add. r* 33 *ad definitionem nominum in* ors *finitorum in codice adscriptam esse aliam eorundem nominum definitionem adnotatum est in R ita*, ex forma generis scilicet omnis qua in positiuo gradu nominatiuo casu num. sing. nomina ors litteris definiuntur hoc monemus quod eo plus quam octo soni hoc est eo plurima nomina exhiberi non possint, *quam scripturam receperunt rv*

p. 181. 82 R. p. 257, 58 V.

de causa supra dictarum formarum nomina generis omnis esse dicantur. hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis isdem supra dictis formis definiuntur et ex sua specie vocabula feminina vel neutra facere possunt, haec generis omnis esse pronuntiantur. de formis supra scriptis octo generis scilicet omnis, quem ad modum ex his nomina comparativos vel superlativos gradus facere reperiantur, nec non et ex singulis formis intra quot sonos exhiberi possint, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De us. quaecumque nomina generis omnis in positivo gradu nominativo casu numeri singularis us litteris definiuntur, si comparativos gradus ex se facere possunt, haec in dativo casu numeri singularis or syllabam accipiunt et comparativum gradum generis communis ostendunt; scilicet quoniam, sic uti supra diximus, quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ior litteris definiuntur et non ex illa positione formae, qua ex genere masculino nominativo casu numeri singularis ex litteris nomina definiuntur, venire intelleguntur, hi generis communis esse reperiuntur, ut puta hic et haec et hoc vetus huic veteri hic et haec veterior facere debeat. nunc haec eadem supra dicti generis nomina, quae diximus in supra dicto gradu nominativo casu numeri singularis us litteris definiri, in dativo casu numeri singularis us syllabam accipiunt et non tantum comparativi gradus generis neutri sed et adverbiorum esse reperiuntur, ut puta hic et haec et hoc vetus huic veteri, veterius utrique respondeat. sed quando veterius generi neutro vel quando adverbio in comparatione respondeat, iam satis in superioribus ostendimus. || nunc haec eadem nomina generis omnis, quae diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis us litteris definiri, si superlativos gradus ex se facere possunt, haec ex dativo casu numeri singularis i ultimum omittunt et in eodem dativo casu numeri singularis rimus syllabas accipiunt et superlativum gradum generis masculini ostendunt, ut puta hic et haec et hoc vetus huic veteri hic veterrimus facere debeat. item haec eadem supra dicti generis nomina ex supra dicto casu supra dictam litteram omittunt et in eodem supra dicto casu rima syllabas accipiunt et | superlativum gradum generis feminini ostendunt, ut puta hic et haec et hoc vetus huic veteri haec veterrima facere debeat. at vero haec eadem supra dicti generis nomina ex supra dicto casu supra dictam litteram omittunt et in eodem supra dicto casu rimum syllabas accipiunt et superlativum gradum generis neutri ostendunt, ut puta hic et haec et hoc vetus huic veteri hoc veterrimum facere debeat. nunc quaeritur, qua de causa vetus in genere neutro numeri pluralis vetera et non veteria faciat. hac de causa, quoniam quaecumque vocabula neutra nominativo casu numeri singularis us litteris definiuntur, haec nominativo casu numeri pluralis a littera post consonantem

7 exhiberi *v* exhibere *R* 18 debeant *Rv*

p. 182. 83 R. p. 258. 59 V.

concluduntur. sane etiam hoc monemus in hac forma generis omnis, qua diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina us litteris definiri, quod ex ea forma plus quam tres soni, hoc est quam tria nomina, non possint exhiberi. item in hac forma, qua diximus generis omnis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis us litteris definiri, quaeritur, qua de causa vetus omnis generis esse dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis us litteris definiuntur et ablativo casu numeri singularis e vel i littera terminantur, haec, si ex sua specie vocabula feminina vel neutra facere possunt, generis omnis esse pronuntiantur. de forma generis omnis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina us litteris definiuntur, quem ad modum ex se faciant comparativos vel superlativos gradus, nec non et intra quantum numerum esse reperiantur, quantum ratio poscebat, tractavimus. ||

De am. omnis generis nomen est, quod in positivo gradu am litteris definitur, id est nequam. hoc idem nomen in positivo gradu tam numeri singularis quam pluralis aptote declinatur, hoc est per omnes casus uno sono pronuntiatur; in comparativo autem ex genere communi nequior, ex genere neutro sive adverbio nequius facere declaratur. sed quando nequius generi neutro vel quando adverbio comparetur, in superioribus iam satis ostendimus. at vero in superlativo gradu genere masculino nequissimus, genere feminino nequissima, genere neutro nequissimum facere pronuntiatur. nunc quaeritur, qua de causa nequam omnis generis esse dicatur. quare hoc monemus, quoniam quaecumque res sola reperitur, exemplum non habet a quo corrigatur; et ideo, quem ad modum ad sonum suum confirmata esse reperitur, necesse est ut sic accipiatur. de nomine generis omnis, quod in positivo gradu per omnes casus am litteris definitur, quem ad modum per omnes gradus sonet ostendimus.

Sane quaeritur, qua de causa summus intimus extremus ultimus et cetera talia positivi et non superlativi gradus esse reperiuntur. hac de causa, quoniam omnia nomina generis scilicet masculini superlativi gradus exceptis tribus his anomalis, id est optimo pessimo maximo, nominativo casu numeri singularis duabus his formis definiuntur tantum, rimus simus, ut puta nigerrimus doctissimus. nunc cum summus intimus extremus ultimus et cetera talia nominativo casu numeri singularis non isdem supra dictis formis definiantur, utique iam non superlativi, sed positivi gradus nomina esse pronuntiantur. item et alia ratio, qua probantur haec supra dicta nomina positivi, non superlativi gradus esse pronuntianda: scilicet quoniam omnia nomina in superlativo gradu, exceptis tribus nominibus

16 hoc idem *B* hoc id est *R* 18 sono *B* sonu *R* 19 declaratur *B* debeat *R* 21 ostendimus *R* tractauimus *B* 22 pronuntiatur *v ex codice Parisino* 7519 pronuntiantur *RB* 28 sonet *v ex codice Parisino* 7519 sonent *R: in B legi nequit* 36 iam non *B* non iam *R*

p. 183. 84 K. p. 259—61 V.

supra memoratis anomalis, nominativo casu numeri singularis quattuor excessusve syllabis constituta esse reperiuntur. nunc cum haec intra datum supra dictum numerum syllabarum esse inveniuntur, et ideo non superlativi sed positivi gradus nomina esse probantur. || item quaeritur, ultimus an ulterior ulterioris positivus gradus esse dicatur. sed ultimus, si in sua forma secundum supra datam disciplinam or syllabam in genetivo casu numeri singularis accipiat, numquidnam ulterior facere ostendat? et ideo ultimum non positivum gradum ulterioris esse demonstrat.

Sane etiam hoc monemus, quod nominibus comparativi vel superlativi gradus haec undecim adverbia adiungi non debeant, id est adeo magis tam potius per bene valde minus plus satis nimium, ut puta adeo doctior vel adeo doctissimus; sed doctior et doctissimus sine adeo dici debeant: sic et sine aliis supra scriptis adverbiis comparativi vel superlativi gradus nomina pronuntiari oporteant. item etiam hoc monemus, quod, si haec eadem supra dicta adverbia nominibus positivi gradus inveniantur adiuncta, haec nomina | iam non positivi gradus potestatem *habeant*, sed pro comparativis vel superlativis in metris vel structuris sint accipienda, ut puta adeo doctus, et sonat doctior vel doctissimus. sic et alia positivi gradus nomina iuncta supra dictis adverbiis pro comparativo vel superlativo gradu sunt accipienda. sed quando haec comparativo et quando superlativo gradui respondeant, in metris propter sonos conpetenter tractabimus.

Sane hoc monemus, quod comparativi gradus nomina ablativo casui respondeant, ut puta doctior illo vel illis. hoc item monemus, quod si nominibus comparativi gradus quam syllabam adiungamus, iam non ablativo sed nominativo casui respondere reperiantur, ut puta ‘doctior quam ille vel illi’. sic et alia comparativi gradus nomina adiuncta sibi quam syllaba nominativo, non ablativo casui necesse est ut respondeant. item hoc monemus, quod superlativi gradus nomina genetivo casui respondeant, ut puta ‘servantissimus aequi’, ‘disertissimus Romanorum’, ‘omnium quos terra sustinet sceleratissimus’. sic et alia superlativi gradus nomina genetivo casui necesse est ut respondeant. ||

De comparatione, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE ORDINE.

Ordines nominum sunt tres, positio derivatio deminutio. positio nominum est ipsa origo, ut puta mons fons et cetera talia. derivatio nominum est, quae ex ipsa positione nominum concipitur. haec biformi specie nascitur, ut puta a monte montius et montanus, a fonte fontius et fontanus. sic et cetera talia nomina a derivatione biformi figura nascuntur.

2 excessusue *RB* excessu suae *r* 7 numquidnam *R* numquinam *B* ostendat *B* ostentat *R* 9 Sane] *eadem fere Probo tribuunt Servius in Don. p.* 1842 *et Pompeius p.* 137 *ed. Lind.* 10 tam *rv* quam *R* 15 supra dicta *B* supra scripta *R* 16 habeant *om. RB* 21 tractabimus *rv* tractauimus *R* 22 nomina *om. R*, *add. rv* 36 quae ex *r* qua ex *R* quae et *B*

p. 184. 85 R. p. 261. 62 V.

deminutio nominum est, quando ex ipsa positione nominum una quaeque res breviatur, ut puta a monte monticulus, a fonte fonticulus. sic et cetera deminutionis dinoscuntur, cum a sua positione breviantur. nunc et hic, sic uti et in gradibus conlationis, considerandum est, quod non omnia nomina per omnes ordines semper perseverant. interdum enim inveniuntur nomina, quae in positione et derivatione tantum sint constituta, ut puta pater, paternus et patrius; qua ratione Vergilius 'patrius amor' et Terentius 'patrium monumentum' dicendum esse censuerunt: interdum in positione et deminutione tantum, ut puta canis, catulus. frequenter vero per omnes ordines perseverant, ut puta mons, montius vel montanus et monticu|lus. nunc et hic quaeritur, qua de causa non omnia nomina per omnes ordines semper perseverant. quare hoc monemus, sic uti et in comparatione monuimus, quod eorundem sonos cum syllabis et accentibus in metris conpetenter tractare debeamus, scilicet ut quando haec nomina derivationem vel deminutionem sustinere possint doceamus. de ordine nominum, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE CASIBVS.

Casus sunt sex, nominativus genetivus dativus accusativus vocativus ablativus. casus autem dicti sunt, quod per eos partes aliquae orationis in declinatione cadant.

DE NVMERIS.

Numeri nominum sunt tres, singularis pluralis et communis: singularis, ut unus; pluralis, ut duo vel eo plures. || communis autem numerus dicitur, qui singulare et plurale nomen continere invenitur, ut puta dies nubes acies et cetera talia, quae scilicet et ad singularem et ad pluralem numerum respondere reperiuntur, haec communis numeri esse pronuntiantur. sane etiam hoc monemus, quod haec nomina non secundum communem numerum per omnes casus perseverant; scilicet quoniam si est dies communis numeri, diei autem singularis, dierum vero pluralis, et ideo, ut diximus, haec nomina per casus secundum suum numerum sunt pronuntianda.

DE ACCENTV.

De accentibus autem, quia non brevis ratio est, in metris cum syllabis conpetenter tractabimus.

Nunc quoniam quae accidunt nomini ex ordine universa tractavimus, et ideo iam ablativus casus numeri singularis quibus vel quot litteris definiatur doceamus.

5 per omnes ordines *B* per ordines omnes *R* 7 Vergilius] *Aen.* I 643 8 Terentius] *Eunuch. prol.* 13 14 tractare debeamus *B* tractabimus *r* tractauimus *R* ut *om. R, add. B* 20 in declinatione *B* in declinationem *R* 21 DE NVMERIS *v* de numero *R: in margine codicis adscripta esse haec*, de numeris tribus necessaria ratio, *adnotatum est in apographo* 34 tractabimus *r* tractauimus *RB* 36 ablatiuus *B* ablatiuos *R* definiatur *B* definiantur *R*

p. 185. 86 R. p. 262. 63 V.

DE ABLATIVO CASV.

Ablativus casus numeri singularis septem his litteris definitur tantum, hoc est vocalibus quinque, a e i o u, semivocalibus duabus, m s. harum singularum rationem subicimus, qua dinoscantur nomina, quem ad modum secundum formas suas per casus declinentur.

De a. a littera ablativus casus numeri singularis terminatus genera haec tria continet tantum, masculinum femininum commune.

De genere masculino. masculini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis a littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis quattuor his formis definiuntur tantum, a ia as es.

De a. quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis a littera post consonantem definiuntur, ut puta ab hoc Catilina hic Catilina, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic Catilina huius Catilinae huic Catilinae hunc Catilinam o Catilina ab hoc Catilina, numeri pluralis hi Catilinae horum Catilinarum his Catilinis hos Catilinas o Catilinae ab his Catilinis. sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis a littera post consonantem definiuntur, ad exemplum Catilinae per omnes casus declinantur. nunc hoc monemus in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis a littera nomina terminari et nominativo casu numeri singularis a littera post consonantem definiri, quod ex ea plus quam ducenti septuaginta tres soni, hoc est quam ducenta septuaginta tria nomina, non possint exhiberi. de forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis a littera post consonantem definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De ia. quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ia litteris definiuntur, ut puta ab hoc Sosia hic Sosia, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic Sosia huius Sosiae huic Sosiae hunc Sosiam o Sosia ab hoc Sosia, numeri pluralis hi Sosiae horum Sosiarum his Sosiis hos Sosias o Sosiae ab his Sosiis. sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ia litteris, non ia syllaba, definiuntur, ad exemplum Sosiae per omnes casus declinantur. nunc in hac supra dicta forma hoc monemus, quod quaecumque nomina generis scilicet masculini unum quemlibet casum ad formam Sosiae facere inveniuntur, haec dativo et ablativo casu numeri pluralis ante ultimam consonantem per duas i litteras scribuntur. nunc in hac supra dicta forma quaeritur, qua de causa

34 a littera terminantur *B* ia litteris definiuntur *R* terminantur *R* 35 definiuntur *v* finitur *B* 37 hoc monemus *B* haec monemus *R*

p. 186–88 R. p. 264. 65 V.

nomina || in dativo vel ablativo casu numeri pluralis ante ultimam consonantem per duas i litteras scribantur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis a littera terminantur, haec in dativo et ablativo casu numeri pluralis cum eodem ablativo casu numeri sin|gularis pari numero syllabarum oportet pronuntiari. item etiam hoc monemus in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina a littera terminari et nominativo casu numeri singularis ia litteris definiri, quod ex ea plus quam XXXII soni, hoc est XXXII nomina, non possint exhiberi. de forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ia litteris, non ia syllaba, definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De as. quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis as litteris definiuntur, ut puta ab hoc Aenea hic Aeneas, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic Aeneas huius Aeneae huic Aeneae hunc Aenean o Aenea ab hoc Aenea. haec numerum pluralem non admittunt, scilicet quoniam quaecumque nomina Latina dumtaxat generis masculini accusativo casu numeri singularis an litteris definiuntur, haec pluralem sonum facere prohibentur. sed qua de causa haec supra memoratae formae nomina pluralem sonum facere prohibeantur, in metris conpetenter tractabimus. nunc hoc monemus in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina a littera terminari et nominativo casu numeri singularis as litteris definiri, quod ex ea plus || quam LXXXII soni, hoc est quam LXXXII nomina, non possint exhiberi. de forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis as litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De es. quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis es litteris definiuntur, ut puta ab hoc Anchisa hic Anchises, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic Anchises huius Anchisae huic Anchisae hunc Anchisen o Anchise ab hoc Anchisa. haec numerum pluralem non admittunt; scilicet quoniam quaecumque nomina Latina dumtaxat generis masculini accusativo casu numeri singularis en litteris definiuntur et ablativo casu numeri singularis a littera terminantur, haec pluralem sonum facere prohibentur. sed qua de causa haec supra | memoratae formae nomina pluralem sonum facere prohibeantur, hoc in metris con-

3 a littera *B* ia litteris *R* 6 ablativo — 8 definiri *om. B* 7 a littera *v* ia littera *R* ia litteris *r* 9 de forma hac quantum ratio poscebat tractauimus *B* 10 a littera *v* ia litteris *R* 17 numerum pluralem non admittunt *B* numero plurali non declinantur *R* 21 prohibentur *R* prohibeantur hi aeneae *B* 22 tractabimus *r* tractauimus *RB* 33 o anchisa *R* o anchises *B* 34 Latina *om. R, add. B* 38 prohibeantur *B* prohibentur *R*

p. 188. 89 R. p. 265—67 V.

petenter tractabimus. nunc hoc monemus in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina a littera terminari et nominativo casu numeri singularis es litteris definiri, quod ex ea plus quam XXVII soni, hoc est quam XXVII nomina, non possint exhiberi. de forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis es litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

Nunc in his nominibus generis scilicet masculini, quae diximus ablativo casu numeri singularis a littera terminari et nominativo casu numeri singularis supra scriptis formis definiri, quaeritur qui casus quem casum regere possit, et ideo eosdem subicimus, ut quem ad modum se regere possint doceamus.

De nominativo casu numeri singularis, qui a littera post consonantem terminatur. quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis a littera post consonantem terminantur et aptota esse non inveniuntur, haec ad sonum Catilinae per ceteros casus declinantur.

De accusativo casu numeri singularis, qui am litteris post consonantem definitur. quaecumque nomina generis masculini accusativo casu numeri singularis am litteris post consonantem concluduntur et aptota esse non inveniuntur, haec ad sonum Catilinae per ceteros casus declinantur.

De nominativo vel vocativo casu numeri pluralis, qui ae litteris post consonantem definiuntur. quaecumque nomina generis masculini nominativo vel vocativo casu numeri pluralis ae litteris post consonantem definiuntur et aptota esse non inveniuntur, haec ad sonum Catilinae per ceteros casus declinantur.

De genetivo casu numeri pluralis, qui arum litteris post consonantem definitur. quaecumque nomina generis masculini genetivo casu numeri pluralis arum litteris post consonantem definiuntur, haec ad sonum Catilinae per omnes casus declinantur.

De accusativo casu numeri pluralis, qui as litteris post consonantem definitur. quaecumque nomina generis masculini accusativo casu numeri pluralis as litteris post consonantem definiuntur et aptota esse non reperiuntur, haec ad sonum Catilinae per ceteros casus declinantur.

De accusativo casu numeri singularis, qui an litteris definitur. quaecumque | nomina generis masculini accusativo casu numeri singularis an litteris definiuntur et aptota esse non inveniuntur, haec ad sonum Aeneae per ceteros casus declinantur.

De genetivo vel dativo casu numeri singularis, qui || ae litteris post consonantem definiuntur. quaecumque nomina generis masculini genetivo vel dativo casu numeri singularis ae litteris post consonantem definiuntur et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus per quos appa-

1 tractabimus *r* tractauimus *RB* 4 XXVII soni *rB* XXIIII soni *R* XXVII nomina *B* viginti septem nomina *r* XXIIII nomina *R* 8 quae *r* quod *R* qua *B*

p. 189. 90 R. p. 267. 68 V.

reant ad quam formam pertinere reperiantur. ceterum ablativo casu numeri singularis ad formam Catilinae nec non et Anchisae declinantur, et ideo eosdem casus, quibus indigent, subicimus, ut appareant per quos casus ad quam formam pertinere reperiantur. quare quaecumque nomina generis masculini genetivo vel dativo casu numeri singularis ae litteris post consonantem definiuntur, si nominativum aut accusativum casum numeri singularis vel alium quemlibet casum numeri pluralis ad formam Catilinae facere reperiuntur, tunc haec per ceteros casus ad sonum Catilinae declinantur. quaecumque autem nomina generis masculini genetivo vel dativo casu numeri singularis ae litteris definiuntur, si nominativum vel accusativum casum numeri singularis ad formam Aeneae facere reperiuntur, tunc haec per ceteros casus ad sonum Aeneae declinantur. quaecumque vero nomina generis masculini genetivo vel dativo casu numeri singularis ae litteris post consonantem definiuntur, si nominativum aut accusativum vel vocativum casum numeri singularis ad formam Anchisae facere reperiuntur, tunc haec per ceteros casus ad sonum Anchisae declinantur.

De vocativo casu numeri singularis, qui a littera post consonantem terminatur. quaecumque nomina generis masculini vocativo casu numeri singularis a littera post consonantem terminantur et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus, per quos appareant ad quam formam pertinere reperiantur. ceterum genetivo vel ablativo casu numeri singularis ad formam Catilinae declinantur, et ideo eosdem casus, quibus indigent, subicimus, ut appareant per quos casus ad quam formam pertinere reperiantur. || quare quaecumque nomina generis masculini vocativo casu numeri singularis a littera terminantur et aptota esse non inveniuntur, haec si nominativum vel accusativum casum numeri singularis ad formam Ae|neae facere reperiuntur, tunc per ceteros casus ad sonum Aeneae declinantur. quaecumque vero nomina generis masculini vocativo casu numeri singularis a littera post consonantem terminantur et aptota esse non reperiuntur, haec si nominativum et accusativum casum numeri singularis vel alium quemlibet *casum* numeri pluralis ad formam Catilinae facere reperiuntur, tunc per ceteros casus ad sonum Catilinae declinantur.

De ablativo casu numeri singularis, qui a littera post consonantem terminatur. quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis a littera post consonantem terminantur et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus, per quos appareant ad quam formam pertinere reperiantur. ceterum genetivo et dativo casu numeri singularis ad formam Catilinae nec non et Anchisae declinantur, et ideo eosdem casus, quibus indigent, subicimus, ut appareant per quos casus ad quam formam pertinere reperiantur. quare quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis a littera terminantur et aptota esse non

31 quemlibet numeri *Rv* repperiantur *Rv* 37 et dativo *om. R, add. B*

p. 190. 91 R. p. 268—70 V.

inveniuntur, haec si nominativum vel accusativum casum numeri singularis ad formam Aeneae facere reperiuntur, tunc per ceteros casus ad sonum Aeneae declinantur. quaecumque vero *nomina* generis masculini ablativo casu numeri singularis a littera post consonantem terminantur et aptota esse non inveniuntur, haec si nominativum aut accusativum casum numeri singularis vel alium quemlibet casum numeri pluralis ad formam Catilinae facere reperiuntur, tunc per ceteros casus ad sonum Catilinae declinantur.

De dativo vel ablativo casu numeri pluralis, qui is litteris post consonantem definiuntur. quaecumque nomina || generis masculini dativo vel ablativo casu numeri pluralis is litteris post consonantem definiuntur et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus, per quos appareant ad quam formam pertinere reperiantur, et ideo eosdem casus, quibus indigent, subicimus, ut appareant per quos casus ad quam formam pertinere reperiantur. quare quaecumque nomina generis masculini dativo vel ablativo casu numeri pluralis is litteris post consonantem definiuntur, haec si alium quemlibet casum ad formam Catilinae facere reperiuntur, tunc per ceteros casus ad sonum Catilinae declinantur.

De nominativo casu numeri singularis, qui as litteris definitur. quaecumque nomina ge|neris masculini nominativo casu numeri singularis as litteris definiuntur et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus, per quos appareant ad quam formam pertinere reperiantur. quare quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis as litteris definiuntur et aptota esse non inveniuntur, si alium quemlibet casum ad formam Aeneae facere reperiuntur, tunc haec per ceteros casus ad sonum Aeneae declinantur. nunc in hac supra scripta forma, qua diximus generis masculini nomina nominativo casu numeri singularis as litteris definiri, quaeritur, qua de causa Maecenas huius Maecenatis et non huius Maecenae facere reperiatur. hac de causa, quoniam cuiuscumque generis nomina vocativo casu numeri singularis as litteris definiuntur et aptota esse non reperiuntur, haec genetivo casu numeri singularis is litteris concluduntur et ad formam eorundem nominum, quae ablativo casu numeri singularis e littera scilicet correpta terminantur, secundum suum genus declinantur. nunc cum dicat Vergilius

quo sidere terram
vertere, Maecenas,

utique iam vocativum casum eiusdem formae ostendit, qua nomina ablativo casu numeri singularis e littera correpta terminantur, et ideo Maecenas huius Maecenatis, non Maecenae facere pronuntiatur.

De nominativo casu numeri singularis, qui es lit|teris definitur. quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis es

3 nomina *om. RB* 24 tunc *om. R, add. rv* 29 nomina nominativo et vocativo casu *v ex codice Parisino* 7519 33 Vergilius] *georg.* I 1

p. 191. 92 R. p. 270. 71 V.

litteris definiuntur et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus, per quos appareant ad quam formam pertinere reperiantur. quare quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis es litteris definiuntur, excepto accusativo casu numeri scilicet singularis, si alium quemlibet casum ad formam Anchisae facere reperiuntur, tunc haec per ceteros casus ad sonum Anchisae declinantur.

De accusativo casu numeri singularis, qui en litteris definitur. quaecumque nomina generis masculini accusativo casu numeri singularis en litteris definiuntur et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus, per quos appareant ad quam formam pertinere reperiantur. quare quaecumque nomina generis masculini accusativo casu numeri singularis en litteris definiuntur et aptota esse non inveniuntur, excepto nominativo casu numeri singularis, si alium quemlibet casum ad formam Anchisae facere | reperiuntur, tunc haec per ceteros casus ad sonum Anchisae declinantur.

De vocativo casu numeri singularis, qui e littera terminatur. quaecumque nomina generis masculini vocativo casu numeri singularis e littera terminantur et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus, per quos appareant ad quam formam pertinere reperiantur. quare quaecumque nomina generis masculini vocativo casu numeri singularis e littera terminantur et aptota esse non inveniuntur, si alium quemlibet casum ad formam Anchisae facere reperiuntur, tunc haec per ceteros casus ad sonum Anchisae declinantur.

Nunc, etsi quis casus quem ad modum quem casum regat demonstravimus, attamen et aliqua nomina subiciemus, ex quibus quis quem casum regat facillime dinoscatur. ut puta cum dicat Vergilius

ille inter navemque Gyae,

nunc iam quaeritur, ceteri casus Gyae ad quam formam pertinere reperiantur; et ideo, ut in superioribus tractavimus, sic et probare debebimus, id est ut huius || quoque nominis casus secundum supra dictam disciplinam quem ad modum cuiusque formae quem casum regant prospiciamus. nunc cum dicat idem Vergilius

turbam inter fremitumque Gyas,

utique iam Gyas ad formam Aeneae declinatur; scilicet quoniam, sic uti in superioribus tractavimus, quod quaecumque nomina generis masculini genetivo casu numeri singularis ae litteris definiuntur et nominativo casu numeri singularis as litteris concluduntur, haec ad formam Aeneae per ceteros casus declinantur. item quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius

Gyan superare morantem

Gyan ad quam formam oporteat declinare. utique ad Aeneae, scilicet

5 tunc *om. B, add. R* 13 numeri scilicet singularis *B* 24 regat *r* reget *B* debeat *R* 26 Vergilius] *Aen.* V 169 30 supra dictam *R* supra datam *B* 31 regat *Rv* 32 idem Vergilius] *Aen.* V 152 38 Vergilius] *Aen.* V 184 40 oporteat *B* oportet *R*

p. 192. 93 R. p. 271. 72 V.

quoniam, sic uti supra docuimus, quod quaecumque nomina generis masculini accusativo casu numeri singularis an litteris definiuntur, haec per ceteros casus ad formam Aeneae declinantur. item quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius

segnemque Menoeten

et fuge saxa, Menoete

ad quam formam oporteat declinare Menoeten. utique ad Anchisae, scilicet quoniam, sic uti supra docuimus, quod quaecumque nomina generis masculini accusativo casu numeri singularis en litteris definiuntur et vocativo casu numeri singularis e littera terminantur, haec ad formam Anchisae per ceteros casus declinantur. item quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius

iam validam Ilionei navem, iam fortis Achatae |

ablativus casus numeri singularis qua littera debeat terminari. utique a, scilicet quoniam, sic uti supra docuimus, quaecumque nomina genetivo casu numeri singularis ae litteris definiuntur, haec ablativo casu numeri singularis a littera terminantur. item quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius

quis || iam locus, inquit, Achate

ad quam formam declinari oporteat. utique ad Anchisae, scilicet quoniam quaecumque nomina generis masculini vocativo casu numeri singularis e littera terminantur et genetivo casu numeri singularis ae litteris definiuntur, haec per ceteros casus ad formam Anchisae declinantur. qua ratione idem Vergilius hoc ipsum corroborans prosecutus est, dicens

rapidum ad navis praemittit Achaten;

scilicet quoniam, sic uti supra monuimus, quod quaecumque nomina genetivo casu numeri singularis ae litteris definiuntur et vocativo casu numeri singularis e littera terminantur, haec accusativo casu numeri singularis en litteris definiuntur et per ceteros casus ad formam Anchisae declinantur.

De ablativo casu numeri singularis, qui ex genere masculino a littera terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De genere feminino. feminini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis a littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis duabus his formis definiuntur tantum, a et ia.

De a. quaecumque nomina generis feminini ablativo casu numeri singularis a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis a littera definiuntur, ut puta ab hac misera haec misera, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis haec misera huius miserae huic miserae hanc miseram o misera ab hac misera, numeri pluralis hae miserae

1 quod *om. v, add. R* 5 segnemque] *Verg. Aen.* V 173 6 fuge] *Verg. Aen.* V 166 7 ad anchisae *B* ad anchisen *R* 11 Vergilius] *Aen.* I 120 13 ablatiuus casus *R* ablatiuo casu *B* 14 docuimus *B* monuimus *R* 16 dixit idem uergilius *B:* idem *om. R. Aen.* I 459 17 quis *R* qui *B* 21 formam *R* sonum *B* 22 corroborans *R* poro corroborans *B* porro corroborans *v* dicens *om. R, add. B* 23 rapidum] *Verg. Aen.* I 644 25 definiuntur *B* terminantur *R* 32 a et ia *B* a ia *R*

p. 193. 94 R. p. 272—74 V.

harum miserarum his miseris has miseras o miserae ab his miseris. sic et alia generis feminini nomina, quae ablativo casu numeri singularis a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis a littera definiuntur, ad exemplum miserae per omnes casus declinantur. sane in hac supra scripta forma hoc monemus, quod haec sex nomina tantum, id est sola nulla ulla utra una altera, || quam maxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri singularis sic anomale confirmata sint declinari, hoc est huius solius huic soli: sic et | cetera supra dicta nomina in supra dictis casibus ad hunc sonum anomalum necesse est pronuntiari: at vero per ceteros casus ad sonum miserae debeant declinari. nunc etiam hoc monemus, quod haec supra dicta nomina propter metra in isdem supra dictis casibus et anomale et non anomale permissa sunt declinari. sed haec nomina qua de causa in supra dictis casibus propter structuras sic anomale confirmata sint pronuntiari et in metris anomale et non anomale permissa sint declinari, cum ad rationem metrorum vel structurarum venerimus, illic conpetenter tractabimus. item in hac supra dicta forma hoc monemus, quod haec quinque nomina tantum, id est dea sponsa mula amica equa, propter metra et structuras dativo et ablativo casu numeri pluralis sic anomale constituta sint declinari, his et ab his deabus: sic et cetera supra dicta nomina in supra dictis casibus ad hunc sonum anomalum necesse est pronuntiari: at vero per ceteros casus ad sonum miserae debeant declinari. nunc et haec supra dicta nomina qua de causa propter metra vel structuras in supra dictis casibus sic anomale pronuntientur, etiam hoc in ratione metrorum vel structurarum conpetenter tractabimus.

Sane in hac forma, qua diximus generis feminini nomina in ablativo casu numeri singularis a littera terminari et nominativo casu numeri singularis a littera definiri, quaeritur, qua de causa Vergilius haec leaena et non lea pronuntiarit. hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina ablativo casu numeri singularis e littera terminantur et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec eadem communis generis vel epicoena appellantur aut certe anomale pronuntiantur, numquam tamen ad sonum proprium declinantur, ut puta ab hoc paupere hic et haec pauper, quod generis communis pro||nuntiatur; item ab hoc sene haec anus, quod anomalum appellatur; item ab hoc passere hic et haec passer, quod epicoenum enarratur; item ab hoc capone haec gallina, quod idem anomalum iudicatur. sic utique ab hoc leone Vergilius secundum sonorum rationem leaenam anomale, non leam proprio sono invenitur pronuntiasse.

Item in hac forma supra scripta quaeritur, qua de causa Vergilius ‘pauperque domus’ et non ‘paupera domus’ pronuntiarit. hac de

11 metra *rv* metros *R* 16 tractabimus *rv* tractauimus *R* 17 quinque nomina] *cf. Serv. in Don. p.* 1845. *Pompei. p.* 210. 211 *ed. Lind.* 19 constituta *v* constricta *R* 24 tractabimus *r* tractauimus *RB* 27 Vergilius] *bucol.* 2, 63. *georg.* III 245. IIII 408 36 ab hoc leone haec leaena uergilius *R:* haec leaena *om. B* 37 non leam *Br* non lea *R* 38 Vergilius] *Aen.* XII 519

p. 194—96 R. p. 274. 75 V.

causa, quoniam quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis er litteris definiuntur et ablativo casu nu|meri singularis e littera terminantur et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec eadem vocabula feminina nominativo casu numeri singularis er litteris definiuntur et generis communis esse pronuntiantur. nunc cum idem dicat Vergilius 'pauper in arma pater' et 'genitore Adamasto paupere', et ideo pauper domus, non paupera pronuntiavit.

Item in hac supra dicta forma quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius 'hospita terra' masculino genere hic hospes an hospiter an hospitus facere debeat. sed quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis es litteris definiuntur et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec eadem vocabula feminina nominativo casu numeri singularis es litteris definiuntur et communis generis esse pronuntiantur, ut puta hic vates et haec vates; et ideo hospita ab eo quod est hic hospes venire non iudicatur. item quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis er litteris definiuntur et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec eadem vocabula feminina in nominativo casu numeri singularis aut isdem er litteris definiuntur et generis communis esse pronuntiantur, ut puta hic volucer haec volucer; aut ab eodem nominativo casu generis masculini in suo nominativo casu per syllabam crescunt, ut puta hic tener haec tenera; aut si ab eodem || nominativo casu generis masculini, qui er litteris definitur, in eodem nominativo casu generis sui per syllabam non crescunt, haec in eodem nominativo suo per geminatas consonantes ante ultimam litteram scribuntur, ut puta hic niger haec nigra. nunc cum hospita nec ab hospite nec a volucre nec a tenero vel nigro venire reperiatur, et ideo ab hospito fieri pronuntiatur; scilicet quoniam quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis us litteris post singularem consonantem definiuntur et ex sua specie genera feminina facere possunt, haec eadem genera feminina in nominativo casu numeri singularis neque a nominativo casu numeri singularis generis masculini per syllabam crescunt, neque ante ultimam litteram per geminatas consonantes scribuntur, nec generis communis esse inveniuntur; et ideo hospitam, ut supra diximus, quod hospitus faciat ratio supra decursa declarat.

Item in hac forma supra scripta quaeritur, ab eo quod di|xit Vergilius 'quin aspera Iuno' hic asprus an asperus an asper facere debeat. quare hoc monemus, quod quaecumque nomina generis feminini ex specie sua vocabula masculina facere possunt, haec eadem vocabula masculina, si in quolibet casu ab isdem nominibus generis feminini minori numero syllabarum constituta esse reperiuntur, haec numquam in quolibet casu in

6 pauper] *Verg. Aen.* II 87 genitore *R* genetore *B*; *Verg. Aen.* III 614 8 Vergilius] *Aen.* III 539 25 nunc *Br* nec *R* 35 Vergilius] *Aen.* I 279 39 si *om. R, add. rv*

p. 196. 97 R. p. 275. 76 V.

ultima vel ante ultimam syllabam per geminatas consonantes scribuntur; et ideo ab aspera asprus fieri prohibetur. at vero ab aspera hic asperus an asper dicatur, hoc in natura syllabarum conpetenter tractabimus.

Nunc hoc monemus in hac forma generis feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina a littera terminari et nominativo casu numeri singularis a littera definiri, quod ex ea quam plures soni, hoc est quam plurima nomina, possint exhiberi. de forma generis feminini, qua ablativo casu numeri singularis nomina a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis a littera definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De ia. quaecumque nomina generis feminini ablativo casu numeri singularis a littera terminantur et nominativo casu numeri ‖ singularis ia litteris discretis definiuntur, ut puta ab hac miseria haec miseria, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis haec miseria huius miseriae huic miseriae hanc miseriam o miseria ab hac miseria, numeri pluralis hae miseriae harum miseriarum his miseriis has miserias o miseriae ab his miseriis. sic et alia generis feminini nomina, quae ablativo casu numeri singularis a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ia litteris, non ia syllaba, definiuntur, ad exemplum miseriae per omnes casus declinantur. nunc in hac supra dicta forma hoc monemus, quod quaecumque nomina generis scilicet feminini unum quemlibet casum ad formam miseriae facere inveniuntur, haec dativo et ablativo casu numeri pluralis ante ultimam consonantem per duas i litteras scribuntur. sane in hac supra dicta forma hoc monemus, quod hoc unum nomen tantum, id est alia, quam maxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri singularis sic anomale confirmatum sit declinari, hoc est huius alius huic alii; at vero per ceteros casus ad sonum miseriae debeat declinari. nunc etiam hoc monemus, quod supra dictum nomen propter metra in isdem su|pra dictis casibus et anomale et non anomale permissum sit declinari. sed hoc nomen qua de causa in supra dictis casibus propter structuras sic anomale confirmatum sit pronuntiari et in metris anomale et non anomale permissum sit declinari, cum ad rationem metrorum vel structurarum venerimus, illic conpetenter tractabimus. item in hac supra dicta forma hoc monemus, quod hoc unum nomen tantum, id est filia, propter metra et structuras dativo et ablativo casu numeri pluralis sic anomale constitutum sit declinari, ut his filiabus ab his filiabus; at vero per ceteros casus ad sonum miseriae debeat declinari. nunc et hoc supra dictum nomen qua de causa propter metra vel structuras in supra dictis casibus sic ‖

1 uel post ultimam syllabam *R* uel post ultima syllaba *B* vel paene ultima syllaba *v* 3 tractabimus *r* tractauimus *RB* 4 monemus si in *R:* si *om. v* 23 ante] post *Rv* 33 tractabimus *r* tractauimus *RB* 35 constitutum *v* constrictum *R*

p. 197. 98 R. p. 277. 78 V.

anomale pronuntietur, etiam hoc in ratione metrorum vel structurarum conpetenter tractabimus.

Sane in hac forma, qua diximus generis feminini nomina ablativo casu numeri singularis a littera terminari et nominativo casu numeri singularis ia litteris definiri, quaeritur, ab eo quod dixit Sallustius 'homo militaris' qua de causa in genere feminino non faciat haec militaria. hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis is litteris concluduntur et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec eadem vocabula feminina nominativo casu numeri singularis is litteris definiuntur et communis generis esse pronuntiantur; et ideo haec militaria secundum Sallusti pronuntiationem facere prohibetur.

Item in hac supra dicta forma quaeritur, qua de causa nomina in dativo vel ablativo casu numeri pluralis ante ultimam consonantem per duas i litteras scribantur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis a littera terminantur, haec dativo vel ablativo casu numeri pluralis cum eodem ablativo casu numeri singularis pari numero syllabarum oportet pronuntiari.

Nunc hoc monemus in hac forma generis feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina a littera terminari et nominativo casu numeri singularis ia litteris definiri, quod ex ea plures soni, hoc est plurima nomina, possint exhiberi. de forma generis feminini, qua ablativo casu numeri singularis nomina a littera terminantur et nomina|tivo casu numeri singularis ia litteris discretis definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De ablativo casu numeri singularis, qui ex genere feminino a littera terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De genere communi. communis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis a littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis duabus his formis definiuntur tantum, a et ia.

De a. quaecumque nomina generis communis ablativo casu numeri singularis a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis || a littera definiuntur, ut puta ab hoc et ab hac choraula, hic et haec choraula, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic et haec choraula, huius et huius choraulae, huic et huic choraulae, hunc et hanc choraulam, o et o choraula, ab hoc et ab hac choraula; numeri pluralis hi et hae choraulae, horum et harum choraularum, his et his choraulis, hos et has choraulas, o et o choraulae, ab his et ab his choraulis. sic et alia generis communis nomina, quae ablativo casu numeri singularis a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis a littera definiuntur ad exemplum choraulae per omnes casus declinantur. nunc hoc monemus in

2 tractabimus *r* tractauimus *RB* 5 sallustius *R* salustius *B*: *Catil.* 45 illi homines militares 8 concluduntur *R* definiuntur *B* 11 sallusti *r* salusti *B* sallustium *R*

p. 198. 99 R. p. 278. 79 V.

hac forma generis communis, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina a littera terminari et nominativo casu numeri singularis a littera definiri, quod ex ea plus quam octoginta septem soni, hoc est quam octoginta septem nomina, non possint exhiberi. de forma generis communis, qua ablativo casu numeri singularis nomina a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis a littera definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De ia. quaecumque nomina generis communis ablativo casu numeri singularis a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ia litteris, non ia syllaba, definiuntur, ut puta ab hoc et ab hac custodia, hic et haec custodia, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic et haec custodia, huius et huius custodiae, huic et huic custodiae, hunc et hanc custodiam, o et o custodia, ab hoc et ab hac custodia; numeri pluralis hi et hae custodiae, horum et harum custodiarum, his et his custodiis, hos et has custodias, o et o custodiae, ab his et ab his custodiis. sic et cetera talia generis communis nomina, quae ablativo casu numeri singularis a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ia litteris, non ia syllaba, definiuntur, ad exemplum custodiae per omnes casus declinantur. || nunc in hac supra dicta forma hoc monemus, quod quaecumque nomina generis scilicet communis unum quemlibet casum ad formam custodiae facere inveniuntur, haec dativo et ablativo casu numeri pluralis ante ultimam consonantem per duas i litteras scribuntur. item in hac supra dicta forma quaeritur, qua de causa nomina in dativo vel ablativo casu numeri pluralis ante ultimam consonantem per duas i litteras scribantur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis a littera terminantur, haec dativo vel ablativo casu numeri pluralis cum eodem ablativo casu numeri singularis pari numero syllabarum oportet pronuntiari. nunc hoc monemus in hac forma generis communis, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina a littera definiri et nominativo casu numeri singularis ia litteris, non ia syllaba, definiri, quod ex ea plus quam triginta duo soni, hoc est quam triginta duo nomina, non possint exhiberi.

Sane in his supra scriptis formis generis communis hoc monemus, quod, si eiusdem formae nomina generis scilicet communis ex sua specie et ad genera neutra transeant, haec non secundum genus neutrum, sed pro locutione sint accipienda, ut puta ‘mancipium choraula’, utique non ‘hoc choraula mancipium’, sed ‘hoc mancipium choraula est’ accipi debeat, id est ut sit hoc mancipium generis neutri et choraula salvo genere suo nunc locutio. sic et cetera talia eiusdem formae generis communis nomina, si ex sua specie ad genera neutra transeant, sunt pronuntianda.

3 octoginta septem soni hoc est quam octoginta septem nomina *R* xxxvii soni hoc est quam xxxvi nomina *B* 39 sic et cetera alia *B* sic cetera alia *R*

p. 199. 200 R. p. 279—81 V.

item et alia ratio, qua probantur haec eadem generis communis nomina, quae diximus nominativo casu numeri singularis a littera terminari, cum genere neutro non secundum genus neutrum declinari; scilicet quoniam quaecumque nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis a littera terminantur, haec ab eodem nominativo casu numeri singularis, excepto accusativo et vocativo casu numeri singularis, quos scilicet nomina generis neutri similes cum nominativo habere reperiuntur, in ceteros autem casus per syllabas crescunt, || ut puta hoc glossema huius glossematis: sic et per ceteros, ut diximus, casus, excepto accusativo et vocativo casu numeri singularis, per syllabas crescunt. nunc cum Sarmata et cetera talia in genere neutro a nominativo casu numeri singularis per ceteros casus talem sonum facere non reperiantur, et ideo cum eodem genere neutro secundum locutionem, non secundum genus neutrum oportet declinari. item et alia ratio, qua probantur haec eadem generis communis nomina, quae diximus nominativo casu numeri singularis a littera terminari, cum genere neutro non secundum genus neutrum declinari; scilicet quoniam quaecumque nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis a littera terminantur, haec sonos Latinos efficere non possunt. item quaeritur, qua de causa haec supra scriptae formae nomina generis communis esse dicantur. hac de causa, quoniam quaecumque masculina vocabula nominativo casu numeri singularis a littera terminantur et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec eadem nomina generis communis esse pronuntiantur. de forma generis communis, qua ablativo casu numeri singularis nomina a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ia litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De ablativo casu numeri singularis, qui ex genere communi a littera terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus; et ideo iam de ablativo casu numeri singularis, qui e littera terminatur, incipiamus.

De e. e littera ablativus casus numeri singularis terminatus duplicem declinationis continet formam. una enim est, quae ab e producto venire intellegitur, alia vero, quae ab e correpto venire reperitur; et ideo utriusque formae rationem subicimus.

De e producto. e littera producta ablativus casus numeri singularis terminatus femininum genus continet tantum.

De genere feminino. feminini generis nomina Latina || dumtaxat, quae ablativo casu numeri singularis e littera producta terminantur, haec in nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum, ies, ut puta ab hac specie haec species, et ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis haec species huius speciei huic speciei hanc speciem

1 probantur *Br* probatur *R* 8 autem *om. v, add. R* 10 sarmata *corr.* arma *R* sumata *B* glossemata *v* 12 non *om. Bv, add. R* 14 probantur *r* probentur *RB* 24 nomina *om. R, add. rv* 38 tantum ies *rB* tantum es *R*

p. 200—2 R. p. 281. 82 V.

o species ab hac specie, numeri pluralis hae species harum specierum his speciebus has species o species ab his speciebus. sic et alia generis feminini nomina, quae ablativo casu numeri singularis e littera | producta terminantur, ea ad exemplum speciei per omnes casus declinantur. nunc in hac supra dicta forma, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina e littera producta terminari, hoc monemus, quod haec tria nomina, id est res spes fides, per aliquos casus anomale reperiantur declinari; et ideo eorundem declinationem subicimus, qua dinoscantur, quibus casibus anomale declinentur: numeri singularis haec res huius rei huic rei hanc rem o res ab hac re, numeri pluralis hae res harum rerum his rebus has res o res ab his rebus. sic et spes et fides. sed spes a genetivo casu numeri pluralis abstinetur; fides vero pluralem numerum facere prohibetur. sed qua de causa spes genetivo casu numeri pluralis abstineatur et fides numerum pluralem facere prohibeatur vel per supra scriptos casus supra dicta tria nomina anomale declinentur, hoc in sonis cum syllabis conpetenter tractabimus. nunc in hac supra dicta forma quaeritur, cum haec tria supra scripta nomina in genetivo et dativo casu numeri singularis vel in genetivo dativo et ablativo casu numeri pluralis non declinentur ad formam speciei, qua de causa et isdem casibus non dicantur anomale declinari. hac de causa, quoniam quaecumque nomina ab e producto venire reperiuntur, haec ex isdem supra dictis casibus ultimam litteram vel syllabam omittunt et ablativum casum numeri singularis ostendunt. nunc cum et haec supra dicta nomina ex supra dictis casibus hoc facere reperiantur, et ideo in isdem casibus analogice, non anomale declinantur. ‖ item quaeritur de isdem supra dictis nominibus et in ablativo casu numeri singularis, cum ad formam speciei non inveniantur declinari, qua de causa et in eodem casu non anomale dicantur pronuntiari. hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis e littera terminantur et in eodem integro ablativo casu numeri singularis rum syllabam accipiunt et genetivum casum numeri pluralis ostendunt, haec ab e producto venire reperiuntur. nunc cum et haec supra dicta nomina in hoc supra dicto casu hoc facere reperiantur, et ideo in eodem supra dicto casu non anomale declinari pronuntiantur.

Item quaeritur harum mulierum, cum isdem litteris definiatur hic genetivus, quibus et ille, qui ab specie venire probatur, qua de causa mulierum non ab e producto venire pronuntietur. hac de causa, quoniam | quaecumque nomina ab e producto venire reperiuntur, haec ex genetivo casu numeri pluralis rum syllabam omittunt et ablativum casum numeri singularis ostendunt. nunc si mulierum rum syllabam omittat, numquidnam ablativum casum numeri scilicet singularis demonstrat? et ideo mulierum ab e correpto, non ab e producto venire declarat.

16 tractabimus *r* tractauimus *RB* 36 pronuntietur *r* pronuntiatur *RB*

p. 202. 3 R. p. 282—84 V.

Item quaeritur, haec quies cum isdem litteris nominativo et vocativo casu numeri singularis definiatur, quibus et illa nomina, quae ab e producto venire probantur, qua de causa quies ad e productum non pertinere pronuntietur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina nominativo vel vocativo casu numeri singularis ies litteris definiuntur et per ceteros casus non ad sonum speciei declinantur, haec ad e correptum, non ad e productum pertinere pronuntiantur. nunc cum quies per ceteros casus non ad formam speciei declinetur, et ideo ad e productum non pertinere pronuntiatur.

Item in hac supra dicta forma quaeritur a Plinio Secundo, paries quia isdem litteris nominativo vel vocativo casu numeri singularis de‖finitur, quibus et illa nomina, quae ab e producto venire reperiuntur, qua de causa non et hoc nomen ad e productum pertinere pronuntietur. sed huic intentioni non dignum est respondere, quandoquidem hoc nomen nec per omnes casus, sic uti supra de quiete docuimus, ad speciei declinationem perseveret, nec genera masculina ad e productum reperiantur pertinere; siquidem, sic uti supra docuimus, quod ablativus casus e littera producta terminatus genus femininum solum exhibeat tantum.

Item quaeritur, dies cum per omnes casus ad e productum pertinere reperiatur, qua de causa Vergilius diem et masculino genere pronuntiarit. quare hoc monemus, quod sint aliqui, qui hoc adseverandum esse senserunt, quod dies ideo feminino genere pronuntietur, quod in deminutione diecula facere inveniatur: item hac de causa dies masculino genere adseveretur, quoniam in numero plurali melius sonare reperitur, ut puta optimi, non optimae dies. nunc nos hoc monemus, quoniam quaecumque nomina in nominativo casu numeri singularis per unam mutam sonare audiuntur, hoc est nulla alia consonante praeter unam mutam in eodem nominativo casu numeri singularis scribi reperiuntur, haec et generi masculino subiecta esse reperiuntur. sed quia | ratio sonorum est, et ideo hoc in sonis apertius demonstrabimus.

Nunc hoc monemus in hac forma generis scilicet feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina e littera producta terminari, quod ex ea plus quam nonaginta duo soni, hoc est plus quam nonaginta duo nomina, non possint exhiberi. de forma generis feminini, qua ablativo casu numeri singularis nomina e littera producta terminantur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De e correpto. e littera correpta ablativus casus numeri ‖ singularis terminatus genera nominum continet quinque, masculinum femininum neutrum commune omne.

4 pronuntietur *r* pronuntiatur *RB* 5 ies litteris *rv* es litteris *R* 11 quia *R* qui *rv* uel uocatiuo *R* et uocatiuo *r* uel ablatiuo *B* 13 pronuntietur *r* pronuntiatur *RB* 22 dies ideo feminino genere pronuntietur *R* diem ideo feminino genere esse pronuntietur *B* 23 adseueretur *R corr.* adseueratur *B* 26 per *R* si per *B* 30 demonstrabimus *R* demonstrauimus *B*

p. 203. 4 R. p. 284. 85 V.

De genere masculino. masculini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis e littera correpta terminantur et aptota esse non reperiuntur, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic pes huius pedis huic pedi hunc pedem o pes ab hoc pede, numeri pluralis hi pedes horum pedum his pedibus hos pedes o pedes ab his pedibus. sane in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina e littera scilicet correpta terminari, hoc monemus, quod quaecumque nomina nominativo casu numeri singularis his tribus formis definiuntur, id est copo exul fur et cetera talia, haec si ex sua specie in genera feminina vel neutra transeunt, non secundum genus femininum vel neutrum sint declinanda, sed pro locutione pronuntianda, ut puta hic copo, 'haec mulier copo', 'hoc mancipium copo'; utique non haec copo vel hoc copo secundum genus femininum vel neutrum declinari debeat, sed 'haec mulier vel hoc mancipium copo est' pro locutione nunc accipi oporteat: sic et alia supra dictae formae, si ex sua specie in genera feminina vel neutra transeant, tam numero singulari quam plurali, ut diximus, pro locutione sint pronuntianda, non secundum genus femininum vel neutrum declinanda. nunc etiam hoc monemus ex hac forma, qua diximus nominativo casu numeri singularis *generis masculini* nomina o littera terminari et in genere feminino vel neutro necesse esse pro locutione pronuntiari, quod plus quam XXXVI soni, hoc est quam XXXVI nomina, non possint exhiberi. item ex illa forma, qua diximus generis masculini nomina ‖ nominativo casu numeri singularis ul litteris definiri et in genere feminino vel neutro necesse esse pro locutione pronuntiari, hoc monemus quod plus quam XI soni, hoc est plus quam XI nomina, non possint exhiberi. item ex hac forma, qua dixi|mus generis masculini nomina nominativo casu numeri singularis ur litteris definiri et in genere feminino vel neutro necesse esse pro locutione pronuntiari, hoc monemus quod plus quam VII soni, hoc est quam VII nomina, non possint exhiberi.

Item in hoc supra dicto genere quaecumque nomina nominativo casu numeri singularis his duabus formis definiuntur, id est nepos senex, haec si ex sua specie in genera feminina transeunt, haec eadem nomina in genere feminino sic anomala efficiuntur, ut puta hic nepos haec neptis, hic senex haec anus. si vero haec eadem nomina in genera neutra trans-

9 haec si — 31 numeri singularis *in margine codicis adscripta esse adnotatum est in R* 11 sed pro locutione pronuntianda *om. R, add. B* 12 haec mulier copo (copa *B*) hoc mancipium copo *om. R, add. B* 14 nunc *om. R, add. rv* 15 alia *v* aliae *R* 17 sint *R* sunt *rB* 19 generis masculini *om. Rv* po litteris *coniecit editor Vindobonensis* 20 esse *R* est *B* 21 quam XXXVI soni hoc est quam XXXVI nomina *Br* quam I.XXXU soni hoc est quam XXXU nomina *R* 24 esse *R* est *B* 25 quam XI sonid est undecim nomina *B* quam XI hoc est plus quam XL nomina *R* *non satis certa codicis scriptura in signis numerorum, ut adnotatum est in apographo*, quam quadraginta soni hoc est quam XL nomina *r* 28 esse *R* est *B* quam VII soni hoc est quam (quam *om. B*) VII nomina *Br* quam UI soni hoc est quam UI nomina *R* 30 in *om. R, add. B*

p. 204. 5 R. p. 285. 86 V.

eunt, haec non secundum genus neutrum sunt declinanda, sed pro locutione pronuntianda, ut puta ‘nepos vel neptis mancipium’, ‘senex vel anus mancipium’, utique non ‘hoc nepos vel neptis mancipium’ aut ‘hoc senex vel anus mancipium’ secundum genus neutrum declinari debeant, sed ‘hoc mancipium nepos vel neptis est’ et ‘hoc mancipium senex vel anus est’ pro locutione nunc tam numero singulari quam plurali accipi oporteat. nunc hoc monemus, ex hac forma, qua diximus nominativo casu numeri singularis generis masculini nomina pos syllaba terminari et in genere feminino anomale declinari vel in neutro pro locutione pronuntiari, quod plus quam unum sonum, hoc est quam unum nomen, non possit exhiberi. item ex illa forma, qua diximus nominativo casu numeri singularis masculini generis nomina nex syllaba definiri et in ge||nere feminino anomale declinari vel in neutro pro locutione pronuntiari, hoc monemus quod plus quam unum sonum, hoc est quam unum nomen, non possit exhiberi.

Item in hoc supra scripto genere quaecumque nomina nominativo casu numeri singularis his duabus formis definiuntur, id est victor tonsor et cetera talia, haec si ex sua specie in genera feminina transeunt, haec eadem nomina in genere feminino sic anomala efficiuntur, ut puta hic victor haec victrix, hic tonsor haec tonstrix. si vero haec eadem nomina in genera neutra transeunt, in eodem genere neutro numeri singularis pro locutione pronuntiantur, ut puta ‘hoc mancipium victor vel tonsor est’; at vero in numero plurali secundum genus neutrum, sed anomale declinantur, ut puta ‘haec victricia mancipia’ et ‘haec tonstricia mancipia’. nunc ex his supra scriptis formis, quibus diximus nomina|tivo casu numeri singularis nomina tor vel sor syllabis definiri et in genere feminino vel neutro necesse esse anomale vel pro locutione pronuntiari, hoc monemus quod plures soni, hoc est plurima nomina, possint exhiberi.

At vero de ceteris formis, quibus generis masculini nomina ablativo casu numeri singularis e littera scilicet correpta terminata nominativo vel vocativo casu numeri singularis definiantur, hoc in sonis conpetenter tractabimus. sane in hac forma generis masculini, qua diximus nominativo casu numeri singularis nomina tor syllaba terminari, hoc monemus, quod hoc unum nomen, id est auctor, propter sonos communis generis esse oporteat. sed qua de causa auctor propter sonos communis generis esse oporteat, hoc in sonis conpetenter tractabimus.

De genere feminino. feminini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis e littera correpta terminantur et aptota esse non reperiuntur, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis haec sedes huius sedis huic sedi hanc sedem o sedes ab hac sede, numeri pluralis

1 sunt *B* sint *R* 8 pos syllaba *B* post syllabam *R* po syllaba *r* 14 possit *r* possint *RB* 26 esse *r* est *RB* 27 plures soni *R* plurimi soni *r* pluri soni *B* 30 definiantur *R* definiuntur *B* tractabimus *R* tractauimus *B* 32 tor *Br* or *R* 35 tractabimus *R* tractauimus *B*

p. 205. 6 R. p. 286—88 V.

hae sedes harum sedum his sedibus has sedes o sedes ab his sedibus. ‖ sane haec generis feminini nomina, quae diximus ablativo casu numeri singularis e littera correpta terminari, hoc monemus quod nominativo vel vocativo casu numeri singularis variis formis definiantur. nunc quot vel quibus variis formis in supra dictis casibus supra dicti generis nomina definiantur, hoc in sonis conpetenter tractabimus.

De genere neutro. neutri generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis e littera scilicet correpta terminantur et aptota vel triptota esse non reperiuntur, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hoc pectus huius pectoris huic pectori hoc pectus o pectus ab hoc pectore, numeri pluralis haec pectora horum pectorum his pectoribus haec pectora o pectora ab his pectoribus. sane haec generis neutri nomina, quae diximus ablativo casu numeri singularis e littera scilicet correpta terminari, hoc monemus quod nominativo vel vocativo casu numeri singularis variis formis definiantur. nunc quot vel quibus variis formis in supra dictis casibus supra dicti generis nomina definiantur, hoc in sonis conpetenter tractabimus. |

De genere communi. communis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis e littera scilicet correpta terminantur, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic et haec custos, huius et huius custodis, huic et huic custodi, hunc et hanc custodem, o et o custos, ab hoc et ab hac custode; numeri pluralis hi et hae custodes, horum et harum custodum, his et his custodibus, hos et has custodes, o et o custodes, ab his et ab his custodibus. sane communis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis e littera correpta scilicet terminantur, haec nominativo casu numeri singularis his sedecim formis definiuntur tantum, il er is ior ‖ en mor as es os ex ux abs ebs eps ops unx.

Sed quaecumque nomina generis communis nominativo casu numeri singularis his tribus formis definiuntur, id est pugil acer fortis et cetera talia, haec, si ex sua specie in genera neutra transeunt, in eodem genere neutro nominativo casu numeri singularis e littera terminantur, ut puta hic et haec pugil acer fortis, hoc pugile acre forte, et pro sua forma secundum genus neutrum declinantur. nunc hoc monemus ex hac forma, qua diximus generis communis nomina nominativo casu numeri singularis il litteris definiri, quod plus quam septem soni, hoc est quam septem nomina, non possint exhiberi. item ex hac forma, qua diximus generis communis nomina nominativo casu numeri singularis er litteris definiri, hoc monemus quod plus quam quattuordecim soni, hoc est quam quattuordecim nomina, non possint exhiberi. item ex hac forma, qua diximus

5 in supra dicto casu *Rv* 6 hoc *Br* haec *R* tractabimus *R* tractauimus *B* 8 vel triptota *om. B, add. R* 15 in supra dictis casibus supra dicti generis *R* in supra dictu casu praedictis generis *B* 17 tractabimus *R* tractauimus *B* 30 talia *R* alia *B* 36 ex *B* in *R*

p. 206. 7 R. p. 288. 89 V.

generis communis nomina nominativo casu numeri singularis is litteris definiri, hoc monemus quod quam plurimi soni, hoc est quam plurima nomina, possint exhiberi.

Item quaecumque nomina generis scilicet communis nominativo casu numeri singularis hac forma definiuntur, id est doctior et cetera talia, et ex sua specie in genera neutra transeunt, haec in eodem genere neutro nominativo casu numeri singularis ius litteris definiuntur, ut puta hic et haec doctior hoc doctius, et secundum genus neutrum declinantur. nunc ex hac forma, qua diximus generis communis nomina nominativo casu numeri singularis ior litteris definiri, hoc monemus quod quam plures soni, hoc est quam plurima nomina, possint exhiberi.

At vero quaecumque nomina generis scilicet com|munis nominativo casu numeri singularis his duodecim formis definiuntur, id est tibicen memor optimas vates sacerdos artifex dux Arabs caelebs princeps inops coniunx et cetera talia, et ex sua specie in genera neutra transeunt, haec non secundum ge|nus neutrum sunt declinanda, sed pro locutione pronuntianda, ut puta hic et haec tibicen, ‘hoc mancipium tibicen’, utique non ‘hoc tibicen mancipium’, *sed ‘hoc mancipium tibicen* est’ accipi debeat. sic et alia supra dictae formae, si ex sua specie in genera neutra transeant, tam numero singulari quam plurali, ut diximus, pro locutione sunt pronuntianda, non secundum genus neutrum declinanda. nunc ex hac forma, qua diximus generis communis nomina nominativo casu numeri singularis en litteris definiri, hoc monemus quod plus quam undecim soni, hoc est quam undecim nomina, non possint exhiberi. item ex hac forma, qua diximus supra scripti generis nomina nominativo casu numeri singularis mor syllaba definiri, hoc monemus quod plus quam quattuor soni, hoc est quam quattuor nomina, non possint exhiberi. item ex hac forma, qua diximus supra dicti generis nomina nominativo casu numeri singularis as litteris definiri, hoc monemus quod plus quam novem soni, hoc est quam novem nomina, non possint exhiberi. item ex hac forma, qua diximus supra dicti generis nomina nominativo casu numeri singularis es litteris definiri, hoc monemus quod plus quam decem novem soni, hoc est quam decem novem nomina; non possint exhiberi. item ex hac forma, qua diximus supra dicti generis nomina nominativo casu numeri singularis os litteris definiri, hoc monemus quod plus quam septem soni, hoc est quam septem nomina, non possint exhiberi. item ex hac forma, qua diximus supra dicti generis nomina nominativo casu numeri singularis ex litteris definiri, hoc monemus quod plus quam viginti duo soni, hoc est quam viginti duo nomina, non possint exhiberi. item ex hac forma, qua diximus supra dicti generis nomina nominativo casu numeri singularis ux litteris definiri,

10 quam plures soni *RB* quam plurimi soni *r* 18 sed hoc mancipium tibicen *om. Rv* 19 et aliae *Rv* 23 undecim soni hoc est quam undecim nomina *R* x soni hoc est quam decim nomina *B*

p. 207—9 R. p. 290. 91 V.

hoc monemus ‖ quod plus quam sex soni, hoc est quam sex nomina, non possint exhiberi. item ex hac forma, qua diximus supra dicti generis nomina nominativo casu numeri singularis abs litteris definiri, hoc monemus quod plus quam quattuor soni, hoc est quam quattuor nomina, non possint exhiberi. item ex hac forma, qua diximus supra scripti generis nomina nominativo casu numeri singularis ebs litteris definiri, hoc monemus quod plus quam quinque soni, hoc est quam quinque nomina, non possint exhiberi. item ex hac forma, qua diximus supra scripti generis nomina nominativo casu numeri singularis eps litteris definiri, hoc monemus quod plus quam undecim soni, hoc est quam undecim nomina, non possint exhiberi. * item ex hac forma, qua diximus supra scripti generis nomina nominativo casu numeri singularis unx litteris definiri, hoc monemus quod plus quam tres soni, hoc est quam tria nomina, non possint exhiberi.

De genere omni. omnis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis e littera correpta scilicet terminantur et aptota esse non inveniuntur, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic et haec et hoc audax, huius et huius et huius audacis, huic et huic et huic audaci, hunc et hanc audacem et hoc audax, o et o et o audax, ab hoc et ab hac et ab hoc audace; numeri pluralis hi et hae audaces et haec audacia, horum et harum et horum audacium, his et his et his audacibus, hos et has audaces et haec audacia, o et o audaces et o audacia, ab his et ab his et ab his audacibus. sane omnis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis e littera correpta scilicet terminantur, haec nominativo casu numeri singularis his novem formis definiuntur tantum, par vetus audax felix ferox amans prudens iners vecors. nunc ex hac forma, qua diximus generis omnis nomina nomi‖nativo casu numeri singularis ar litteris definiri, hoc monemus quod plus quam septem soni, hoc est quam septem nomina, non possint exhiberi. item ex hac forma, qua diximus supra scripti generis nomina nominativo casu numeri singularis us litteris definiri, hoc monemus quod plus quam tres soni, hoc est quam tria nomina, non possint exhiberi. item ex hac forma, qua diximus supra dicti generis nomina nominativo casu numeri singularis ax litteris definiri, hoc monemus quod plus quam decem octo soni, hoc est quam decem octo nomina, non possint exhiberi. item ex hac forma, qua diximus supra dicti generis nomina nominativo casu numeri singularis ix litteris definiri, hoc monemus quod plus quam XVII soni, hoc est quam XVII nomina, non possint exhiberi. | item ex hac forma, qua diximus supra scripti generis nomina nominativo casu numeri singularis ox litteris definiri, hoc monemus quod plus quam novem soni, hoc est quam novem nomina, non possint exhiberi. item ex

11 *lacunam indicavi, qua ea quae de terminatione* ops *dicta erant excidisse videntur.* 37 quam XVII soni hoc est quam XVII nomina *r* quam septem soni hoc est quam septem nomina *R* quam XVII soni *B*

p. 209. 10 R. p. 291—93 V.

iac forma, qua diximus supra dicti generis nomina nominativo casu numeri singularis ans litteris definiri, hoc monemus quod quam plurimi soni, hoc est quam plurima nomina, possint exhiberi. item ex hac forma, qua diximus supra scripti generis nomina nominativo casu numeri singularis ens litteris definiri, hoc monemus quod quam plurimi soni, hoc est quam plurima nomina, possint exhiberi. item ex hac forma, qua diximus supra scripti generis nomina nominativo casu numeri singularis ers litteris definiri, hoc monemus quod plus quam undecim soni, hoc est quam undecim nomina, non possint exhiberi. || item ex hac forma, qua diximus supra scripti generis nomina nominativo casu numeri singularis ors litteris definiri, hoc monemus quod plus quam decem soni, hoc est quam decem nomina, non possint exhiberi.

Sane hoc monemus, quod in his generibus, quorum diximus nomina ablativo casu numeri singularis e littera correpta terminari, sint aliqui tredecim soni, hoc est tredecim nomina, quae in genetivo casu numeri singularis in uno vocabulo suo duabus his formis definiantur, id est is et i, ut puta huius Achillis et huius Achilli. nunc haec nomina qua de causa in supra dicto casu ex utraque forma permissa sint sonare, hoc in sonis competenter tractabimus.

Item in supra dictis nominibus hoc monemus, quod sint intra quadraginta septem sonos, hoc est intra quadraginta septem nomina, quae accusativo casu numeri singularis en litteris inveniantur definiri, ut puta hunc Achillen hanc Barcen et cetera talia. nunc et haec nomina qua de causa accusativo casu numeri singularis en litteris definiantur, in sonis competenter tractabimus.

Item in supra dictis nominibus sunt aliqua nomina, quae vocativo casu numeri singularis et e et es litteris terminentur, ut puta o Chremes et o Chreme. sed haec qua de causa in supra dicto casu ex utraque forma declinentur, in sonis competenter tractabimus.

Item in supra dictis nominibus sunt aliqua nomina, quae accusativo casu numeri pluralis in uno vocabulo suo duabus formis reperiantur definiri, id est es et is, ut puta | hos omnes et hos omnis. nunc etiam hoc monemus, quod sint aliqui, qui in eodem supra dicto casu hoc praeceptum observandum esse senserunt, id est ut, quando genetivus casus numeri pluralis um litteris post consonan||tem concluditur, tunc accusativus casus numeri pluralis es litteris definiatur, ut puta horum parietum hos parietes; at vero tunc accusativus casus numeri pluralis is litteris concludatur, quando genetivus casus numeri pluralis ium litteris definitur, ut puta hos talis,

6 ex *rv* in *R* 17 huius acchillis et huius acchilli *R* 18 supra dicto *rv* praedicto *R* sint *Br* sunt *R* 19 tractabimus *R* tractauimus *B* 23 achillen *Br* auchillen *R* 25 tractabimus *r* tractauimus *RB* 27 terminentur *B* terminantur *R* 28 ex utraque forma *v* ex ult quae forma *B* extra quam formam *R* extra suam formam *r* 29 tractabimus *R* tractauimus *B* 35 post *B* ante *R*

p. 210. 11 R. p. 293. 94 V.

quoniam horum talium facere demonstratur. sed hoc monemus, quod hoc praeceptum inperite datum esse reperiatur, quandoquidem sint nomina, quae genetivo casu numeri pluralis ium litteris definiantur et accusativo casu numeri pluralis es litteris concludantur, ut puta harum nubium: numquidnam has nubis? sed has nubes facere pronuntiatur. item sunt nomina, quae genetivo casu numeri pluralis um litteris post consonantem definiantur et accusativo casu numeri pluralis is litteris concludantur, ut puta horum parentum hos parentis. quo sono Sallustius 'per liberos atque parentis vestros' scivit esse pronuntiandum. item sunt nomina, quae genetivo casu numeri pluralis ium litteris definiantur et accusativo casu numeri pluralis et es et is litteris concludantur, ut puta horum postium hos postes et hos postis. qua ratione praecipue Maro eosdem postes ex utroque sono pronuntiavit,

amplexaeque tenent postes;

item

postisque sub ipsos
nituntur gradibus.

quare supra dictum praeceptum temere traditum esse cognoscitur, et ideo nos hoc monemus, quod hoc in sonis conpetenter tractare debeamus.

Item in his supra dictis generibus sunt aliqua nomina, quae ablativo casu numeri singularis in uno vocabulo suo duobus his sonis reperiantur definiri, id est e et i, ut puta ab hoc igne et igni. nunc hoc monemus, quod sint aliqui, qui huic casui hoc praeceptum statuere voluerunt, hoc est ut tunc hic ablativus casus numeri scilicet singularis i littera terminetur, quando a nominibus generis neutri, quae nominativo casu numeri pluralis ia litteris definiuntur, venire reperitur, ut puta haec facilia ab hoc facili; at vero quando ab illis nominibus, quae in supra dicto genere nominativo casu numeri pluralis a littera post consonantem concluduntur, venire intellegitur, tunc e littera terminetur, ut puta haec robora ab hoc robore. sed hoc praeceptum non recte statuisse reperiuntur, | quandoquidem sint nomina generis neutri, quae nominativo casu numeri pluralis ia litteris definiantur et ablativo casu numeri singularis non i littera terminentur, ut puta haec stataria, haec cochlearia et cetera talia. numquidnam ab hoc statari aut ab hoc cochleari facere demonstrant? sed ab hoc statare et ab hoc cochleare intelleguntur resonare. item sunt aliqui, qui huic casui supra dicto hoc praeceptum dari existimaverunt, hoc est ut tunc

6 post consonantem definiantur *B* ante consonantem concluduntur *R* 8 Sallustius] *Iug.* 35 12 praecipue *v* praecipuus *R* praecipuum *r* praecipius *B* 14 amplexaeque] *Verg. Aen.* II 490 postes *r* potes *R* 16 postisque *r* potisque *R*: *Verg. Aen.* II 442 19 quod haec hoc *B* quod haec *R* 25 quando a nominibus *v* quando nominibus *R* quando a nominatiuo *B* quae nominativo *v* quae a nominatiuo *R* 26 reperiuntur *Rv* 29 intellegatur *corr.* intellegitur *B* intelleguntur *R* 33 stataria *R* stateria *B. fortasse* exstaria 34 statari *R* stateria *corr.* stateri *B* 35 statare *R corr.* statere *B*

p. 211. 12 R. p. 294. 95 V.

hic supra dictus casus ablativus i littera terminetur, quando ab his nominibus venire reperitur, quae nominativo casu numeri singularis is litteris definiuntur et genetivos casus eiusdem numeri singularis similes habere reperiuntur, ut puta hic qualis huius qualis ab hoc quali facere debeat. sed hoc monemus, quod hoc praeceptum non recte statuisse reperiantur, quando sint alia nomina, quae nominativo casu numeri singularis is litteris definiantur et genetivos casus eiusdem numeri singularis similes habere reperiantur, nec tamen ablativo casu numeri singularis i littera definiantur, ut puta hic iuvenis panis finis crinis, huius iuvenis panis finis crinis et cetera talia. numquidnam || ab hoc iuveni pani fini crini sonare probantur? sed ab hoc iuvene pane fine crine facere demonstrantur. et ideo nos, quae nomina et qua de causa in eodem ablativo casu numeri singularis ex utroque sono permissa sint pronuntiari, in sonis conpetenter tractabimus.

Item in supra dictis generibus sunt aliqua nomina, quae genetivo casu numeri pluralis ium litteris concludantur, et sunt aliqua, quae in eodem genetivo casu numeri pluralis um litteris post consonantem definiantur, ut puta harum sedum et harum aedium. quare hoc monemus, quod sint aliqui, qui vulgo huic casui hoc praeceptum statuere existimaverunt, hoc est ut quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis e littera correpta terminantur, haec ex eodem supra dicto casu eandem e litteram omittant vel in i convertant et um syllabam accipiant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, ut puta ab hoc lepore horum leporum et ab hac turre harum turrium. sed quando idem ablativus casus numeri singularis e litteram omittat et quando eandem e lit|teram in i convertat, hoc dicere noluerunt, et ideo, ut supra diximus, vanum praeceptum supra dicto casui instituisse non intellexerunt. quare hoc monemus, quod genetivum casum numeri scilicet pluralis, qui ab ablativo casu numeri singularis, qui e littera correpta terminatur, venire reperitur, quando um litteris post consonantem et quando ium litteris concludatur, in sonis conpetenter tractare debeamus.

Item in supra dictis generibus hoc monemus, quod sint aliqua nomina, quae accusativo casu numeri singularis in uno vocabulo suo duobus his sonis reperiantur definiri, id est em et im, ut puta hanc puppem et hanc puppim. sed et haec nomina qua de causa in supra dicto casu ex utraque forma permissa sint declinari, in sonis conpetenter tractabimus.

De ablativo casu, qui e littera correpta terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De i. i littera tantum ablativus casus numeri singularis terminatus

3 genetiuos casus *B* genetiuos casuus *R* 4 huius qualis *om. R, add. B* 8 definiantur *B* finiantur *R* 14 tractabimus *R* tractauimus *B* 19 uulgo *B* uolgo *R* 28 ab *om. R, add. B* qui *ante* e littera *om. R, add. B* 36 tractabimus *r* tractauimus *R*

p. 212. 13 R. p. 295—97 V.

genera haec quattuor continet tantum, masculinum femininum neutrum omne. ||

De genere masculino. masculini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis i littera tantum terminantur et aptota esse non reperiuntur, haec in nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum, is, ut puta ab hoc Tiberi hic Tiberis, et ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic Tiberis huius Tiberis huic Tiberi hunc Tiberim o Tiberis ab hoc Tiberi. haec sonum pluralem facere prohibentur. sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis i littera tantum terminantur et nominativo casu numeri singularis is litteris definiuntur, ad exemplum Tiberis declinantur. nunc ex hac forma, qua diximus generis masculini nomina ablativo casu numeri singularis i littera tantum terminari, hoc monemus quod plus quam decem septem soni, hoc est quam decem septem nomina, non possint exhiberi.

De genere feminino. feminini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis i littera tantum terminantur et aptota esse | non reperiuntur, haec in nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum, is, ut puta ab hac vi haec vis, et ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis haec vis huius vis huic vi hanc vim o vis ab hac vi. haec sonum pluralem facere prohibentur. sane hoc monemus, quod sint aliqui qui ab hac vi vires numerum pluralem esse existiment. sed hoc monemus, quod quaecumque nomina generis feminini genetivo casu numeri singularis is litteris definiuntur, haec ex eodem genetivo casu numeri singularis i litteram, quam habent ante ultimam consonantem appositam, in e convertunt et nominativum casum numeri pluralis ostendunt. nunc si vis hoc faciat, numquidnam in numero plurali vires facere demonstrat? et ideo vis numeri tantum singularis esse pronuntiatur. sic et alia generis feminini nomina, quae ablativo casu numeri singularis i littera tantum terminantur et nominativo casu numeri singularis is litteris definiuntur, ad exemplum vis declinantur. nunc ex hac forma, qua diximus generis feminini nomina ablativo casu numeri singularis i littera terminari, hoc monemus quod plus quam undecim soni, hoc est quam undecim nomina, non possint exhiberi.

De genere neutro. neutri generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis i littera tantum terminantur, haec aptota esse reperiuntur et ad hoc exemplum declinantur: *numeri singularis* hoc sinapi huius sinapi huic sinapi hoc sinapi o sinapi ab hoc sinapi. haec sonum pluralem facere prohibentur. sic et alia generis neutri nomina, quae ablativo casu numeri singularis i littera tantum terminantur, ad exemplum sinapi declinantur. nunc ex hac forma, qua diximus generis neutri nomina ablativo casu

25 appositam *R* oppositam *B, om. r* 26 ostendunt *Br* ostendant *R* 33 non *om. R, add. rv* 35 tantum *om. R, add. B* 36 numeri singularis *om. RB* senapi *in omnibus casibus habet B*

p. 213. 14 R. p. 297. 98 V.

numeri singularis i littera tantum terminari, hoc monemus quod plus quam septem soni, *hoc est quam* septem nomina, non possint exhiberi.

De genere omni. omnis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis i littera tantum terminantur, haec aptota esse reperiuntur et ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic et haec et hoc frugi, huius et huius et huius frugi, huic et huic et huic frugi, hunc et hanc et hoc frugi, o et o et o frugi, ab hoc et ab hac et ab hoc frugi; numeri pluralis hi et hae et haec frugi, horum et harum et horum frugi, his et his et his frugi, hos et has et haec frugi, o et o et o frugi, ab his et ab his et ab his | frugi. sic et alia generis omnis nomina, quae ablativo casu numeri singularis i littera tantum terminantur, ad exemplum frugi declinantur. nunc ex hac forma, qua diximus generis omnis nomina ablativo casu numeri singularis i littera tantum terminari, hoc monemus quod plus quam quinque soni, hoc est quam quinque nomina, non possint exhiberi.

De ablativo casu numeri singularis, qui i littera tantum terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus. ||

De o. o littera ablativus casus numeri singularis terminatus genera haec quattuor continet tantum, masculinum femininum neutrum commune.

De genere masculino. masculini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis novem his formis definiuntur tantum, er vir us aus eus ius ous uus quus.

De er. quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis er littĕris definiuntur, ut puta ab hoc apro hic aper, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic aper huius apri huic apro hunc aprum o aper ab hoc apro, numeri pluralis hi apri horum aprorum his apris hos apros o apri ab his apris. sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis er litteris definiuntur, ad exemplum apri per omnes casus declinantur. sane in hac supra scripta forma, qua diximus generis masculini nomina ablativo casu numeri singularis o littera terminari et nominativo casu numeri singularis er litteris definiri, hoc monemus, quod sint aliqua nomina, quae interdum propter metra vel structuras ex ablativo casu numeri singularis o ultimum et in um litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, ut puta ab hoc libero horum liberum. sed haec quae sint nomina et qua de causa ex supra dicto casu interdum propter metra vel structuras o ultimum et in um litteras con-

1 plus quam septem soni non *B* plus quam septem nomina non *R* 11 tantum *om. R, add. B* 24 uus qus *B* bus qus *R* 37 convertant *v* conuertunt *R*

p. 214—16 R. p. 298—300 V.

vertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, hoc in metris vel in structuris conpeten|ter tractabimus.

Item in hac supra dicta forma hoc monemus, quod haec duo nomina tantum, id est uter alter, quam maxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri singularis sic anomale confirmata sint declinari, hoc est huius utrius huic utri, huius alterius || huic alteri; at vero per ceteros casus ad sonum apri debeant declinari. nunc etiam hoc monemus, quod haec supra dicta duo nomina propter metra in isdem supra dictis casibus et anomale et non anomale permissa sint declinari. sed haec nomina qua de causa in supra dictis casibus propter structuras sic anomale confirmata sint pronuntiari et in metris anomale et non anomale permissa sint declinari, cum ad rationem metrorum vel structurarum venerimus, illic conpetenter tractabimus.

Item in hac supra scripta forma, qua diximus generis masculini nomina ablativo casu numeri singularis o littera terminari et nominativo casu numeri singularis er litteris definiri, quaeritur, quare hic Teucer et hic Teucrus legatur. quare hoc monemus, quoniam quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et gradus collationis recipere non possunt, haec propter metra vel structuras permissa sunt ex utraque forma declinari. sed haec qua de causa propter metra vel structuras ex utraque forma permissa sint declinari, hoc in structuris vel metris conpetenter tractabimus.

Sane ex hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis er litteris definiri, hoc monemus quod quam plurima nomina possint exhiberi. de forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis er litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De vir. quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis vir syllaba definiuntur, ut puta ab hoc viro hic vir, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic vir huius viri huic viro hunc virum o vir ab hoc viro, numeri pluralis hi viri horum virorum his viris hos viros o viri ab his viris. nunc in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu || numeri singula|ris vir syllaba definiri, hoc monemus, quod sint aliqua nomina, quae interdum propter metra vel structuras ex ablativo casu numeri singularis o ultimum et in um litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, ut puta ab hoc viro horum virum.

2 tractabimus *r* tractauimus *RB* 5 sint *B* sunt *R* 9 sint *R* sunt *B* 13 tractabimus *R* tractauimus *B* 19 collationis *B* conlocationis *R* uel *Br* per *R* 21 uel *B* et *R* 22 tractabimus *r* tractauimus *RB* 34 in *B* ex *R* 37 ex *om. R, add. B* 39 horum uirum *Br* horum uirorum *R*

p. 216. 17 R. p. 300. 1 V.

sed haec quae sint nomina et qua de causa ex supra dicto casu interdum propter metra vel structuras o ultimum et in um litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, hoc in metris vel structuris conpetenter tractabimus. sane ex hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis vir syllaba definiri, hoc monemus quod plus quam unus sonus, hoc est quam unum supra dictum nomen, non possit exhiberi. de forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis vir syllaba definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De us. quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis us litteris post consonantem definiuntur, ut puta ab hoc tauro hic taurus, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic taurus huius tauri huic tauro hunc taurum o taure ab hoc tauro, numeri pluralis hi tauri horum taurorum his tauris hos tauros o tauri ab his tauris. sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis us litteris post consonantem definiuntur, ad exemplum tauri per omnes casus declinantur.

Sane in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis us litteris post consonantem definiri, hoc monemus, quod haec quattuor nomina tantum, id est unus ullus nullus solus, quam maxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri || singularis sic anomale confirmata sint declinari, hoc est huius unius huic uni: sic et cetera supra scripta nomina in supra dictis casibus ad hunc sonum anomalum necesse est pronuntiari; at vero per ceteros casus ad sonum tauri debeant declinari. nunc etiam hoc monemus, quod haec supra dicta nomina propter metra in isdem supra dictis casibus et anomale et non anomale permissa sint declinari. sed haec nomina qua de causa in supra dictis casibus | propter structuras sic anomale confirmata sint pronuntiari et in metris anomale et non anomale permissa sint declinari, cum ad rationem metrorum vel structurarum venerimus, illic conpetenter tractabimus. item de his quattuor supra scriptis nominibus, quae diximus genetivo et dativo casu numeri singularis anomale vel non anomale declinari, hoc monemus, quod eorundem vocativos casus numeri singularis in sonis conpetenter tractare debeamus.

Sane in hac supra scripta forma, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis us litteris post consonantem definiri, hoc monemus, quod sint aliqua

1 ex *rv* in *R* 2 litteras *B* litteris *R* 4 tractabimus *r* tractauimus *RB* 7 unus sonus *R* unum sonum *B* 30 sint *R* sunt *B* 33 tractabimus *r* tractauimus *RB*

p. 217. 18 K. p. 301. 2 V.

nomina, quae interdum propter metra vel structuras ex ablativo casu numeri singularis o ultimum et in um litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, ut puta ab hoc supero horum superum. sed haec quae sint nomina et qua de causa ex supra dicto casu interdum propter metra vel structuras o ultimum et in um litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, hoc in metris vel structuris conpetenter tractabimus.

Item in hac forma supra scripta quaeritur, qua de causa hic barbarus et non hic barbar dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis o littera terminantur, haec numquam in nominativo casu numeri singularis ar litteris definiuntur; et ideo hic barbarus et non hic barbar facere pronuntiatur. item in hac supra scripta forma quaeritur, qua de causa hic masculus et non hic mascel dicatur. hac de causa, quoniam || quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis o littera terminantur, haec numquam nominativo casu numeri singularis el litteris definiuntur; et ideo hic masculus et non hic mascel facere pronuntiatur. item in hac supra scripta forma quaeritur, qua de causa Vergilius vocativo casu numeri singularis

socer arma Latinus habeto

pronuntiarit. sed quoniam haec ratio metrorum est, et ideo hoc monemus, quod hoc in metris conpetenter tractare debeamus.

Nunc in hac supra scripta forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis us litteris post consonantem definiri, hoc monemus, quod ex ea eo plures soni possint exhiberi. de forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singula|ris us litteris post consonantem definiri, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De aus. quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis aus litteris definiuntur, ut puta ab hoc Menelao hic Menelaus, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic Menelaus huius Menelai huic Menelao hunc Menelaum o Menelae ab hoc Menelao, numeri pluralis hi Menelai horum Menelaorum his Menelais hos Menelaos o Menelai ab his Menelais. sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis aus litteris definiuntur, ad exemplum Menelai per omnes casus declinantur. nunc in hac forma supra scripta, qua diximus generis masculini nomina ablativo casu numeri singularis o littera terminari et nominativo casu numeri singularis aus litteris definiri, hoc monemus, quod sint aliqua nomina,

2 conuertant *R* conuertunt *B* 7 tractabimus *r* tractauimus *RB* 18 Vergilius] *Aen.* XII 192 25 ex ea eo plures *v* ex ea plures *R* ex eo plures *r*

p. 218. 19 R. p. 302—4 V.

quae interdum propter metra vel structuras ex ablativo casu numeri singularis o ultimum et in um litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, ut puta ab hoc Danao horum Danaum. sed haec quae sint nomina et qua || de causa ex supra dicto casu interdum propter metra vel structuras o ultimum et in um litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, hoc in metris vel structuris conpetenter tractabimus. item in hac supra scripta forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis aus litteris definiri, hoc monemus, quod ex ea plurimi soni, hoc est plurima nomina, possint exhiberi. de forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis aus litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De eus. quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis eus litteris definiuntur, ut puta ab hoc Ilioneo hic Ilioneus, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic Ilioneus huius Ilionei huic Ilioneo hunc Ilioneum o Ilionee ab hoc Ilioneo, numeri pluralis hi Ilionei horum Ilioneorum his Ilioneis hos Ilioneos o Ilionei ab his Ilioneis. sic et alia genelris masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis eus litteris definiuntur, ad exemplum Ilionei per omnes casus declinantur. nunc in hac supra scripta forma quaeritur, qua de causa vocativus casus numeri singularis per duas e litteras reperiatur scribi. hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis eus litteris definiuntur, haec excepto genetivo casu numeri pluralis per ceteros casus pari numero syllabarum scribuntur. item in hac supra dicta forma hoc monemus, quod sint aliqua nomina, quae interdum propter metra vel structuras ex ablativo casu numeri singularis o ultimum et in um litteras convertant, ut genetilvum casum numeri pluralis efficiant, ut puta ab hoc deo horum deum. sed haec quae sint nomina et qua de causa ex supra dicto casu interdum propter metra vel structuras o ultimum et in um litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, hoc in metris vel structuris conpetenter tractabimus.

Item in hac supra scripta forma hoc monemus, quod hoc unum nomen propter rationem sonorum nominativo dativo vocativo et ablativo casu numeri pluralis sic anomale debeat declinari, id est deus. facit enim hi dii his diis o dii et ab his diis. nunc qua de causa hoc supra scriptum

6 tractabimus *r* tractauimus *RB* 9 ex ea non eo plurimi soni hoc est eo plurima nomina *v* 18 o Ilionee] *Priscian. p.* 738 32 sed haec *B* sed et *R* 33 convertant *r* conuertunt *RB* 35 tractabimus *r* tractauimus *RB* 37 dativo vocativo *om. R, add. Br*

p. 219. 20 R. p. 304. 5 V.

nomen propter rationem sonorum in supra scriptis casibus sic anomale declinetur, in sonis conpetenter tractabimus. item in hoc eodem nomine, quod diximus ablativo casu numeri singularis o littera terminari et nominativo casu numeri singularis eus litteris definiri nec non et nominativo dativo vocativo et ablativo casu numeri pluralis propter rationem sonorum anomale declinari, quaeritur, qua de causa in isdem supra dictis casibus anomale per duas i litteras reperiatur scribi. hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis eus litteris definiuntur, haec nominativo dativo vocativo et ablativo casu numeri pluralis cum nominativo casu numeri singularis pari numero syllabarum scribuntur.

Nunc in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis eus litteris definiri, hoc monemus, quod ex ea non eo plurimi soni, hoc est non eo plurima nomina, possint exhiberi. de forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis eus litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus. ||

De ius. quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ius syllaba definiuntur, ut puta ab hoc Gaio hic Gaius, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic Gaius huius Gai huic Gaio hunc Gaium o Gai ab hoc Gaio, numeri pluralis hi Gai horum Gaiorum his Gais hos Gaios o Gai ab his Gais. sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ius syllaba definiuntur, ad exemplum Gai per omnes casus declinantur. nunc in hac supra scripta forma hoc monemus, quod sint aliqua nomina, quae interdum propter metra vel structuras ex ablativo casu numeri singularis o ultimum et in um litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, ut puta ab hoc Gaio horum Gaium. sed haec quae sint nomina et qua de causa ex supra dicto casu interdum propter metra vel structuras o ultimum et in um litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, hoc in metris vel structuris conpetenter tractabimus. nunc in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis ius syllaba definiri, hoc monemus, quod ex ea non quam plurimi soni, hoc est non quam plurima nomina, possint exhiberi. de forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ius syllaba definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

2 tractabimus *r* tractauimus *RB* 5 rationem *R* ratione *B* 7 anomale *R* anomalis *v* reperiantur *RB* 28 aliqua *B* alia *R* 29 conuertant *B* conuertunt *R* 34 tractabimus *r* tractauimus *RB*

p. 220—22 R. p. 305—7 V.

De ius. quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis us syllaba post i litteram definiuntur, ut puta || ab hoc Sempronio hic Sempronius, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic Sempronius huius Sempronii huic Sempronio hunc Sempronium o Semproni ab hoc Sempronio, numeri pluralis hi Sempronii ho|rum Semproniorum his Semproniis hos Sempronios o Sempronii ab his Semproniis. sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis us syllaba post i litteram definiuntur, ad exemplum Sempronii per omnes casus declinantur. nunc in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis us syllaba post i litteram definiri, quaeritur, qua de causa vocativus casus numeri singularis ab aliquibus nominibus i littera terminetur et ab aliquibus e littera definiatur, ut puta o Mercurii et o pie. quare hoc monemus, quod hoc in sonis conpetenter tractare debeamus. item in hac supra scripta forma quaeritur, qua de causa o Mercurii per duo i scribatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis us syllaba post i litteram definiuntur, haec vocativum casum numeri singularis cum nominativo casu eiusdem numeri singularis pari numero syllabarum scribunt; et ideo o Mercurii per duas i litteras scribi pronuntiatur.

Sane in hac supra dicta forma hoc monemus, quod hoc unum nomen tantum, id est alius, quam maxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri singularis sic anomale confirmatum sit de|clinari, hoc est huius alius huic alii; at vero per ceteros casus ad sonum Sempronii debeat declinari. nunc etiam hoc monemus, quod hoc supra dictum nomen propter metra in isdem supra dictis casibus et anomale et non anomale permissum sit declinari. sed hoc nomen qua de causa in supra dictis casibus propter structuras sic anomale confirmatum sit pronuntiari et in metris anomale *et non anomale* permissum sit declinari, cum ad rationem metrorum vel structurarum venerimus, illic conpetenter tractabimus.

Item in hac supra scripta forma quaeritur, qua de causa nomina per aliquos supra declinatos casus per duas i litteras reperiantur scribi. hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis us syllaba post i litteram definiuntur, haec exceptis anomalis et genetivo casu numeri pluralis per ceteros casus pari numero syllabarum oportet scribi. item et alia probatio, qua docentur haec supra dictae formae | nomina in supra dictis casibus per duas i litteras scribi, quoniam quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri sin-

3 post *v* ante *RB* 13 post *v* ante *RB* 24 alius] *Priscian. p.* 727. 686
31 et non anomale *om. RB, add. v* 32 illic *r* ibi *R, om. B* tractabimus *r* tractauimus *RB*

p. 222. 23 R. p. 307. 8 V.

gularis o littera terminantur, haec eadem o litteram in i vel is litteras convertunt et supra dictos casus, quando per unum i et quando per duo i scribantur, ostendunt.

Item in hac supra scripta forma quaeritur, qua de causa hic ebrius et non hic eber dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis io litteris definiuntur, haec numquam nominativo casu numeri singularis er litteris concluduntur. nunc cum et hoc nomen ab hoc ebrio facere intellegatur, utique iam hic ebrius, non hic eber facere pronuntiatur.

Nunc in hac supra scripta forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis us syllaba post i litteram definiri, || hoc monemus, quod ex ea quam plurimi soni, hoc est quam plurima nomina, possint exhiberi. de forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis us syllaba post i litteram definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De ous. quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ous litteris definiuntur, ut puta ab hoc Inoo hic Inous, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic Inous huius Inoi huic Inoo hunc Inoum o Inoe ab hoc Inoo, numeri pluralis hi Inoi horum Inoorum his Inois hos Inoos o Inoi ab his Inois. sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ous litteris definiuntur, ad exemplum Inoi per omnes casus declinantur. nunc in hac supra scripta forma quaeritur, qua de causa dativus et ablativus casus numeri singularis nec non genetivus et accusativus casus numeri pluralis in ultima vel proultima syllaba per duas o litteras scribantur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ous litteris definiuntur, haec excepto genetivo casu numeri scilicet pluralis per ceteros casus pari numero syllabarum scribuntur; et ideo haec nomina in supra dictis casibus per duas | o litteras pronuntiantur.

Item in hac forma supra scripta, qua docuimus ablativo casu numeri singularis nomina per duas o litteras declinari, quaeritur ab eo quod dixit Vergilius

primo surgebat Eoo

an sic uti Inous per omnes casus debeat declinari. quare hoc monemus, quod quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis per duas o

1 uel is *B* uel ii *R* 2 duo i *v* duos i *B* duos *R* 8 nomen ab hoc ebrio *R* nomen non ab hoc ebro *B* nomen non ab hoc ebro sed ab hoc ebrio *coniecit editor Vindobonensis* 27 in ultimam uel proultima syllaba *B* in ultima uel prope ultimam syllabam *R* 36 Vergilius] *Aen.* III 508

p. 223. 24 R. p. 308—10 V.

litteras definiuntur et aptota esse non reperiuntur, haec ad exemplum formae suae per omnes casus declinantur.

Nunc in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis ous litteris definiri, hoc monemus, quod ex ea non eo plurimi soni, hoc est non eo plurima nomina, possint exhiberi. de forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ous litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De vus. quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis vus syllaba definiuntur, ut puta ab hoc servo hic servus, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic servus huius servi huic servo hunc servum o serve ab hoc servo, numeri pluralis hi servi horum servorum his servis hos servos o servi ab his servis. sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis vus syllaba definiuntur, ad exemplum servi per omnes casus declinantur. nunc in hac supra scripta forma quaeritur, qua de causa hic avus et non hic aus dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini genetivo casu numeri singularis vi syllaba terminantur, haec nominativo casu numeri singularis vus syllaba definiuntur; et ideo hic avus et non hic aus facere pronuntiatur. nunc in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis vus syllaba definiri, hoc monemus, quod ex ea non quam plures soni, hoc est non quam plurima nomina, possint exhiberi. de forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis vus syllaba definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De uus. quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis us syllaba post u litteram definiuntur, ut puta ab hoc perpetuo hic perpetuus, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic perpetuus huius perpetui huic perpetuo hunc perpetuum o perpetue ab hoc perpetuo, numeri pluralis hi perpetui horum perpetuorum his perpetuis hos perpetuos o perpetui ab his perpetuis. sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis us syllaba post u litteram definiuntur, ad exemplum perpetui per omnes casus declinantur. nunc in hac supra scripta forma quaeritur, qua de causa perpetuus et nominativo et accusativo casu numeri

5 non eo plurimi soni *R* non eo plures soni *B* 32 post u litteram *v* ante u litteram *R* ante u littera *B* 38 post u litteram *R* post u littera *B*

p. 224. 25 R. p. 310. 11 V.

singularis ante ultimam consonantem per duas u litteras scribatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina genetivo casu numeri singularis ui litteris discretis definiuntur, haec nominativo et accusativo casu numeri singularis ante ultimam consonantem per duas u litteras scribuntur. item et alia probatio, qua docentur haec nomina generis masculini, quae diximus ablativo casu numeri singularis o littera terminari et nominativo casu numeri singularis us syllaba post u litteram definiri, quod nominativo et accusativo casu numeri singularis ante ultimam consonantem per duas u litteras debeant scribi. hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis us syllaba definiuntur, haec, si anomala esse non reperiuntur, excepto genetivo casu numeri pluralis per ceteros casus pari numero syllabarum oportet scribi. nunc in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis us syllaba post u litteram definiri, hoc monemus, quod ex ea non eo plurimi soni, hoc est non eo plurima nomina, possint exhiberi. || de forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis us syllaba | post u litteram definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De quus. quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis quus syllaba definiuntur, ut puta ab hoc equo hic equus, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic equus huius equi huic equo hunc equum o eque ab hoc equo, numeri pluralis hi equi horum equorum his equis hos equos o equi ab his equis. sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis quus syllaba definiuntur, ad exemplum equi per omnes casus declinantur. nunc in hac supra scripta forma hoc monemus, quod sint aliqua nomina, quae interdum propter metra vel structuras ex ablativo casu numeri singularis o ultimum et in um litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, ut puta ab hoc equo horum equum. sed haec quae sint nomina et qua de causa ex supra dicto casu interdum propter metra vel structuras o ultimum et in um litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, hoc in metris vel structuris conpetenter tractabimus. item in hac supra scripta forma quaeritur, qua de causa equus per q et non per c litteram scribatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina in quolibet casu per q litteram scri-

1 ante] post *Rv* 4 ante *v* post *RB* 7 et accusativo *om. R, add. B* 8 ante *v* post *RB* 11 haec si *B* si haec *R* 21 de quus *R* de qus *B* 22 quus *R* qus *B* 23 hic equs *RB* 24 hic equs *RB* hunc equm *RB* 28 qus *RB* 36 tractabimus *r* tractauimus *RB* 37 equs *R* 38 in quolibet casu in ultima syllaba *Br* : in ultima syllaba *om. R*

p. 225. 26 R. p. 311—13 V.

buntur, haec per omnes casus in ultima vel proultima syllaba per q litteram scribuntur. nunc in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis quus syllaba definiri, hoc monemus, quod ex ea plus quam XXIII soni, hoc est plus quam XXIII nomina, non possint exhiberi. de forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis quus syllaba definiri, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De genere feminino. feminini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis | his octo formis definiuntur tantum, us aus eus ius ous uus os o.

De us. quaecumque nomina generis feminini ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis us litteris post consonantem definiuntur, ut puta ab hac cupresso haec cupressus, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis haec cupressus huius cupressi huic cupresso hanc cupressum o cupresse ab hac cupresso, numeri pluralis hae cupressi harum cupressorum his cupressis has cupressos o cupressi ab his cupressis. sic et alia generis feminini nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis us litteris post consonantem definiuntur, ad exemplum cupressi per omnes casus declinantur. nunc in hac supra scripta forma hoc monemus, quod hoc unum nomen tantum reperiatur, quod propter rationem sonorum genetivo dativo et vocativo casu numeri singularis nec non et nominativo dativo vocativo et ablativo casu numeri pluralis sic anomale confirmatum sit declinari, id est huius domus huic domui o domus hae domus his domibus o domus ab his domibus; at vero per ceteros casus ad sonum cupressi debeat declinari. nunc qua de causa supra dictum nomen in supra dictis casibus propter sonos sic anomale confirmatum sit pronuntiari, cum ad ipsos sonos venerimus, illic hoc conpetenter tractabimus. nunc in hac forma generis feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis us litteris post consonantem definiri, hoc monemus, quod ex ea plus quam triginta duo soni, hoc est quam triginta duo nomina, non possint exhiberi. de forma generis feminini, qua ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis us litteris post consonantem definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De aus eus ius ous uus. quaecumque nomina generis feminini ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis supra scriptis formis definiuntur, haec per raros sonos efficiuntur;

1 in ultima *R* in ultimam *B* uel proultimam syllaba *B* uel prope ultimam syllabam *R* uel prope ultima syllaba *r* 4 qus *R* 7 qus *R* 30 tractabimus *r* tractauimus *RB* 36 post] ante *Rv* 40 per raros sonos efficiuntur *R* perraros

p. 226—28 R. p. 313. 14 V.

et ideo hoc monemus, ut haec, quae reperta fuerint, salvo genere suo ad similes formas generis masculini declinentur. |

De os. quaecumque nomina generis feminini ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis os litteris definiuntur, ut ab hac Zacyntho haec Zacynthos, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis haec Zacynthos huius Zacynthi huic Zacyntho hanc Zacynthum o Zacynthos ab hac Zacyntho. haec sonum pluralem facere prohibentur. sic et alia generis feminini nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis os litteris definiuntur, ad exemplum Zacynthi declinantur. nunc in hac forma generis feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis os litteris definiri, hoc monemus, quod ex ea plus quam decem novem soni, hoc est quam decem novem nomina, non possint exhiberi. de forma generis feminini, qua ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis os litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus. ||

De o. quaecumque nomina generis feminini ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis o littera definiuntur, ut puta ab hac Gyaro haec Gyaro, haec scilicet aptota esse reperiuntur, et ideo ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis haec Gyaro huius Gyaro huic Gyaro hanc Gyaro o Gyaro ab hac Gyaro. haec numerum pluralem facere prohibentur. sic et alia generis feminini nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis o littera definiuntur, ad exemplum Gyaro aptote scilicet declinantur. nunc in hac forma generis feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis o littera definiri, hoc monemus, quod ex ea plus quam XXVI soni, hoc est plus quam XXVI nomina, non possint exhiberi. de forma generis feminini, qua ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis o littera definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De genere neutro. neutri generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis quinque his formis definiuntur tantum, um eum ium vum us.

De um. quaecumque nomina generis neutri ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis um litteris post consonantem definiuntur, ut puta ab hoc templo hoc templum, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hoc templum huius templi huic templo hoc templum o templum ab hoc templo, numeri plu-

sonos efficiunt *Bv* perraro sonos efficiunt *r* 26 aptote *R* aptota *B* 35 us *rv* uus *R*

p. 228. 29 R. p. 314—16 V.

ralis haec templa horum templorum his templis haec templa o templa ab his templis. || sic et alia generis neutri nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis um litteris post consonantem definiuntur, ad exemplum templi per omnes casus declinantur. nunc in hac supra scripta forma hoc monemus, quod hoc unum nomen reperiatur, quod propter soni rationem genetivo dativo et ablativo casu numeri pluralis sic anomale confirmatum sit declinari, id est horum iugerum his iugeribus ab his iugeribus; at vero per ceteros casus ad sonum templi debeat declinari. nunc qua de causa supra dictum nomen in supra dictis casibus propter sonos sic anomale confirmatum sit pronuntiari, cum ad ipsos sonos venerimus, illic conpetenter tractabimus. item in hac supra scripta forma hoc monemus, quod haec sex nomina tantum, id est alterum unum nullum ullum solum utrum, quam maxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri singularis sic anomale confirmata sint declinari, id est huius alterius huic alteri: sic et cetera supra scripta nomina in supra dictis casibus ad hunc sonum anomalum necesse est pronuntiari; at vero per ceteros casus ad sonum templi debeant declinari. nunc etiam hoc monemus, quod haec supra dicta nomina propter metra in isdem supra dictis casibus et anomale et non anomale permissa sint declinari. sed haec nomina qua de causa in supra dictis casibus propter structuras sic anomale confirmata sint pronuntiari et in me|tris anomale et non anomale permissa sint declinari, cum ad rationem metrorum vel structurarum venerimus, illic conpetenter tractabimus. nunc in hac forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis um litteris post consonantem definiri, hoc monemus, quod ex ea quam plurimi soni, hoc est quam plurima nomina, possint exhiberi. || de forma generis neutri, qua ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis um litteris post consonantem definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De eum. quaecumque nomina generis neutri ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis eum litteris definiuntur, ut puta ab hoc linteo hoc linteum, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hoc linteum huius lintei huic linteo hoc linteum o linteum ab hoc linteo, numeri pluralis haec lintea horum linteorum his linteis haec lintea o lintea ab his linteis. sic et alia generis neutri nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis eum litteris definiuntur, ad exemplum lintei declinantur. nunc in hac forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu nu-

11 tractabimus *r* tractauimus *RB* 15 sint *B* sunt *R* 17 est *B* esset *R*
23 tractabimus *r* tractauimus *RB* 26 post *r* ante *R* 29 post *r* ante *R*

p. 229. 30 K. p. 316. 17 V.

meri singularis eum litteris definiri, hoc monemus, quod ex ea non eo plures soni, hoc est non eo plurima nomina, possint exhiberi. de forma generis neutri, qua ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis eum litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De ium. quaecumque nomina generis neutri ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ium litteris definiuntur, ut puta ab hoc scrinio hoc scrinium, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hoc scrinium huius scrinii huic scrinio hoc scrinium o scrinium ab hoc scrinio, numeri pluralis haec scrinia horum scriniorum his scriniis haec scrinia o scrinia ab his scriniis. sic et alia generis neutri nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis um syllaba post i litteram definiuntur, ad exemplum scrinii per omnes casus declinantur. | nunc in hac supra scripta forma quaeritur, qua de causa || nomina per aliquos supra dictos casus per duas i litteras scribantur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis neutri ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis um syllaba post i litteram definiuntur, haec exceptis anomalis et genetivo casu numeri pluralis per ceteros casus pari numero syllabarum oportet scribi. item et alia probatio, qua docentur haec supra dicta nomina per supra dictos casus per duas i litteras oportere scribi, quoniam quaecumque nomina generis neutri, exceptis scilicet anomalis, ablativo casu numeri singularis o littera terminantur, haec eandem o litteram in i convertunt et genetivum casum numeri singularis ostendunt. item haec eadem supra dicta nomina ex eodem ablativo casu numeri singularis eandem o litteram in is litteras convertunt et dativum vel ablativum casum numeri pluralis ostendunt. item in hac supra dicta forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis um syllaba post i litteram definiri, hoc monemus, quod hoc unum nomen reperiatur, quod nominativo et accusativo et vocativo casu numeri singularis d littera definiatur, id est aliud, quod quam maxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri singularis sic anomale confirmatum sit declinari, id est huius alius huic alii; at vero per ceteros casus ad sonum scrinii debeat declinari. nunc etiam hoc monemus, quod hoc supra scriptum nomen propter metra in isdem supra dictis casibus et anomale et non anomale permissum sit declinari. sed hoc nomen qua de causa in supra dictis casibus propter structuras sic anomale confirmatum sit pronuntiari et in metris anomale et non anomale permissum sit decli-

13 post i litteram *v* ante i litteram *RB* 19 post i litteram *B* ante i litteram *R* 21 doceantur *R* docetur *B* 22 oportere *Br* oportet *R* 27 datiuum uel ablatiuum *B* datiuum et ablatiuum *R* 32 quod quam *R* at uero quam *B* 34 huic alii ad uero *R* huic ali at uero *r* huic ali nunc *B* 37 nomen *om. R*, *add. Br*

p. 230. 31 R. p. 317—19 V.

nari, cum ad rationem metrorum vel structurarum venerimus, illic conpetenter tractabimus. nunc in hac forma generis neutri, qua diximus ablativo casu || numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis um syllaba post i litteram definiri, hoc monemus, quod eo plurimi soni, hoc est eo plurima nomina, possint exhiberi. de forma generis neutri, qua ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminantur et nomi|nativo casu numeri singularis um syllaba post i litteram definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De vum. quaecumque nomina generis neutri ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis vum syllaba definiuntur, ut puta ab hoc ovo hoc ovum, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hoc ovum huius ovi huic ovo hoc ovum o ovum ab hoc ovo, numeri pluralis haec ova horum ovorum his ovis haec ova o ova ab his ovis. sic et alia generis neutri nomina, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis vum litteris definiuntur ad exemplum ovi per omnes casus declinantur. nunc in hac forma supra scripta quaeritur, qua de causa hoc ovum et non hoc oum dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis neutri genetivo casu numeri singularis vi syllaba terminantur, haec nominativo casu numeri singularis vum syllaba definiuntur; et ideo hoc ovum, non hoc oum facere pronuntiatur. nunc in hac forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis vum litteris definiri, hoc monemus, quod ex ea non quam plures soni, hoc est non quam plurima nomina, possint exhiberi. de forma generis neutri, qua ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis vum litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus. ||

De us. quaecumque nomina generis neutri ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis us litteris post consonantem definiuntur, ut puta ab hoc pelago hoc pelagus, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hoc pelagus huius pelagi huic pelago hoc pelagus o pelagus ab hoc pelago. haec numerum pluralem facere prohibentur. nunc in hac forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminari et nominativo casu numeri singularis us litteris post consonantem definiri, hoc monemus, quod ex ea plus quam septem soni, hoc est plus quam septem nomina, non possint exhiberi. de forma generis neutri, qua ablativo casu numeri singularis nomina o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis us litteris post consonantem definiun|tur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

2 tractabimus *r* tractanimus *RB* 16 uum litteris *R* uum syllaba *B* 24 ex ea *B* ex ea forma *R*

p. 232. 33 R. p. 319—21 V.

De ablativo casu numeri singularis, qui o littera terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De u. ablativus casus numeri singularis u littera terminatus genera haec continet quattuor, masculinum femininum neutrum omne.

De genere masculino. masculini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis u littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum, us, ut puta ab hoc fluctu hic fluctus, et ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic fluctus huius fluctus huic fluctui hunc fluctum o fluctus ab hoc fluctu, numeri pluralis hi fluctuus horum fluctuum his fluctibus hos fluctuus o fluctuus ab his fluctibus. sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis u littera terminantur et nominativo casu numeri singularis us litteris definiuntur, ad hoc exemplum fluctus per omnes casus declinantur. nunc in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina u littera terminari, hoc monemus, quod ex ea plus quam quingenti triginta tres soni, hoc est quam quingenta triginta tria nomina, non possint exhiberi. de forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina u littera terminantur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De genere feminino. feminini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis u littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum, id est us, ut puta ab hac porticu haec porticus, et ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis haec porticus huius porticus huic porticui hanc porticum o porticus ab hac porticu, numeri pluralis hae porticuus harum porticuum his porticibus has porticuus o porticuus ab his porticibus. sic et alia generis feminini nomina, quae ablativo casu numeri singularis u littera terminantur, ad exemplum porticus per omnes casus declinantur. nunc in hac forma generis feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina u littera terminari, hoc monemus, quod ex ea plus quam triginta tres soni, hoc est quam triginta tria nomina, non possint exhiberi. de forma generis feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina u littera terminari, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De genere neutro. neutri generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis u littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum, id est u, ut puta ab hoc cornu hoc cornu, et ad hoc exemplum declinantur: || numeri singularis hoc cornu huius cornu huic cornu hoc cornu o cornu ab hoc cornu, numeri pluralis haec cornua horum cornuum his cornibus haec cornua o cornua ab his cornibus. sic et alia generis neutri nomina, quae ablativo casu numeri singularis u littera terminantur, ad exemplum cornu per omnes casus declinantur. nunc in hac forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina u littera terminari, hoc monemus, quod ex ea

p. 233. 34 R. p. 321. 22 V.

plus quam undecim soni, hoc est plus quam undecim nomina, non possint exhiberi. de forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina u littera terminari, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De genere omni. omnis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis u littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum, u, et ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hic et haec maior natu et hoc maius natu, huius et huius et huius maioris natu, huic et huic et huic maiori natu, hunc et hanc maiorem natu et hoc maius natu, o et o maior natu et o maius natu, ab hoc et ab hac et ab hoc maiore natu; numeri pluralis hi et hae maiores natu et haec maiora natu, horum et harum et horum maiorum natu, his et his et his maioribus natu, hos et has maiores natu et haec maiora natu, o et o maiores natu et o maiora natu, ab his et ab his et ab his maioribus natu. sic et alia generis omnis nomina, quae ablativo casu numeri singularis u littera terminantur, ad exemplum maioris natu per omnes casus declinantur. nunc in hac forma generis omnis, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina u littera terminari, hoc monemus, quod ex ea eo plures soni, hoc est eo plura nomina, non possint exhibe|ri.‖ de forma generis omnis, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina u littera terminari, quantum ratio poscebat, tractavimus.

Sane in hac forma supra scripta, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina u littera terminari, sunt aliqua nomina, quae et participiorum similitudinem capiant, ut puta visus. quare hoc monemus, quod, si visus ab eo quod est videor participium esse reperitur, ad formam scilicet docti per omnes casus declinetur: at vero visus si aspectus oculorum esse cognoscitur, hoc est nomen appellatur, ad formam fluctus per omnes casus pronuntiatur.

Item in hac supra scripta forma sunt aliqua nomina, quae et propriorum nominum figuram contineant, ut puta bassus. quare hoc monemus, quod, si Bassus nomen proprium esse reperiatur, ad formam docti per omnes casus declinetur; sin vero bassus nomen appellativum esse inveniatur, ad exemplum fluctus per omnes casus flectatur. nunc bassus quando nomen sit proprium et quando appellativum, hoc in qualitate nominum iam satis tractavimus.

Sane hoc monemus in his nominibus, quae diximus ablativo casu numeri singularis u littera terminari, quod sint aliqui XI soni, qui genetivo casu numeri singularis i littera terminentur, ut ab hoc senatu huius senati. sed haec nomina in sonis tractabimus.

10 ab hoc maiore *R* ab hoc maiori *B* 18 ex ea eo plures soni hoc est eo plura nomina possint exhiberi *R* ex ea complures soni hoc est eo plurima nomina possint exhiberi *r* ex ea plures soni non possint exiberi *B* 23 capiant *B* capiunt *R* 25 declinetur *B* declinatur *R* 30 reperiatur *B* repperitur *R* 31 inueniatur *B* inuenitur *R* 36 aliqui XI soni *R* aliqui XL soni *B* 37 i littera *R* et i littera *v* 38 tractabimus *Br* tractauimus *R*

p. 234. 35 R. p. 322—24 V.

Item in supra dicta forma sunt aliqua nomina, quae et figuratorum nominum speciem habeant, ut puta exercitus. quare hoc monemus, quod, si exercitus figuratum nomen esse reperitur, hoc est ut fatigatum significans intellegatur, ad docti formam per omnes casus declinabitur; sin vero exercitus multitudinem hominum facere demonstratur, ad formam fluctus declinari pronuntiatur. ||

Item in hac supra scripta forma quaeritur, qua de causa sint aliqua nomina, quae dativo vel ablativo casu numeri pluralis ante ultimam syllabam et per i et per u litteram scribantur, ut puta ab hoc artu, his vel ab his artubus. quare hoc monemus, quod quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis u littera terminantur et dativos vel ablativos casus numeri pluralis cum illis nominibus, quae ablativo casu numeri singularis e littera scilicet correpta definiuntur, similes habere probantur, haec in supra dictis casibus ante ultimam syllabam per i et per u litteram pronuntiantur, ut puta ab hoc partu et ab hac parte, his et ab his partibus vel partubus; scilicet quia his vel ab his | partibus et ab e correpta nomina facere demonstrantur. sic et cetera nomina, quae ablativo casu numeri singularis u littera terminantur et dativos vel ablativos casus numeri pluralis cum illis nominibus, quae ablativo casu numeri singularis e littera terminantur, similes habere reperiuntur, in eodem dativo *vel ablativo* casu numeri pluralis et per i et per u litteram ante ultimam syllabam scribi pronuntiantur.

Item in supra dicta forma quaeritur, vitus, cum dativum vel ablativum casum numeri pluralis similes cum illis nominibus, quae ablativo casu numeri singularis e littera correpta terminantur, habere reperiatur, qua de causa in isdem supra dictis casibus ante ultimam syllabam non per i et per u litteram pronuntietur scribi. hac de causa, quoniam vitus non similes supra scriptos casus habere cum illis nominibus, quae ablativo casu numeri singularis e littera scilicet correpta terminantur, pronuntiatur, si quidem ab hac vitu || his vel ab his vitibus presso accentu pronuntiantur, at vero ab hac vite his vel ab his vitibus acuto accentu tenuantur; et ideo vitus dativo vel ablativo casu numeri pluralis ante ultimam syllabam per i tantum litteram pronuntiatur.

Item in hac supra scripta forma, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina u littera terminari, quaeritur, qua de causa eadem nomina in nominativo accusativo et vocativo casu numeri pluralis ante ultimam consonantem non per duas, sed per unam u litteram reperiantur scribi. hac de causa, quoniam omnia nomina generis masculini sive femi-

1 quae et *R* quae *B* 3 reperitur *rv* repperiatur *R* 8 datiuo uel ablatiuo *B* datiuo et ablatiuo *R* ante ultimam *r* post ultimam *RB* 11 datiuos uel (et *r*) ablatiuos casus *R* datiuo et ablatiuo casu *B* 14 ante ultimam *r* post ultimam *RB* pronuntiantur *rv* pronuntiatur *R* 15 uel partubus *B* uel artubus *R* 17 cetera nomina *R* cetera alia nomina *B* 20 vel ablativo *om. RB* 24 reperiatur *Br* repperiantur *R* 26 pronuntietur *r* pronuntientur *RB* 29 pronuntiantur *B* pronuntiatur *R* 30 tenuantur *RB* tenuatur *r* 32 pronuntiatur *r* pronuntiantur *RB* 35 ante ultimam *v* post ultimam *RB* 36 non per duas set *R* interdum et *B*

p. 235. 36 R. p. 324. 25 V.

nini nominativo accusativo et vocativo casu numeri pluralis cum ablativo casu numeri singularis pari numero syllabarum confirmata sunt pronuntiari. nunc etiam hoc monemus, quod haec nomina in supra dictis casibus ante ultimam scilicet syllabam, sive per unam sive per duas u litteras scribantur, in metris vel structuris una virtute accipi censeantur.

De ablativo casu numeri singularis, qui u littera terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De m. m littera ablativus casus numeri singularis terminatus unum hoc genus continet tantum, id est omne. |

De genere omni. omnis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis m littera terminantur, haec per omnes casus aptote declinantur: numeri singularis hic et haec et hoc nequam, huius et huius et huius nequam, huic et huic et huic nequam, hunc et hanc et hoc nequam, o et o et o nequam, ab hoc et ab hac et ab hoc nequam; numeri pluralis hi et hae et haec nequam, horum et harum et horum nequam, his et his et his nequam, hos et has et haec nequam, o et o et o nequam, ab his et ab his et ab his nequam. nunc in hac supra scripta forma hoc monemus, quod hoc unum supra scriptum nomen reperiatur tantum, id est nequam. ||

De ablativo casu numeri singularis, qui m littera terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De s. s littera ablativus casus numeri singularis terminatus duo haec genera continet tantum, id est neutrum omne.

De genere neutro. neutri generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis s littera terminantur, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis hoc fas huius fas huic fas hoc fas o fas ab hoc fas. haec numerum pluralem facere prohibentur. nunc in hac forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina s littera terminari, hoc monemus, quod ex ea plus quam quinque soni, hoc est plus quam quinque nomina, non possint exhiberi. de forma generis neutri, qua ablativo casu numeri singularis nomina s littera terminantur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De genere omni. omnis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis s littera terminantur, haec per omnes casus aptote declinantur: numeri singularis hic et haec et hoc nugas, huius et huius et huius nugas, huic et huic et huic nugas, hunc et hanc et hoc nugas, o et o et o nugas, ab hoc et ab hac et ab hoc nugas; numeri pluralis hi et hae et haec nugas, horum et harum et horum nugas, his et his et his nugas, hos et has et haec nugas, o et o et o nugas, ab his et ab his et ab his nugas. nunc in hac forma, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina s littera terminari, hoc monemus, quod ex ea plus quam quattuor soni, hoc est plus quam quattuor nomina, non possint exhiberi.

31 quantum *B* ut *R*

p. 237. 38 K. p. 325—27 V.

De | ablativo casu numeri singularis, qui s littera terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

Nunc sunt aliqua nomina generis masculini, quae numeri sint tantum singularis, ut puta Saturnus et cetera talia: sed hoc monemus, quod haec non eo plura esse reperiantur. || item generis feminini, ut puta Venus et cetera talia: nunc hoc monemus, quod haec non eo plurima esse reperiantur. item sunt generis neutri, ut puta hoc aurum et cetera talia: nunc hoc monemus, quod haec non eo plurima esse reperiantur. item sunt nomina generis masculini, quae numeri sint tantum pluralis, ut puta Circenses et cetera talia: sed hoc monemus, quod haec intra triginta tres sonos, hoc est triginta tria nomina, esse reperiantur. item generis feminini, ut puta Kalendae et cetera talia: sed hoc monemus, quod haec intra septuaginta duos sonos, hoc est septuaginta duo nomina, esse reperiantur. item generis neutri, ut puta arma et cetera talia: sed hoc monemus, quod haec intra centum viginti duos sonos, hoc est centum viginti duo nomina, esse reperiantur. item sunt nomina generis neutri, quae in numero plurali triptota esse reperiantur, ut puta mella et cetera talia: sed hoc monemus, quod haec intra triginta tres sonos, hoc est intra triginta tria nomina, esse reperiantur. sunt nomina monoptota, hoc est quae unum casum tantum exhibeant, ut puta ablativum sponte et cetera talia: sed hoc monemus, quod haec non eo plura esse reperiantur. sunt nomina aptota, hoc est quae per omnes casus uno sono declinentur, ut puta Celaeno et cetera talia: sed hoc monemus, quod haec non eo plura esse reperiantur.

Sunt nomina, quae ex una littera intelleguntur, ut puta M., et significat Marcus; sunt quae duabus, *ut puta* Gn., et significat Gnaeus; sunt quae tribus, ut puta Sex., et significat Sextus; sunt quae quattuor, ut puta reip., et significat rei publicae; sunt quae quinque, ut puta trib. p., et significat tribunus plebis. ||

Sunt nomina, quae in numero singulari sint generis masculini, ut puta hic tartarus, in numero vero plurali generis neutri, ut puta haec tartara et cetera talia. sunt nomina generis neutri, quae et cum aliis generibus iunguntur et tamen vim suam contineant, ut puta portentum. dicitur enim portentum homo, hoc est ut sit homo generis masculini et portentum generis neutri.

Sunt nomina, quae nominativo vel vocativo casu numeri singularis r ultimum et in s litteram convertant, ut puta color et colos et cetera | talia. item sunt nomina, quae o litteram et in au litteras convertant, ut puta lotus et lautus et cetera talia. item sunt nomina, quae plerosin patiantur, hoc est quae e littera plus scribantur, ut puta limen et leimen et cetera

9 cercenses *B* 22 caeleno *R* caelaeno *B* 23 haec non *B* haec nomina non *R* 25 ut puta *om. Rv* gneus *RB* 32 et tamen *R* attamen *B* 38 plerosin *r* plerosis *adscripta in margine interpretatione Latina* plenitudinem *R* pleorosis *corr.* plerosis *B*

p. 238. 39 R. p. 327—29 V.

talia. item sunt nomina, quae au litteras et in o convertant, ut puta cauda et coda et cetera talia. item sunt nomina, quae i litteram et in e litteram convertant, ut puta malivolus et malevolus et cetera talia. item sunt nomina, quae u littera plus scribantur, ut puta equs et equus et cetera talia. item sunt nomina, quae o littera plus scribantur, ut puta qum et quom et cetera talia. item sunt nomina, quae i litteram et in u litteram convertant, ut puta mancipium et mancupium et cetera talia. item sunt vocabula, quae e litteram et in u litteram convertant, ut puta capiendus et capiundus et cetera talia. item sunt nomina, quae e litteram et in o litteram convertant, ut puta adversus et advorsus et cetera talia. item sunt nomina, quae u litteram omittant, ut puta seculum et seclum *et cetera talia.* || item sunt nomina, quae u litteram et in oe litteras convertant, ut puta murorum et moerorum et cetera talia. nunc quoniam, quae litterae subducantur vel quae adiciantur, nec non et in quas litteras convertantur, demonstravimus, et ideo hoc monemus, ut quae vel quot sint nomina, quae haec facere possint, hoc in orthographia conpetenter tractare debeamus.

Sunt nomina, quae rem animalem significant, ut puta homo leo equs passer et cetera talia, quae animam habere reperiantur. sunt nomina, quae rem inanimalem significant, ut puta lapis domus lignum et cetera talia, quae animam non habere reperiantur. sunt nomina, quae rem corporalem significant, ut puta terra navis mare et cetera talia, quae corpus habere reperiantur. sunt nomina, quae rem incorporalem significant, ut puta pietas iustitia dolor et cetera *talia*, quae sunt incorporalia, ut grammatici putant. sunt nomina, quae rem proprie communiterve significant: proprie, ut puta Roma Tiberis Diocletianae et cetera talia; communiter, ut puta urbs flumen thermae et cetera talia. sunt nomina generalia, ut puta homo avis arbor et cetera talia. sunt nomina specialia, ut puta Cato columba pinus et cetera talia. sunt nomina propria, id est deorum vel hominum, quibus vocantur. sunt nomina appellativa, id est animalium vel quae ex aliqua re hominibus accidunt. propria hominum nomina in quattuor species dividuntur, praenomen nomen cognomen agnomen: praenomen, ut puta Publius, nomen Cornelius, cognomen Scipio, agnomen Africanus. sunt nomina, quae Graeci *τῶν πρός τι* appellant, id est ad || aliquid, ut puta pater frater mater. iunguntur enim quibus respondeant, ut puta pater Marci, mater Iuli, frater Victoris: sic et cetera talia. sunt nomina, quae Graeci *τῶν πρός τί πως ἔχοντα* appellant, id est ad aliquid quodam modo habentia, ut puta dexterior superior inferior. iunguntur enim quibus respondeant, ut puta dexterior oculus, superior dens, inferior vestis:

6 et quom *rv* et quoum *R* 10 et cetera talia *om. R, add. r* 11 et cetera talia *om. Rv* 12 convertant *v* conuertunt *Br* conuertuntur *R* 24 talia *om. RB* 30 animalium vel inanimalium et quae *coniecit editor Vindobonensis* 33 puplius *RB* 34 *τῶν πρὸς τὶ r* ΤΟΝΠΡΟΣΤΙ *B* touprosti *R* 37 *τῶν πρὸς τὶ προσέχοντα r* ΤΟΝ ΠΡΟΣ ΤΙ ΠΡΟΣΕΧΟΝΤΑ *B* ton pros ti pos echontha *R*

p. 239. 40 R. p. 329—31 V.

sic et cetera talia. sunt nomina, quae appellantur mediae potestatis sive adiectionis, ut puta fortis magnus velox. iunguntur enim quibus respondeant, ut puta fortis vir, magnus leo, velox equus: sic et cetera talia. sunt nomina, quae Graeci epicoena appellant, id est promiscua, siquidem ex suo genere et aliam speciem designant, ut puta canis simia sus passer bos aquila belua et cetera talia. sunt nomina, quae appellantur synonyma, hoc est quae variis significationibus unam rem designant, ut puta tellus terra humus et cetera talia, item alvus venter uterus et cetera talia, item gladius ensis mucro telum et cetera talia, item scutum clipeus parma umbo et cetera talia, item mare pontus aequor et cetera talia. sunt nomina, quae appellantur homonyma, hoc est quae una significatione varias res designant, ut puta nepos foedus scortum agmen aries et cetera talia. nepos enim modo tertiam progeniem hominum, modo luxuriosum designat; item foedus modo turpem, modo iusiurandum significat; item scortum modo corium, modo meretricem demonstrat; item agmen modo multitudinem ‖ modo iter significat; aries vero modo animal, modo machinam belli demonstrat: sic et cetera talia. sunt nomina positione singularia, intellectu pluralia, ut puta populus plebs contio: sic et cetera talia. sunt nomina positione pluralia, intellectu singularia, ut puta Baiae castra: sic et cetera talia.

Sunt nomina, quae aptota ap|pellantur, hoc est quae per omnes casus uno schemate declinantur, ut puta numeri singularis nominativo nequam, genetivo nequam, dativo nequam, accusativo nequam, vocativo nequam, ablativo nequam; numeri pluralis nominativo nequam, genetivo nequam, dativo nequam, accusativo nequam, vocativo nequam, ablativo nequam. sunt nomina, quae monoptota appellantur, hoc est quae unum casum habere reperiuntur tantum, ut puta ab hac sponte, flamine, id est flatu ventorum, et cetera talia. nunc etiam hoc monemus, quod sint aliqui, qui et ab hoc flamine, id est flatu ventorum, aptote voluerunt singulari numero pronuntiari, at vero pluraliter flamina declinari. sunt nomina, quorum prior pars declinatur, sequens vero immobilis continetur, ut puta numeri singularis hic praefectus praetorio, huius praefecti praetorio, huic praefecto praetorio, hunc praefectum praetorio, o praefecte praetorio, ab hoc praefecto praetorio; numeri pluralis hi praefecti praetorio, horum praefectorum praetorio, his praefectis praetorio, hos praefectos praetorio, o praefecti praetorio, ab his praefectis praetorio, et cetera talia. sane etiam hoc monemus, quod praefecti excepto praetorio in aliis rebus non tantum dativo, sed et genetivo iungantur. sic et tribuni plebi considerantur. sunt nomina, quorum posterior pars declinatur, prima vero immobilis continetur, ut puta ‖ numeri singularis hic iuris peritus, huius iuris periti, huic iuris perito,

3 equus *BR* equs *r* 4 promiscua *B* promisqua *R* 19 baiae *R* balneae *B* 36 sane — 38 considerantur *post* 30 declinari *habet R, om. B: transposuit v*

p. 240. 41 R. p. 331. 32 V.

hunc iuris peritum, o iuris perite, ab hoc iuris perito; numeri pluralis hi iuris periti, horum iuris peritorum, his iuris peritis, hos iuris peritos, o iuris periti, ab his iuris peritis. sic et cetera talia. sunt nomina, quorum ambae partes declinantur, ut puta numeri singularis hic Liber pater, huius Liberi patris, huic Libero patri, hunc Liberum patrem, o Liber pater, ab hoc Libero patre; numeri pluralis hi Liberi patres, horum Liberorum patrum, his Liberis patribus, hos Liberos patres, o Liberi patres, ab his Liberis patribus. nunc hoc monemus, quod sint aliqui, qui hoc nomen numerum pluralem facere nolint. sic et cetera talia. sunt nomina senaria, ut puta unus; sunt nomina quinaria, ut puta doctus; sunt nomina quaternaria, ut puta niger; sunt nomina ternaria, ut puta statare; sunt vocabula binaria, ut puta se; sunt nomina monaria, ut puta cornu.

Declinatio glossematis: numeri singularis hoc glossema huius glossematis huic glossemati hoc glossema o glossema ab hoc glossemate, numeri pluralis haec glossemata horum glossematum his glossematibus haec glossemata o glossemata ab his glossematibus. sic et alia generis neutri nomina, quae nominativo casu numeri singularis a littera terminantur, ad exemplum glossematis per omnes casus declinantur. sane hoc monemus, quod quaecumque nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis a littera terminantur, haec Graeca esse reperiantur. item in his nominibus generis neutri, quae diximus ablativo casu numeri singularis a littera terminari, hoc monemus, quod hoc unum nomen reperiatur, quod et aptote declinatur, id est simma, quia et interpretationem litterae habere intellegitur; scilicet quoniam nomina litterarum, sic uti iam docuimus, aptote declinantur. ‖

Declinatio Herculis: numeri singularis hic Hercules huius Herculis huic Herculi hunc Herculem o Hercules ab hoc Hercule. hoc si numerum pluralem facere cogetur, ad formam supra scriptam declinabitur.

Declinatio Adonis: numeri singularis hic Adon huius Adonis huic Adoni hunc Adonem o Adon ab hoc Adone.

Declinatio incubonis: numeri singularis hic incubo huius incubonis huic incuboni hunc incubonem o incubo ab hoc incubone. hoc si numerum pluralem facere cogetur, ad formam supra scriptam declinabitur.

Declinatio senis: numeri singularis hic senex huius senis huic seni hunc senem o senex ab hoc sene, numeri pluralis hi senes horum senum his senibus hos senes o senes ab his senibus.

Declinatio bovis: numeri singularis hic et haec bos, huius bovis, huic bovi, hunc et hanc bovem, o bos, ab hoc et ab hac bove et boe; numeri pluralis hi et hae boves, horum et harum boum, his bubus, hos et has

11 statare *r* statere *R* re *superscripto* state *B* 12 uocabula binaria *R* nomina binaria *B* 22 quod et aptote declinatur *post* 23 intellegitur *habent RB* 23 declinatur *B* declinetur *R* sigma *Maius* 38 et ab hac *om. RB, add. r* 39 his bobus *B, om. R*

p. 241—43 R. p. 332—34 V.

boves, o boves, ab his bubus. nunc in hoc nomine quaeritur, qua de causa a bove et a boe facere reperiatur. hac de causa a bove facere pronuntiatur, quoniam quaecumque nomina animalium nominativo casu numeri pluralis es litteris definiuntur, haec ex eodem nominativo casu numeri plu-
5 ralis s ultimum omittunt et ablativum casum numeri singularis ostendunt. at vero et a boe illa de causa facere pronuntiatur, quoniam quaecumque nomina animalium ab e correpto venire reperiuntur, haec ex genetivo casu numeri pluralis ultimas litteras, quas habent ante consonantem oppositas, omittunt et e litteram accipiunt, unde ablativum casum numeri singularis
10 ostendunt.

Declinatio maris: numeri singularis hic mas huius maris huic mari hunc marem o mas ab hoc mare, numeri pluralis hi mares horum marum his maribus hos mares o mares ab his maribus. sane de genetivo casu numeri pluralis hoc monemus, quod iam et in superioribus diximus, id
15 est quod hunc casum, qui ab e correpto venire reperitur, in sonis conpetenter tractare debeamus.

Declinatio Iovis: numeri singularis hic Iuppiter huius Iovis huic Iovi hunc Iovem o Iuppiter ab hoc Iove. haec si numerum pluralem facere coguntur, ad hoc exemplum declinantur: numeri pluralis hi Ioves horum
20 Iovium his Iovibus hos Ioves o Ioves ab his Iovibus. sane de genetivo casu numeri pluralis hoc monemus, quod iam et in superioribus diximus, id est quod hunc casum, qui ab e correpto venire reperitur, in sonis conpetenter tractare debeamus.

Declinatio duorum: generis masculini numeri pluralis hi duo horum
25 duorum his duobus hos duos o duo ab his duobus; generis feminini numeri pluralis hae duae harum duarum his duabus has duas o duae ab his duabus; generis neutri numeri pluralis haec duo horum duorum his duobus haec duo o duo ab his duobus. declinatio amborum: generis masculini numeri pluralis hi ambo horum amborum his ambobus hos ambos
30 o ambo ab his ambobus; generis feminini numeri pluralis hae ambae harum ambarum his ambabus has ambas o ambae ab his ambabus; generis neutri numeri pluralis haec ambo horum amborum his ambobus haec ambo o ambo ab his ambobus. declinatio trium: generis communis numeri pluralis hi et hae tres, horum et harum trium, his et his tribus, hos et has
35 tres et tris, o et o tres, ab his et ab his tribus; generis neutri numeri pluralis haec tria horum trium his tribus haec tria o tria ab his tribus. ‖ declinatio septem: numeri pluralis, qui aptote pronuntiatur, hi septem horum septem his septem hos septem o septem ab his septem. sic et novem decem undecim duodecim tredecim quattuordecim quindecim se-
40 decim. declinatio bidui: hoc biduum huius bidui huic biduo hoc biduum

1 ab his bubus *R* ab his bobus *B* 14 iam et in *B* iam in *R* 25 hos duos et duo o duo *Br:* et duo *om. R* 29 hos ambos et ambo o ambo *Br:* et ambo *om. R* 37 septem *post* declinatio *om. R, add. B* pronuntiatur *v* pronuntiantur *R*

p. 243. 44 R. p. 334. 35 V.

o biduum ab hoc biduo. declinatio tridui: hoc triduum huius tridui huic triduo hoc triduum o triduum ab hoc triduo. declinatio quadridui: hoc quadriduum huius quadridui huic quadriduo hoc quadriduum o quadriduum ab hoc quadriduo. declinatio rienis: numeri singularis haec rien huius rienis huic rieni hanc rienem o rien ab hac riene, numeri pluralis hae rienes harum rienium his rienibus has rienes o rienes ab his rienibus.

Quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis a vel o littera terminantur et neque aptota neque anomala esse reperiuntur, haec in eodem ablativo casu numeri singularis rum syllabam accipiunt et genetivum casum numeri pluralis ostendunt. at vero haec eadem nomina, quae diximus ablativo casu numeri singularis a vel o littera terminari et nec aptota neque anomala reperiri, ex eodem ablativo casu numeri singularis eandem a vel o in is litteras convertunt et dativum vel ablativum casum numeri pluralis ostendunt. quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis e producto terminantur, haec in eodem ablativo casu numeri singularis rum syllabam accipiunt et genetivum casum numeri pluralis ostendunt. at vero haec eadem nomina, quae diximus ablativo casu numeri singularis e littera producta terminari, in eodem ablativo casu numeri singularis bus syllabam accipiunt et dativum vel ablativum casum numeri pluralis ostendunt. quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis u littera terminantur, haec in eodem ablativo casu numeri singularis um syllabam accipiunt et genetivum casum numeri pluralis ostendunt. at vero haec eadem nomina, quae diximus ablativo casu numeri singularis u littera terminari, ex eodem ablativo casu numeri singularis eandem u litteram in i convertunt et bus syllabam accipiunt, unde dativum vel ablativum casum numeri pluralis ostendunt. quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis e correpto terminantur, haec ex eodem ablativo casu numeri singularis eandem e litteram omittunt vel in i convertunt et um syllabam accipiunt, unde genetivum casum numeri pluralis ostendunt. at vero haec eadem nomina, quae diximus ablativo casu numeri singularis e correpto terminari, haec ex eodem ablativo casu numeri singularis eandem e correptam in i litteram convertunt et bus syllabam accipiunt, unde dativum vel ablativum casum numeri pluralis ostendunt. quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis i littera terminantur et aptota esse non reperiuntur, haec in eodem ablativo casu numeri singularis bus syllabam accipiunt et dativum vel ablativum casum numeri pluralis ostendunt.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius ‘vultur obunco’ huius vulturi an huius vulturis facere debeat. sed quaecumque nomina nominativo casu numeri singularis ur litteris definiuntur, haec genetivo casu numeri singu-

4 rienis *R* renis *Br*: *item in reliquis eiusdem nominis casibus* 6 rienium *R* renium *r* reuum *B* 13 eandem a *v* eundem a *RB* 14 vel ablativum *om. R*, *add. B* 38 Vergilius] *Aen.* VI 597

p. 244. 45 R. p. 335—37 V.

laris s non i littera definiuntur; et ideo vultur huius vulturis, non vulturi facere demonstratur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius ‘umida solstitia’ nominativo casu numeri singularis hoc solstitiu an hoc solsti|tium facere debeat. sed quaecumque nomina generis neutri nominativo casu numeri pluralis ia litteris definiuntur, haec numquam nominativo casu numeri singularis u littera terminantur; et ideo hoc solstitium, non hoc solstitiu facere pronuntiatur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Sallustius ‘sed Allobroges ex praecepto Ciceronis’ nominativo casu numeri singularis Allobrogus an Allobroges facere debeat. sed quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri pluralis es litteris definiuntur et a nominativo casu numeri singularis in eodem nominativo casu numeri pluralis per syllabas non crescunt, haec in nominativo casu numeri singularis numquam us litteris definiuntur; et ideo hic Allobroges, non hic Allobrogus facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa Vergilius ‘haec finis Priami’ feminino genere pronuntiarit, siquidem quaecumque nomina inanimalia Latina dumtaxat nominativo casu numeri singularis disyllaba esse reperiuntur et nis syllaba terminantur, haec secundum analogicam disciplinam masculini generis èsse probantur. sed hoc in metris conpetenter tractabimus, scilicet quoniam propter metrum hoc fecisse Vergilium declarabimus.

Quaeritur, ab eo quod dixit Cicero ‘ex agresti luxuria’ hic agrester an agrestis facere debeat. sed quaecumque nomina in ablativo casu numeri singularis a nominativo casu numeri singularis per syllabas non crescunt et in eodem ablativo casu numeri singularis ante ulti|mam vocalem unam consonantem habent oppositam, haec numquam nominativo casu numeri singularis er litteris definiuntur; et ideo hic agrestis, non hic agrester facere pronuntiatur.

Quaeritur, hoc torcular an hoc torculare facere debeat. sed quaecumque nomina generis neutri genetivo casu numeri singularis ante ultimam syllabam a litteram habent constitutam, si eandem a litteram producto accentu resonant, haec numquam || nominativo casu numeri singularis ar litteris definiuntur; et ideo hoc torculare, non hoc torcular facere pronuntiatur. sane etiam hoc monemus, quod haec eadem nomina in eodem nominativo casu numeri singularis certa necessitate metri vel structurae et ar litteris permissa sint declinari. sed qua de causa haec eadem supra dicta nomina nominativo casu numeri singularis et ar litteris permissa sint pronuntiari, hoc in metris vel structuris conpetenter tractabimus.

3 Vergilius] *georg.* I 100 4 an hoc solstitium *rB* an hoc solistitium *R* 7 non hoc solstitiu *rB* non hoc solistitiu *R* 8 Sallustius] *Catil.* 44 16 Vergilius] *Aen.* II 554 18 disyllaba *Br* dissyllaba *R* 19 analogicam *Br* inalogicam *R* 20 tractabimus *r* tractauimus *RB* 21 declarabimus *r* declarauimus *RB* 22 Cicero] *in Catil.* II 3, 5 luxuria *R* luxuriae *B* luxurie *v* 31 si *om. R, add. r* 38 uel in structuris *R:* in *om. Br* tractabimus *r* tractauimus *RB*

p. 245. 46 R. p. 337. 38 V.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius 'et viscera nudant' nominativo casu numeri singularis hoc viscum an hoc viscus facere debeat. sed quaecumque nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis um litteris definiuntur, haec numquam nominativo casu numeri pluralis a nominativo casu numeri singularis per syllabas crescunt; et ideo haec viscera hoc viscus, non hoc viscum facere demonstratur.

Quaeritur, qua de causa horum dentium et non horum dentum facere debeat. hac de causa, quoniam quaecumque nomina nominativo casu numeri singularis ens litteris definiuntur et monosyllaba esse reperiuntur, haec genetivo casu numeri pluralis ium litteris concluduntur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius 'lapidosaque corna Dant rami' nominativo casu numeri singularis hoc cornu an hoc cornum facere debeat. sed quaecumque nomina generis neutri nominativo casu numeri pluralis a littera post consonantem concluduntur, haec numquam nominativo casu numeri singularis u littera terminantur; et ideo haec corna hoc cornum, non hoc cornu facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa huius pectinis et non huius pectenis dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis || masculini nominativo casu numeri singularis en litteris definiuntur et monosyllaba esse non reperiuntur, haec eandem e litteram, quam habent in eodem nominativo casu numeri singularis ante n ultimum, per ce|teros casus in i litteram convertunt; et ideo hic pecten huius pectinis, non huius pectenis facere demonstratur.

Quaeritur, qua de causa inops per p, non per b litteram scribatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina in quolibet casu in ultima vel prope ultimam syllabam p litteram habent constitutam, haec in nominativo casu numeri singularis per p, non per b litteram scribuntur; et ideo inops, non inobs facere pronuntiatur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Sallustius 'vas aut vestimentum alicuius concupiverat' vas ad quam formam pertineat. utique ad eam, qua nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis as litteris definiuntur, ut puta fas; et ideo vas et cetera talia secundum formam suam aptote sunt declinanda.

Quaeritur, qua de causa huius Achatis dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis e littera correpta terminantur et aptota esse non reperiuntur, haec genetivo casu numeri singularis is litteris definiuntur et ad exemplum e litterae correptae per ceteros casus declinantur. nunc cum dicat Vergilius 'uno comitatus Achate', utique iam huius Achatis facere pronuntiavit.

1 Vergilius] *Aen.* I 211 6 demonstratur *B* demonstrant *R* 8 debeat *B* debeant *R* 10 concluduntur *B* crescunt *R* 11 Vergilius] *Aen.* III 649 20 haec eandem *R* haec eadem *B* 23 demonstrant *RB* 26 uel prope ultimam *R*, *om.* *B* 29 Sallustius] *Catil.* 51 32 formam suam *R* formas suas *B* 38 Vergilius] *Aen.* I 312

p. 246. 47 R. p. 338—40 V.

Quaeritur, qua de causa plebs per b et non per p litteram scribatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina in quolibet casu in ultima vel prope ultimam syllabam b litteram habent constitutam, haec in nominativo casu numeri singularis per b, non per p litteram scribuntur; et ideo plebs, non pleps facere pronuntiatur: facit enim plebs plebis.

Quaeritur, qua de causa labsus per b et non per p litteram scribatur. hac de causa, quoniam quaecumque vocabula ab illis ver‖bis venire reperiuntur, quae modo indicativo temporis praesentis ex prima persona in ultima vel prope ultimam syllabam b litteram habent constitutam, haec per b, non per p litteram scribuntur. nunc cum labsus a labor venire intellegatur, et ideo per b, non per p litteram scribi pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa Sallustius hic proconsule pronuntiarit, cum nomina generis masculini prohibeantur nominativo casu numeri singularis e littera terminari. quare hoc monemus, quod haec in sonis conpetenter tractare debeamus. |

Quaeritur, qua de causa mortuus nominativo et accusativo casu numeri singularis ante ultimam consonantem per duo u scribatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina genetivo casu numeri singularis ui litteris discretis definiuntur, haec nominativo et accusativo casu numeri singularis per duas u litteras ante ultimam consonantem scribuntur. nunc cum et hoc nomen huius mortui facere intellegatur, et ideo hic mortuus et hunc mortuum facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa hic sobrius et non hic sober dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis io litteris discretis definiuntur, haec numquam nominativo casu numeri singularis er litteris concluduntur. nunc cum et hoc nomen ab hoc sobrio facere reperiatur, et ideo hic sobrius, non hic sober facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa coqus per q et non per c litteram scribatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina in quolibet casu in ultima vel ante ultimam syllabam q litteram habent constitutam, haec per omnes casus eandem q litteram in ultima vel ante ultimam syllabam necesse est ut custodiant. nunc cum dicat Terentius in Eunucho ‘coqui fartores’ et cetera, utique iam coqum per q, non per c litteram scribi demonstrat. ‖

Quaeritur, qua de causa miles per s et non per x litteram scribatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis communis genetivo casu numeri singularis tis syllaba terminantur, haec numquam nominativo casu numeri singularis x littera definiuntur. nunc cum et hoc nomen

3 uel prope ultimam *R* uel proultimam *B* 9 uel prope ultimam *R* uel proultimam *B* 12 pronuntiarit *r* pronuntiauit *R* pronuntiaris *B* 15 tractare debeuimus *R* tractare debebimus *r* tractauimus *B* 21 et ideo *B* ideo *R* 29 coqus *RB* coquus *r* 33 in Eunucho] II 2, 26 34 coqum *R* coquum *Br*

p. 247. 48 R. p. 340. 41 V.

huius militis facere reperiatur, et ideo hic miles per s, non per x litteram pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa Hannibalis a littera, quam habet ante ultimam syllabam, producto accentu pronuntietur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis al litteris definiuntur, haec eandem a litteram, quam habent ante l ultimum constitutam, secundum rationem sonorum necesse est ut per omnes casus producant.

Quaeritur, qua de causa vocativo casu numeri singularis o dee per duas e litteras scribatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis eus litteris definiuntur, haec excepto genetivo casu numeri pluralis per | ceteros casus pari numero syllabarum oportet scribi.

Quaeritur, qua de causa huius Gai per unam i litteram scribatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ius syllaba definiuntur, haec genetivo casu numeri singularis per unam i litteram scribuntur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius 'terga dabant' qua de causa hoc tergum et non hoc tergus facere reperiatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis neutri a nominativo casu numeri singularis in accusativo casu numeri pluralis per syllabam non crescunt, haec numquam nominativo casu numeri singularis us litteris definiuntur; et ideo terga hoc tergum et non hoc tergus facere pronuntiatur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius 'tergora diripiunt costis' qua de causa hoc tergus et non hoc tergum facere pronuntietur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis neutri || a nominativo casu numeri singularis in accusativo casu numeri pluralis per syllabas crescunt, haec numquam nominativo casu numeri singularis um litteris definiuntur; et ideo tergora hoc tergus, non hoc tergum facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa Varro masculum et feminam avos pronuntiarit. hac de causa, quoniam quaecumque generis feminini nomina generibus masculinis reperiuntur esse coniuncta, haec sub sono generis masculini necesse est ut procedant. qua disciplina et Vergilius Priamum et Hecubam masculino genere appellat, dicens de Andromacha

ferre incomitata solebat
ad soceros:

item idem Maro Helenum et Andromacham

3 a litteram *corr.* a littera *B* littera *r* litteram *R* 6 haec eandem *r* haec eadem *RB* 19 Vergilius] *Aen.* XII 738 25 Vergilius] *Aen.* I 211 26 pronuntietur *r* pronuntiatur *Rv* 31 anos *B* ambos *R* pronuntiarit *r* pronuntiauit *Rv* 32 generibus masculinis *R* generib. (*corr.* generis) masculini *B* nominibus generis masculini *v* 35 haecubam *RB* 36 ferre] *Verg. Aen.* II 456

p. 248. 49 R. p. 341. 42 V.

hos ego digrediens lacrimis adfabar obortis:

item idem Vergilius

quattuor ab stabulis praestanti corpore tauros
avertit, totidem forma superante iuvencas;
atque hos, nequa forent pedibus vestigia rectis,
cauda in speluncam tractos saxo occultabat opaco.

nunc quoniam longum est et alia exempla proferre, et ideo, ut diximus, hoc observari monemus, ut, sic uti supra docuimus, quod quaecumque nomina generis feminini cum nominibus generis masculini coniuncta esse reperiuntur, haec sub sono masculini generis resonare pronuntientur.

Quaeritur, quare monitor monitrix et genitor genetrix, item victor victrix et nu|tritor nutrix, hoc est qua de causa monitor et monitrix per i litteram scribuntur, et qua de causa genitor per i et genetrix per e litteram scribitur; item qua de causa victor et victrix pari numero syllabarum scribuntur et nutritor a nutrice per syllabam maior esse reperiatur. quare hoc monemus, quod hoc in sonis conpetenter tractare debeamus. ‖

Quaeritur, quare Vergilius de Iunone 'auctor ego audendi' et non auctrix pronuntiarit. hac de causa, quoniam quaecumque nomina a verbis anomalis venire intelleguntur, haec aut deficiunt, aut certe anomale pronuntiantur. nunc cum et hoc nomen a verbo anomalo oriri reperiatur, id est ab audeo (facit enim specie perfecta ausus sum), et ideo hoc nomen feminini generis anomalum facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa Vergilius calces feminino genere pronuntiarit. hac de causa, quoniam quaecumque nomina Romana dumtaxat inanimalia nominativo casu numeri singularis x littera terminantur et monosyllaba esse reperiuntur, haec feminini generis esse pronuntiantur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius

cumulantque oneratis lancibus aras

nominativo casu numeri singularis lances an lancies dicatur. utique lances et non lancies facere pronuntiatur, scilicet quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis e littera correpta terminantur, haec in dativo *vel ablativo* casu numeri pluralis per syllabam crescunt. nunc cum et hoc nomen ab e correpto venire reperiatur, et ideo nominativo casu numeri singularis lances, non lancies facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa Bomilcaris correpte et non producte pronuntietur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina nominativo casu numeri singularis ar litteris definiuntur, haec eandem a litteram, quam habent ante r ultimum, per omnes casus corripiunt, ut puta Caesar Caesaris: sic utique et Bomilcar Bomilcaris correpto, non producto accentu debeat pronuntiari.

1 hos] *Verg. Aen.* III 492 3 quattuor] *Verg. Aen.* VIII 207 15 repperiatur *RB* repperitur *r* 17 Vergilius] *Aen.* XII 159 23 Vergilius] *Aen.* XI 714 quadrupedemque citum ferrata calce fatigat 27 Vergilius] *Aen.* VIII 284 32 vel ablativo *om. Rv* 35 Bomilcaris *v* uomilcaris *RB* 39 Bomilcar Bomilcaris *v* uomilcar uomilcaris *RB*

p. 249. 50 R. p. 342—44 V.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius ‘velleribus niveis’ nominativo casu numeri singularis vellus an vellum dicatur. sed quaecumque nomina generis neutri dativo vel ablativo casu numeri pluralis bus syllaba terminantur, haec numquam nominativo casu numeri || singularis | um litteris definiuntur; et ideo hoc vellus, non hoc vellum facere pronuntiatur. item et alia probatio, qua de causa hoc vellus et non hoc vellum facere pronuntiatur: quoniam quaecumque nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis um litteris definiuntur, haec numquam in nominativo casu numeri pluralis ab eodem nominativo casu numeri singularis per syllabam crescunt. nunc cum dicat Vergilius ‘vellera siccat’, et ideo non hoc vellum, sed hoc vellus facere pronuntiatur.

Quaeritur, horum Samuelium an horum Samuelum dicatur. sed hoc monemus, quod quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis el litteris definiuntur, haec numerum pluralem facere prohibentur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Sallustius ‘annua imperia’ qua de causa nominativus accusativus et vocativus casus numeri singularis ante ultimam consonantem per duas u litteras scribantur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis neutri nominativo casu numeri pluralis ua litteris discretis definiuntur, haec, si aptota esse non reperiuntur, nominativo accusativo et vocativo casu numeri singularis per duas u litteras ante ultimam consonantem scribuntur, ut puta ‘fatua mancipia’ ‘hoc fatuum mancipium’. sic utique et ‘annua imperia’ ‘annuum imperium’ facere pronuntiatur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius ‘tapetibus altis’ nominativo casu numeri singularis hoc tapetum an hoc tapetus an hoc tapete facere pronuntietur. sed quaecumque nomina ablativo casu numeri pluralis bus syllaba terminantur, haec numquam nominativo casu numeri singularis um litteris definiuntur. quare ab his tapetibus hoc tapetum facere prohibetur. item quaecumque nomina dativo vel ablativo casu numeri pluralis bus syllaba terminantur et a nominativo casu numeri singularis in isdem supra dictis casibus una syllaba crescere reperiuntur, haec numquam in eodem nominativo casu numeri singularis us litteris definiuntur, et ideo non hoc tapetus, sed hoc tapete facere pronuntiatur; scilicet quoniam quaecumque nomina generis neutri dativo vel ablativo casu numeri pluralis a nominativo casu numeri singularis una syllaba crescunt, haec in eodem nomi||nativo casu numeri singularis e littera terminantur et ad exemplum monilis per omnes casus declinantur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Lucilius

1 Vergilius] *Aen.* IIII 459 10 Vergilius] *bucol.* 3, 95 siccat *r* siccant *R* seccat *B* 16 Sallustius] *Catil.* 6 17 post ultimam *Rv* 22 post ultimam *Rv* 25 Vergilius] *Aen.* VIIII 325 39 lucilius *R* uergilius *B*: item apud liuium erant ablatiuo ab his tapetibus et equorum inaurata tapeta *codex Lavantinus*

p. 250. 51 R. p. 344. 45 V.

erant et equorum inaurata tapeta

qua de causa hoc | tapetum facere pronuntietur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis neutri a nominativo casu numeri singularis in accusativo casu numeri pluralis per syllabam non crescunt, haec nominativo casu numeri singularis um litteris definiuntur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius 'pulchrosque tapetas' qua de causa nominativo casu numeri singularis hic tapeta facere pronuntietur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina accusativo casu numeri pluralis as litteris definiuntur, haec nominativo casu numeri singularis a littera terminantur et ad exemplum Catilinae per omnes casus declinantur.

Quaeritur, qua de causa hic figulus et non hic figel dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis o littera terminantur, haec numquam nominativo casu numeri singularis el litteris definiuntur. nunc cum et hoc nomen ab hoc figulo facere reperiatur, et ideo hic figulus, non hic figel facere pronuntiatur.

Declinatio feminis: generis neutri numeri singularis hoc femus huius feminis huic femini hoc femus o femus ab hoc femine, numeri pluralis haec femina horum feminum his feminibus haec femina o femina ab his feminibus. declinatio femoris: generis neutri numeri singularis hoc femur huius femoris huic femori hoc femur o femur ab hoc femore, numeri pluralis haec femora horum femorum his femoribus haec femora o femora ab his femoribus.

Quaeritur, quare hic scorpius et non hic scorpio dicatur. sed cum dicat * 'venenum scorpii frigidum attigerat', utique iam hic scorpius, non hic scorpio facere demonstravit; scilicet quoniam quaecumque nomina generis masculini genetivo casu numeri singularis i littera terminantur, haec numquam nominativo casu numeri singularis o littera definiuntur.

Quaeritur, qua de causa Vergilius tenuia pronuntiarit. hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis e littera terminantur, haec ex eodem nominativo casu numeri singularis eandem e litteram in ia litteras convertunt et nominativum casum numeri pluralis ostendunt; et ideo hoc tenue haec tenuia facere pronuntiatur.

De nomine, quantum ratio poscebat, tractavimus. |

1 et *om. B, add. R* equorum *r* aequorum *R* 6 Vergilius] *Aen.* VIIII 358 14 el littera *R* e litteris *B* 24 *post* dicat *nomen scriptoris excidisse videtur* 29 tenuia pronuntiarit *r* tenuia uia pronuntiauit *R* tenuia uit uittae pronuntiauit *B* tenuia fila pronuntiauit *codex Parisinus* 7519. tenuia *in Vergilii carminibus legitur georg.* I 397. II 121. IIII 38. *Parisini codicis scripturam ad Lucretii versum* III 383 nec nebulam noctu neque aranei tenuia fila *referendam esse putabat editor Vindobonensis.*

p. 252. 53 R. p. 345. 46 V.

DE PRONOMINE.

Pronomen est pars orationis, quae posita pro nomine minus quidem plene, idem tamen significat, ut puta ego ipse quis et cetera talia; et ideo minus plene, quoniam restat ut definiatur, ut puta ego Cato, ipse Cicero, quis Terentius. sic uti diximus et cetera pronomina habent significationes suas. pronomini accidunt genus figura numerus casus persona qualitas accentus.

De genere. genera in pronominibus sic uti in nominibus consideranda sunt, ut puta masculinum hic, femininum haec, neutrum hoc, commune qualis, omne ego. sane quem ad modum per casus misceantur genera, in nomine iam satis tractavimus.

De figura. figura pronominibus accidit sic uti et ceteris partibus orationis, simplex et composita. simplex figura pronominum est, ut puta quis; composita figura pronominum est, ut quisquis. sed composita figura quibus vel quot modis fiat, in nomine iam satis tractavimus.

De numero. numerus pronominibus accidit sic uti et no‖minibus, singularis pluralis et communis: singularis hic, pluralis hi, communis quidam. sic et per alia pronominum genera in declinatione necesse est hi numeri suum officium compleant.

De casu. casus pronominibus accidunt ad declinandum sic uti et nominibus.

De persona. personae pronominum sunt tres, prima ego, secunda tu, tertia ille. hae finitis pronominibus accidunt tantum; item, ut vult Plinius Secundus, et possessivis.

De qualitate. qualitas pronominum in quattuor formas dividitur: finita, minus quam finita, infinita, possessiva.

De finita. finita pronomina sunt, quae notant certum numerum, certam | personam. haec tria sunt tantum, ego tu ille. nunc eorum singulorum generum declinationem subicimus. ego pronomen finitum generis omnis figurae simplicis numeri singularis personae primae casus nominativi, quod declinabitur sic: numeri singularis ego mei mihi me [ego] a me, numeri pluralis nos nostrum nobis nos [nos] a nobis. tu pronomen finitum generis omnis figurae simplicis numeri singularis personae secundae casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic: numeri singularis tu tis vel tui tibi te tu a te, numeri pluralis vos vestrum et vostrum vobis vos vos a vobis. ille pronomen finitum generis masculini figurae simplicis numeri singularis personae tertiae casus nominativi, quod declinabitur sic: ‖ numeri

1 DE PRONOMINE *r* INCIPIT DE PRONOMINE *B*, *om. R* 4 ut definiatur puta *R* ut definiat ut puta *rv* 5 sicuti *R* sicut *B* et cetera *B* ut cetera *R* 22 pronominum *r* pronominibus *RB* 25 De qualitate] *Serv. in Don. p.* 1847 *Pompei. p.* 235. 236: *cf. Serv. p.* 1848 *Pompei. p.* 260 *Cledon. p.* 1906 26 finita minus quam finita infinita possessiua *RB* finitam minus quam finitam infinitam possessiuam *r* 31 ego *et item in plurali numero* nos *vocativo casu om. B, add. R*

p. 253. 54 R. p. 347. 48 V.

singularis ille illius illi illum ille ab illo, numeri pluralis illi illorum illis illos illi ab illis; generis feminini numeri singularis illa et illaec illius illi illam illa ab illa, numeri pluralis illae illarum illis illas illae ab illis; generis neutri numeri singularis illud illius illi illud illud ab illo, numeri pluralis illa illorum illis illa illa ab illis.

De minus quam finita. minus quam finita forma sex haec pronomina continet tantum, ipse iste is idem sibi hic. nunc eorum singulorum genera cum declinatione subicimus. ipse pronomen minus quam finitum generis masculini figurae simplicis numeri singularis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic: numeri singularis ipse vel ipsus ipsius ipsi ipsum ipse ab ipso, numeri pluralis ipsi ipsorum ipsis ipsos ipsi ab ipsis; generis feminini numeri singularis ipsa ipsius ipsi ipsam ipsa ab ipsa, numeri pluralis ipsae ipsarum ipsis ipsas ipsae ab ipsis; generis neutri numeri singularis ipsum ipsius ipsi ipsum ipsum ab ipso, numeri pluralis ipsa ipsorum ipsis ipsa ipsa ab ipsis. iste pronomen minus quam finitum generis masculini figurae simplicis numeri singularis casus nominativi, quod declinabitur sic: | numeri singularis iste istius isti istum iste ab isto, numeri pluralis isti istorum istis istos isti ab istis; generis feminini numeri singularis ista et istaec istius isti istam ista ab ista, numeri pluralis istae istarum istis istas istae ab istis; generis neutri numeri singularis istud istius isti || istud istud ab isto, numeri pluralis ista et istaec, istorum, istis, ista et istaec, ista et istaec, ab istis. is pronomen minus quam finitum generis masculini figurae simplicis numeri singularis casus nominativi, quod declinabitur sic: numeri singularis is eius ei eum is ab eo, numeri pluralis ii et ei, eorum, iis et eis, eos, ii et ei, ab iis et ab eis; generis feminini numeri singularis ea eius ei eam ea ab ea, numeri pluralis eae, earum, iis et eis, eas, eae, ab iis et ab eis; generis neutri numeri singularis id eius ei id id ab eo, numeri pluralis ea, eorum, iis et eis, ea, ea, ab iis et ab eis. idem pronomen minus quam finitum generis masculini figurae compositae numeri singularis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic: numeri singularis idem eiusdem eidem eundem idem ab eodem, numeri pluralis iidem, eorundem, iisdem et eisdem, eosdem, iidem, ab iisdem et ab eisdem; generis feminini numeri singularis eadem eiusdem eidem eandem eadem ab eadem, numeri pluralis eaedem, earundem, iisdem et eisdem, easdem, eaedem, ab iisdem et ab eisdem; generis neutri numeri singularis idem eiusdem eidem idem idem ab eodem, numeri pluralis eadem, eorundem, iisdem et eisdem, eadem, eadem, ab iisdem et ab eisdem. sibi pronomen defectivum minus quam finitum generis omnis figurae compositae numeri tantum singularis casus dativi, quod declinabitur per hos tres casus tantum, id est dativum accusativum et ablativum || numeri

10 uel ipsus *om. B, add. R* 19 et istaec *Br* et isthaec *R* 21 et istaec *Br* et isthaec *R* 22 et istaec *Br* et isthaec *R*

singularis, sibi se a se. hic pronomen minus quam finitum generis masculini figurae simplicis numeri singularis casus nominativi, quod declinabitur sic: numeri singularis hic huius huic hunc o ab hoc, numeri pluralis hi horum his hos o ab his; generis feminini numeri singularis haec huius huic hanc o ab hac, numeri pluralis hae | harum his has o ab his; generis neutri numeri singularis hoc huius huic hoc o ab hoc, numeri pluralis haec horum his haec o ab his. sane hoc monemus, quod Plinius Secundus hic tunc voluit dici pronomen, quando solum reperitur declinari, ut puta hic huius et cetera sequentia; at vero si cum alia parte orationis inveniatur declinari, articulum appellari, ut puta hic Cato huius Catonis et cetera sequentia. sed haec discretio a Plinio Secundo cunctis artis latoribus supervacue visa est constitui, siquidem omnis oratio octo partibus tantum instituta sit pronuntiari.

De infinita. infinita forma decem novem haec pronomina continet tantum, qui vel quis quidam quicumque quisquam quisquis quisnam quispiam aliquis nequis siquis qualis qualiscumque talis quantus quantuscumque tantus quotus quotuscumque totus. nunc eorum singulorum genera cum declinatione subicimus. qui vel quis pronomen infinitum generis masculini figurae simplicis numeri qui communis, quis singularis, casus nominativi, quod declinabitur sic: numeri singularis qui vel quis, cuius, cui, quem, qui vel quis, a quo et a qui; numeri pluralis qui, quorum, quibus et quis, quos, qui, a quibus et a quis; generis feminini numeri singularis quae cuius cui quam quae a qua; numeri pluralis quae, quarum, quibus et quis, quas, quae, a quibus et a quis; || generis neutri numeri singularis quod cuius cui quod quod a quo vel a qui; numeri pluralis quae, quorum, quibus et quis, quae, quae, a quibus et a quis. quidam pronomen infinitum generis masculini figurae compositae numeri communis casus nominativi, quod declinabitur sic: numeri singularis quidam cuiusdam cuidam quendam quidam a quodam, numeri pluralis quidam quorundam quibusdam quosdam quidam a quibusdam; generis feminini numeri singularis quaedam cuiusdam cuidam quandam quaedam a quadam, numeri pluralis quaedam quarundam quibusdam quasdam quaedam a quibusdam; generis neutri numeri singularis quoddam cuiusdam cuidam quoddam quoddam a quodam, numeri pluralis quaedam quorundam quibusdam quaedam quaedam a quibusdam. quicumque pronomen infinitum generis masculini figurae | compositae numeri communis casus nominativi, quod declinabitur sic: numeri singularis quicumque cuiuscumque cuicumque quemcumque quicumque a quocumque, numeri pluralis quicumque quorumcumque quibuscumque quoscumque quicumque a quibuscumque; generis feminini numeri singularis quaecumque cuiuscumque cuicumque quamcumque quae-

7 plinius *R* plenius *B* 10 huius Catonis *rv* huius ciceronis *R* 11 plinio *R* plenio *B* 36 communis *rv* singularis *R*

p. 256. 57 R. p. 350—52 V.

cumque a quacumque, numeri pluralis quaecumque quarumcumque quibuscumque quascumque quaecumque a quibuscumque; generis neutri numeri singularis quodcumque cuiuscumque cuicumque quodcumque quodcumque a quocumque, numeri pluralis quaecumque quorumcumque quibuscumque quaecumque quaecumque a quibuscumque. quisquam pronomen infinitum generis masculini figurae compositae numeri singularis casus nominativi, quod declinabitur sic: numeri singularis quisquam cuiusquam cuiquam quemquam quisquam a quoquam, numeri || pluralis quiquam quorumquam quibusquam quosquam quiquam a quibusquam; generis feminini numeri singularis quaequam cuiusquam cuiquam quamquam quaequam a quaquam, numeri pluralis quaequam quarumquam quibusquam quasquam quaequam a quibusquam; generis neutri numeri singularis quodquam cuiusquam cuiquam quodquam quodquam a quoquam, numeri pluralis quaequam quorumquam quibusquam quaequam quaequam a quibusquam. quisquis pronomen infinitum generis masculini figurae compositae numeri singularis casus nominativi, quod declinabitur sic: numeri singularis quisquis cuiuscuius cuicui quemquem quisquis a quoquo, numeri pluralis quiqui quorumquorum quibusquibus quosquos quiqui a quibusquibus; generis feminini numeri singularis quaequae cuiuscuius cuicui quamquam quaequae a quaqua, numeri pluralis quaequae quarumquarum quibusquibus quasquas quaequae a quibusquibus; generis neutri numeri singularis quodquod cuiuscuius cuicui quodquod quodquod a quoquo, numeri pluralis quaequae quorumquorum quibusquibus quaequae quaequae a quibusquibus. quisnam pronomen infinitum generis masculini figurae compositae numeri singularis casus nominativi, quod declinabitur sic: numeri singularis quisnam cuiusnam cuinam quemnam quisnam a quonam, numeri pluralis quinam quorumnam quibusnam quosnam quinam a qui|busnam; generis feminini numeri singularis quaenam cuiusnam cuinam quamnam quaenam a quanam, numeri pluralis quaenam quarumnam quibusnam quasnam quaenam a quibusnam; generis neutri numeri singularis quodnam cuiusnam cuinam quodnam quodnam a quonam, numeri pluralis quaenam quorumnam quibusnam quaenam quaenam a quibusnam. quispiam pronomen infinitum generis masculini figurae com||positae numeri singularis casus nominativi, et declinabitur per singula genera salva specie sua ad exemplum cuiusnam. aliquis pronomen infinitum generis masculini figurae compositae numeri singularis casus nominativi, quod declinabitur sic: numeri singularis aliquis alicuius alicui aliquem aliquis ab aliquo, numeri pluralis aliqui aliquorum aliquibus aliquos aliqui ab aliquibus; generis feminini numeri singularis aliqua alicuius alicui aliquam aliqua ab aliqua, numeri pluralis aliquae aliquarum aliquibus aliquas aliquae ab aliquibus; generis neutri numeri singularis aliquod alicuius alicui aliquod aliquod ab aliquo, numeri pluralis

39 alicuius *B* aliquius *R* 41 alicuius *B* aliquius *R*

p. 257. 58 R. p. 352. 53 V.

aliqua aliquorum aliquibus aliqua aliqua ab aliquibus. nequis pronomen infinitum generis masculini figurae compositae numeri singularis casus nominativi, et declinabitur per singula genera salva specie sua ad exemplum alicuius. siquis pronomen infinitum generis masculini figurae compositae numeri singularis casus nominativi, et declinabitur per singula genera salva specie sua ad exemplum alicuius. qualis pronomen infinitum generis communis figurae simplicis numeri singularis casus nominativi genetivi vocativi et accusativi pluralis, quod declinabitur sic: numeri singularis qualis qualis quali qualem qualis a quale et a quali, numeri pluralis quales qualium qualibus quales et qualis quales a qualibus; generis neutri numeri singularis quale qualis quali quale quale a quale et a quali, numeri pluralis qualia qualium qualibus qualia qualia a qualibus. qualiscumque pronomen infinitum generis communis figurae compositae numeri singularis casus nominativi genetivi vocativi et accusativi pluralis, quod declinabitur sic: numeri singularis qualiscumque qualiscumque qualicumque qualemcumque qualiscumque a qualecumque et a qualicumque, numeri pluralis qualescumque qualiumcumque || qualibuscumque qualescumque et qualiscumque qualescumque a qualibuscumque; generis neutri numeri singularis qualecumque qualiscumque qualicumque qualecumque qualecumque a qualecumque et qualicumque, numeri pluralis qualiacumque qualiumcumque qualibuscumque qualiacumque qualiacumque a qualibuscumque. talis pronomen infinitum generis communis figurae simplicis numeri singularis casus nominativi genetivi et vocativi et accusativi pluralis, et declinabitur per singula genera salva specie sua ad exemplum qualis. quantus pronomen infinitum generis masculini figurae simplicis numeri singularis casus nominativi, quod declinabitur sic: numeri singularis quantus quanti quanto quantum quante a quanto, numeri pluralis quanti quantorum quantis quantos quanti a quantis; generis feminini numeri singularis quanta quantae quantae quantam quanta a quanta, numeri pluralis quantae quantarum quantis quantas quantae a quantis; generis neutri numeri singularis quantum quanti quanto quantum quantum a quanto, numeri pluralis quanta quantorum quantis quanta quanta a quantis. quantuscumque pronomen infinitum generis masculini figurae compositae numeri singularis casus nominativi, quod declinabitur sic: numeri singularis quantuscumque quanticumque quantocumque quantumcumque quantecumque a quantocumque, numeri pluralis quanticumque quantorumcumque quantiscumque quantoscumque quanticumque a quantiscumque; generis feminini numeri singularis quantacumque quantaecumque quantaecumque quantamcumque quantacumque a quantacumque, numeri pluralis quantaecumque quantarumcumque quantiscumque

5 et declinatur *rv* declinatur *R* 7 simplicis *B* compositae *R* 16 a qualicumque et qualiscumque *R* a qualicumque *B* 19 qualiscumque *in accusativo casu R* a qualecumque et qualicumque *B* a qualicumque et qualiscumque *R* 23 et vocativi *om. R, add. B*

p. 258. 59 K. p. 353—55 V.

quantascumque quantaecumque a quantiscumque; generis neutri numeri singularis quantumcumque quanticumque quantocumque quantumcumque quantumcumque || a quantocumque, numeri pluralis quantacumque quantorumcumque quantiscumque quantacumque quantacumque a quantiscumque. tantus pronomen infinitum generis masculini figurae simplicis numeri singularis casus nominativi, et declinabitur per singula genera salva specie sua ad exemplum quanti. quotus pronomen infinitum generis masculini figurae simplicis numeri singularis casus nominativi, et declinabitur per singula genera salva specie sua ad exemplum quanti. | quotuscumque pronomen infinitum generis masculini figurae compositae numeri singularis casus nominativi, et declinabitur per singula genera salva specie sua ad exemplum quanticumque. totus pronomen infinitum generis masculini figurae simplicis numeri singularis casus nominativi, quod declinabitur sic: numeri singularis totus totius toti totum tote a toto, numeri pluralis toti totorum totis totos toti a totis; generis feminini numeri singularis tota totius toti totam tota a tota, numeri pluralis totae totarum totis totas totae a totis; generis neutri numeri singularis totum totius toti totum totum a toto, numeri pluralis tota totorum totis tota tota a totis.

De possessiva. possessiva forma quinque haec pronomina continet tantum, meus tuus suus noster vester. nunc eorum singulorum genera cum declinatione subicimus. meus pronomen possessivum generis masculini figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic: numeri singularis meus mei meo meum meus a meo, numeri pluralis mei meorum meis meos mei a meis; generis feminini numeri singularis mea meae meae || meam mea a mea, numeri pluralis meae mearum meis meas meae a meis; generis neutri numeri singularis meum mei meo meum meum a meo, numeri pluralis mea meorum meis mea mea a meis. tuus pronomen possessivum generis masculini figurae simplicis numeri singularis casus nominativi, quod declinabitur sic: numeri singularis tuus tui tuo tuum tuus a tuo, numeri pluralis tui tuorum tuis tuos tui a tuis; generis feminini numeri singularis tua tuae tuae tuam tua a tua, numeri pluralis tuae tuarum tuis tuas tuae a tuis; generis neutri numeri singularis tuum tui tuo tuum tuum a tuo, numeri pluralis tua tuorum tuis tua tua a tuis. suus pronomen possessivum generis masculini figurae simplicis numeri singularis casus nominativi, et declinabitur per singula genera salva specie sua ad exemplum tui. noster pronomen possessivum generis masculini figurae compositae numeri singularis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic: numeri singularis noster nostri nostro nostrum noster a nostro, numeri pluralis nostri nostrorum nostris | nostros nostri a nostris; generis

7 quotus — 9 quanti *om. Br, add. R* finitum *R* 8 declinatur *R* 11 declinabitur *v* declinatur *R* 12 quantumcumque *R* quantuscumque *rv* 14 tote *in vocativo v* totus *R, om. B* 28 figurae simplicis *B* formae simplicis *R* figurae compositae *r* 34 figurae *rv* formae *R* 36 ad exemplum tui *rv* ad exemplum tuus *R* 39 nostrorum *rv* nostrum *R*

p. 260. 61 R. p. 355—57 V.

feminini numeri singularis nostra nostrae nostrae nostram nostra a nostra, numeri pluralis nostrae nostrarum nostris nostras nostrae a nostris; generis neutri numeri singularis nostrum nostri nostro nostrum nostrum a nostro, numeri pluralis nostra nostrorum nostris nostra nostra a nostris. vester pronomen possessivum generis masculini figurae compositae numeri singularis casus nominativi, et declinabitur per singula genera, omissis vocativis, salva specie sua ad exemplum nostri.

Sane hoc monemus, quod, si que coniunctio sola pronominibus iungitur, sonus, non numerus pronominum augeri pronuntiatur; et ideo, ut supra docuimus, sunt omnia pronomina numero triginta tria tantum. ‖

Nunc etiam hoc monemus, quod Plinius Secundus pronomina possessiva et per quandam mixturam sic putavit esse declinanda, id est intrinsecus et extrinsecus. sed hoc supervacue cunctis artis latoribus visum est disputari, quandoquidem eadem mixtura non habeat rationem, ad quam causam proficiat. nunc et eiusdem mixturae declinationem subicimus. generis masculini personae primae numeri singularis meus mei meo meum meus a meo, numeri pluralis nostri nostrorum nostris nostros nostri a nostris; generis feminini personae primae numeri singularis mea meae meae meam mea a mea, numeri pluralis nostrae nostrarum nostris nostras nostrae a nostris; generis neutri personae primae numeri singularis meum mei meo meum meum a meo, numeri pluralis nostra nostrorum nostris nostra nostra a nostris: generis masculini personae secundae numeri singularis tuus tui tuo tuum tuus a tuo, numeri pluralis vestri vestrorum vestris vestros vestri a vestris; generis feminini personae secundae numeri singularis tua tuae tuae tuam tua a tua, numeri pluralis vestrae vestrarum vestris vestras vestrae a vestris: generis neutri personae secundae numeri singularis tuum tui tuo tuum tuum a tuo, numeri pluralis vestra vestrorum vestris vestra vestra a vestris; generis masculini personae tertiae numeri singularis suus sui suo suum suus a suo, numeri pluralis sui suorum suis suos sui a suis; generis feminini personae tertiae numeri singularis sua suae suae suam sua a sua, | numeri pluralis suae suarum suis suas suae a suis; generis neutri personae tertiae numeri singularis suum sui suo suum suum a suo, numeri pluralis sua suorum suis sua sua a suis. generis masculini personae primae intrinsecus singulare et extrinsecus plurale mei meorum meis meos mei a meis, generis feminini personae primae intrinsecus singulare et extrinsecus plurale meae mearum meis meas meae a meis, generis neutri personae primae intrinsecus singulare et extrinsecus plurale mea meorum meis mea mea a meis; generis masculini personae secundae intrinsecus singulare et extrinsecus plurale tui tuorum tuis tuos tui a tuis, generis feminini personae secundae intrinsecus singulare et ex-

6 declinatur *RB* 8 pronominibus *R* his pronominibus *B* 12 instrinsecus et extrinsecus *R* intrinsecus et extrensecus extresecus et intrensecus *B* 23 tuum tuus a tuo *rv* tuum tuum a tuo *R*

p. 261. 62 R. p. 357. 58 V.

trinsecus plurale tuae tuarum tuis tuas tuae a tuis, generis neutri personae secundae intrinsecus singulare et extrinsecus plurale tua tuorum tuis tua tua a tuis; generis masculini personae tertiae intrinsecus singulare et extrinsecus plurale sui suorum suis suos sui a suis, generis feminini personae tertiae intrinsecus singulare et extrinsecus plurale suae suarum suis suas suae a suis, generis neutri personae tertiae intrinsecus singulare et extrinsecus plurale sua suorum suis sua sua a suis: generis masculini personae primae intrinsecus plurale et extrinsecus singulare noster nostri nostro nostrum noster a nostro, generis feminini personae primae intrinsecus plurale et extrinsecus singulare nostra nostrae nostrae nostram nostra a nostra, generis neutri personae primae intrinsecus plurale et extrinsecus singulare nostrum nostri nostro nostrum nostrum a nostro; generis masculini personae secundae intrinsecus plurale et extrinsecus singulare vester vestri vestro vestrum vester a vestro, generis feminini personae secundae intrinsecus plurale et extrinsecus singulare vestra vestrae vestrae vestram vestra a vestra, generis neutri personae secundae intrinsecus plurale et extrinsecus singulare vestrum vestri vestro vestrum vestrum a vestro; generis masculini personae tertiae intrinsecus plurale et extrinsecus singulare suus sui suo suum suus a suo, generis feminini personae tertiae intrinsecus plurale et extrinsecus singulare sua suae suae suam sua a sua, generis neutri personae tertiae intrinsecus plurale et extrinsecus singulare suum sui suo suum suum a suo.

De accentu. de accentu pronominum, sic uti et nominum, in accentibus conpetenter tractabimus.

De pronomine, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE PARTICIPIO.

Participium est pars orationis. participium autem dictum, quod partem capiat nominis et partem verbi. recipit enim a nomine genus et casum, a verbo qualitatem et tempus, ab utroque numerum figuram et accentum. ergo, ut diximus, participio accidunt haec, genus qualitas numerus casus tempus figura accentus.

De genere. genera participiis accidunt sic uti nominibus et pronominibus, id est masculinum femininum neutrum commune omne. sane quem ad modum per casus misceantur genera, in nomine iam satis tractavimus.

De casu. casus participiis accidunt ad declinandum sic uti nominibus et pronominibus, ut puta nominativus hic scribens. sic et ceteri casus participiorum, sic uti nominum et pronominum, officium suae declinationis necesse est ut exerceant.

De qualitate. qualitas participiorum est qua intelleguntur participia ex quibus verbis oriantur. oriuntur autem participia ex omnibus octo

24 tractauimus *RB* 26 DE PARTICIPIO *r* IN DE PARTICIPIO *R* DE PRONOMINE EXPLICIT INCIPIT DE PARTICIPIO *B*

p. 262—64 R. p. 358—60 V.

qualitatibus verborum; scilicet quoniam octo sunt qualitates vel genera verborum, id est neutrale activum passivum deponens commune inchoativum frequentativum et defectivum. ||

De tempore. tempora participiis accidunt tria, praesens praeteritum et futurum.

De praesenti tempore. praesentis temporis participia | nominativo casu numeri singularis his duabus formis definiuntur tantum, id est ans et ens, et sunt generis omnis. haec fiunt a septem generibus verborum, id est a neutrali sedeo sedens, ab activo scribo scribens, a deponenti luctor luctans, a communi osculor osculans, ab inchoativo aresco arescens, a frequentativo clamito clamitans, a defectivo fero ferens. sic et alia praesentis temporis participia nominativo casu numeri singularis a supra dictis verbis in supra dictas formas necesse est ut exeant. sane hoc monemus, quod praesentis temporis participia, quae nominativo casu numeri singularis ans litteris definiuntur, haec a prima coniugatione verbi tantum modo venire reperiantur; at vero quae ens litteris concluduntur, haec a secunda vel ambabus tertiis coniugationibus nec non et a defectivis verbis venire intelleguntur.

De praeterito tempore. praeteriti temporis participia generis masculini nominativo casu numeri singularis his duabus formis definiuntur tantum, tus et sus. haec fiunt a quattuor generibus verborum, id est a passivo scribor scriptus, rideor risus; a communi osculor osculatus, patior passus; a deponenti luctor luctatus, ingredior ingressus; a defectivo feror latus. sic et alia praeteriti temporis generis masculini participia nominativo casu numeri singularis a supra dictis verbis in supra dictas formas necesse est ut exeant.

De futuro tempore. futuri temporis participia generis masculini nominativo casu numeri singularis his duabus formis definiuntur, id est rus et dus. sed haec a neutrali activo deponenti communi et defectivo verbo in rus syllabam exeunt, ut puta a neutrali curro cursurus, ab activo scribo scripturus, a deponenti luctor luctaturus, a communi osculor osculatu‖rus; a passivo autem et item communi vel defectivo in dus syllabam exeunt, ut puta a passivo scribor scribendus, a communi osculor osculandus, a defectivo feror ferendus. sic et alia futuri temporis generis masculini participia nominativo casu numeri singularis a supra dictis verbis in supra dictas formas necesse est ut exeant.

De numero. numeri participiis accidunt | sic uti nominibus et pronominibus, singularis scribens, pluralis scribentes, communis ruentis. sic et per alia participiorum genera hi numeri in declinatione necesse est ut suum officium compleant.

8 haec fiunt *r* haec finiunt *R* hae definiunt *B* 10 areso (aresco *r*) arescens *R* cresco crescens *B* 21 fiunt *R* finiunt *B* 23 feror *R* fero *rv* 38 ruentis *B* ruentes *R*

p. 264. 65 R. p. 360. 61 V.

De figura. figura participiis accidit sic uti et ceteris partibus orationis, simplex et composita. simplex figura participiorum est doctus; composita figura participiorum est indoctus. nunc composita figura quibus vel quot modis fiat, in nomine iam satis tractavimus.

De accentu. de accentu participiorum, sic uti et nominum vel pronominum, in accentibus conpetenter tractabimus.

Quae participia quibus participiis regantur. participia praeteriti temporis et futuri generis masculini nominativo casu numeri singularis s littera terminantur, feminini a littera definiuntur, neutri m littera concluduntur; at vero participia praesentis temporis nominativo casu numeri singularis in s litteram exeunt tantum, scilicet quoniam omnis generis esse reperiuntur. nunc participia praeteriti temporis generis masculini, quae diximus nominativo casu numeri singularis s littera scilicet terminari, ex eodem nominativo casu numeri singularis eandem s litteram, quam habent ultimam, in rus syllabam convertunt et futuri temporis participiorum nominativum casum numeri singularis generis sui ostendunt, ut puta scriptus scripturus, caesus caesurus, latus laturus, osculatus osculaturus. item e contrario scilicet participia futuri temporis generis masculini, quae nominativo casu numeri singularis in rus syllabam exeunt, eandem rus syllabam in s litteram convertunt et participiorum praeteriti temporis nominativum casum numeri singularis generis sui ostendunt, ut puta risurus risus, criminaturus criminatus, facturus factus. participia praeteriti temporis generis feminini ex nominativo casu numeri singularis a litteram, quam habent ultimam, in u convertunt et ra syllabam accipiunt, unde participium futuri temporis generis sui ostendunt, ut puta docta doctura, dicta dictura, lata latura. item e contrario scilicet participia futuri temporis generis feminini ex nominativo casu numeri singularis ra syllabam, quam habent ultimam, omittunt et u litteram sequentem in a convertunt, unde participium praeteriti temporis generis sui ostendunt, ut puta calcatura calcata, risura risa, scriptura scripta. participia praeteriti temporis generis neutri ex nominativo casu numeri singularis m litteram, quam habent ultimam, in rum syllabam commutant et futuri temporis participiorum nominativum casum numeri singularis generis sui ostendunt, ut puta scriptum scripturum, caesum caesurum, latum laturum. item e contrario scilicet participia futuri temporis generis neutri, quae nominativo casu numeri singularis in rum syllabam exeunt, eandem rum syllabam in m litteram convertunt et participiorum praeteriti temporis nominativum casum numeri singularis generis sui ostendunt, ut puta risurum risum, criminaturum criminatum, laturum latum.

Quaeritur, qua de causa moriturus et non secundum formam suam morturus faciat. hac de causa, quoniam futuri temporis participia, quae

6 tractauimus *RB* 39 Quaeritur — 141, 3 faciat *om. B* 40 morturus *v ex codice Parisino* 7519 mortuus *R*

p. 265. 66 R. p. 361. 62 V.

nominativo casu numeri singularis rus syllaba terminantur, haec praeteriti temporis participiis syllaba debent esse potiora. nunc cum hoc participium mortuus faciat, et ideo moriturus necesse est ut faciat.

Participia praesentis temporis generis scilicet omnis ex nominativo casu numeri singularis s litteram, quam habent ultimam, in dus syllabam convertunt et futuri temporis participiorum nominativum casum numeri singularis generis masculini ostendunt, ut puta clamans clamandus, ferens ferendus, criminans criminandus. item e contrario scilicet participia futuri temporis generis masculini, quae nominativo casu numeri singularis in dus syllabam exeunt, eandem dus syllabam in s litteram convertunt et participiorum praesentis temporis nominativum casum numeri singularis generis scilicet omnis ostendunt, ut puta clamandus clamans, tutandus tutans, ferendus ferens. participia praesentis temporis generis scilicet omnis ex nominativo casu numeri singularis s litteram, quam habent ultimam, in da syllabam convertunt et futuri temporis participiorum nominativum casum numeri singularis generis feminini ostendunt, ut puta scribens scribenda, ferens ferenda, osculans osculanda. item e contrario scilicet participia futuri temporis generis feminini, quae nominativo casu numeri | singularis da syllaba terminantur, eandem da syllabam in s litteram convertunt et participiorum praesentis temporis nominativum casum numeri singularis generis scilicet omnis ostendunt, ut puta scribenda scribens, ferenda ferens, osculanda osculans. participia praesentis temporis generis scilicet omnis ex nominativo casu numeri singularis s ultimum in dum syllabam convertunt et futuri temporis participiorum nominativum casum numeri singularis generis neutri ostendunt, ut puta scribens scribendum, ferens ferendum, osculans osculandum. item e contrario scilicet participia futuri temporis generis neutri, quae nominativo casu numeri singularis in dum syllabam exeunt, eandem dum syllabam in s litteram convertunt et praesentis temporis participiorum nominativum casum numeri singularis generis scilicet omnis ostendunt, ut puta scribendum scribens, docendum docens, legendum legens.

Participia praesentis temporis tunc habent i litteram in nominativo casu numeri singularis ante ultimam syllabam constitutam, quando et ipsa verba unde oriuntur in prima persona modi indicativi temporis praesentis numeri singularis i litteram habent ante o ultimum constitutam, ut puta rapio rapiens, calcio calcians, nutrio nutriens. qua ratione Tullius 'et obscure serpens' pronuntiavit, scilicet quoniam a serpo, non a serpio, hoc participium venire pronuntiavit. item et tunc habent participia praesentis temporis in nominativo et vocativo casu numeri singularis ante ultimam syllabam i litteram constitutam, quando oriuntur a verbis tertiae

1 terminantur *rv* terminatur *R* haec a praeteriti *R:* a *om. rv* 2 debenese potiorum *R* debent esse potiores *rv* 36 Tullius] *in Catil.* IIII 3, 6 37 obscure *R* obscura *B*

p. 266. 67 R. p. 363. 64 V.

coniugationis produ|ctae, quae in prima persona modi indicativi temporis praesentis numeri singularis ante o ultimum e litteram habent oppositam, ut puta redeo rediens. sic et cetera talia participia tunc necesse est ut habeant ante ens litteras i litteram constitutam, quando ab hac verborum supra scripta descendunt disciplina.

Item quaeritur, qua de causa nolens et non nollens dicatur. hac de causa, quoniam tertiae correptae coniugationis verba modi indicativi ex prima persona numeri singularis o ultimum in ens litteras convertunt et participii praesentis temporis nominativum casum numeri singularis ostendunt, ut puta coquo coquens. nunc cum et hoc participium a nolo venire reperiatur, et ideo nolens, non nollens facere pronuntiatur.

Sunt praesentis temporis participia, quae in dubium veniant | exinde, quod et figuram nominum ostendunt, ut puta amans sapiens et cetera talia. sed qua ratione haec intellegi possint, quando sint nomina et quando participia, breviter subiciamus praecepta. quibus hoc monemus, ut, quando haec comparativos vel superlativos gradus sive adverbia facere possunt vel genetivo casui iunguntur, nomina esse intellegantur, ut puta amans amantissimus, sapiens sapienter, docens doctior, alieni adpetens, fugitans litium. sic et cetera talia, quando sint nomina, haec supra dicta praecepta discernunt a participiorum figura; scilicet quoniam omnia participia neque comparativos aut superlativos gradus, sed nec adverbia facere possunt et accusativo, non genetivo casui iungi reperiuntur.

Item sunt temporis praeteriti participia, quae et nominum figuram ostendunt, ut puta visus auditus missus et cetera talia. nunc qua ratione intellegi possint, quando sint nomina et quando participia, subiciemus praecepta. quibus hoc monemus, ut tunc haec intellegi debeant nomina, quando ad exemplum fluctus per casus reperiuntur esse declinata, quoniam omnia participia praeteriti temporis ad docti formam necesse est per casus esse pronuntianda. || item sunt aliqua praeteriti temporis participia, quae et nominum significationem contineant, ut puta rogatus donatus et cetera talia. sed haec si perpetua sint hominum vocabula, nomina sunt appellanda; sin vero ad tempus sunt propriis nominibus adiecta, participia sunt pronuntianda. item sunt vocabula, quae putent aliqui quod speciem participiorum praeteriti temporis habeant, ut puta tunicatus galeatus comatus et cetera talia. sed haec cum nec verbi partem habeant nec aliquid participiorum capiant, utique iam nulli dubium est, quod frustra suspicionem participiorum incurrant; et ideo haec nomina sunt pronuntianda.

Item sunt nomina, quae suspicionem participiorum futuri temporis, quae in rus syllabam exeunt, incurrant, ut puta hilarus clarus et cetera

1 quae *rv* quem *R* 3 talia *R* alia *B* 4 habeant *rv* habent *R* ante ens litteras *R* ante nouissimam syllabam *B* 10 nunc cum *rv* nunc hunc *R* 13 ostendunt *B* ostendant *R* 18 alieni adpetens] *Sall. Catil.* 5 fugitans litium] *Terent. Phorm.* IIII 3, 18 24 ostendunt *RB* ostendant *r* 32 sunt propriis *RB* sint propriis *r* 33 putent *rv* putant *R* 36 frustra *v* supra *R*

p. 267—69 R. p. 364. 65 V.

talia. sed cum omnia participia futuri temporis, quae nominativo casu numeri singularis in rus syllabam exeunt, eandem rus syllabam in s litteram convertant, ut praeteriti temporis participium ostendant, ut puta laturus latus; nunc si hilarus vel clarus rus syllabam in s litteram convertant, numquidnam praeteriti temporis participium ostentant? et ideo haec nomina, non parti|cipia sunt pronuntianda.

Item sunt nomina, quae suspicionem participiorum futuri temporis, quae in dus syllabam exeunt, incurrant, ut puta furibundus moribundus et cetera talia. sed cum omnia participia, quae nominativo casu numeri singularis in dus syllabam exeunt, eandem dus syllabam in s litteram convertant, ut participium praesentis temporis ostendant, ut puta ferendus ferens; nunc si furibundus vel moribundus dus syllabam in s litteram convertant, numquidnam praesentis temporis participium ostentant? et ideo haec et cetera talia nomina, non participia sunt pronuntianda. sane hoc monemus, quod sint aliqua participia, quae cum a verbis neutralibus venire reperiantur, attamen praeteriti temporis nec non et futuri, qui in dus syllabam exit, sonum sustinere re||periantur, ut apud Sallustium 'cenatos esse in castris', item apud Vergilium 'monstrum horrendum ingens'. nunc haec quae vel quot sint participia, quae cum a verbis neutralibus veniant, praeteriti vel futuri temporis sonum, qui in dus syllabam exit, sustineant, in sonis conpetenter tractabimus.

De participio, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE CONIVNCTIONE.

Coniunctio est pars orationis nectens ordinansque sententiam. coniunctioni accidit potestas ordo figura.

De potestate. potestas coniunctionum in quinque species dividitur, id est copulativam disiunctivam expletivam causalem rationalem.

De copulativa. copulativae speciei coniunctiones numero sunt sex hae, et simplex, que simplex, ac simplex, at simplex, ast simplex, atque composita.

De disiunctiva. disiunctivae speciei coniunctiones sunt numero sex hae, aut simplex, ve simplex, vel simplex, ne simplex, nec simplex, neque composita.

De expletiva. expletivae speciei coniunctiones sunt numero sex hae, quidem simplex, equidem simplex, quoque | simplex, autem simplex, tamen simplex, porro simplex.

11 conuertant *r* conuertunt *RB* 13 praesentis *v* praeteriti *RB* 16 qui *RB* quod *r* 17 sonum *B* sonos *R* apud Sallustium] *Iug.* 106 18 apud Vergilium] *Aen.* III 658 20 sonus *B* sonos *R*: quod in dus syllabam exit sonos *r* 21 tractabimus *r* tractauimus *RB* 29 ac simplex at simplex *v* at simp. ac simp. *r* ae simpl. ac simpl *R* atque composita *v* atque simpl. *RB* 32 neque composita *v* neque simpl. *RB*

p. 269. 70 R. p. 365—67 V.

De causali. causalis speciei coniunctiones sunt numero viginti quattuor hae, si simplex, etsi composita, etiam composita, etiamsi composita, tametsi composita, sitamen composita, siquidem composita, quando simplex, quandoquidem composita, quatenus composita, quin simplex, quinetiam composita, sin || simplex, sinautem composita, sinetiam composita, seu simplex, sive composita, nam simplex, namque composita, ni simplex, nisi composita, nisisi composita, sed simplex, praeterea composita.

De rationali. rationalis speciei coniunctiones sunt numero viginti tres hae, quamobrem composita, praesertim composita, item simplex, itemque composita, ita simplex, itaque composita, quia composita, quoniam composita, quoniamquidem composita, quapropter composita, quamquam composita, quippe simplex, atquin composita, alioquin composita, enim simplex, etenim composita, enimvero composita, ergo simplex, ideo composita, igitur composita, scilicet composita, ceterum simplex, propterea composita. sane hoc monemus, quod hae tres coniunctiones, id est enim etenim enimvero, et causalis speciei retineant potestatem. sed qua de causa hae supra dictae tres coniunctiones et causalium habeant potestatem, hoc in sonis tractabimus. item sunt, qui figurate legerint sine et putent coniunctionem esse rationalem. quare hoc monemus, quod sine numquam pro coniunctione veniat in oratione; et ideo non necesse est eandem inter coniunctiones inmittere.

De ordine. ordo coniunctionum est quo apparent coniunctiones quae praeponi debeant tantum, quae subiungi, quae praeponi et subiungi. praeponuntur coniunctiones numero octo hae tantum, at ac ast sive seu vel sin sinautem. subiunguntur coniunctiones numero quinque hae tantum, ve que autem enim quoque. at vero praeponuntur et subiunguntur iam ceterae coniunctiones, exceptis scilicet illis supra scriptis, quae praeponuntur tantum vel subiunguntur. putant quidam nam coniunctionem praeponi tantum modo || oportere. qui si sonos sentiant, intellegent nam coniunctionem et subiunctam pondus posse soni sustinere: quo sono et Vergilius eandem subiunxit dicens

solam nam perfidus ille
te colere;

et ideo hoc monemus, quod nam coniunctio non tantum praeponendi sed et subiungendi habeat potestatem. |

De figura. figura coniunctionibus accidit sic uti et ceteris partibus orationis, simplex et composita. simplex figura coniunctionum est et, composita etsi. nunc quibus vel quot modis fiat figura composita, iam in nomine satis tractavimus.

4 quinetiam composita *om. R, add. B* 5 sin simplex *v* sin comp. *B, om. R* 17 tractabimus *r* tractauimus *RB* 22 coniunctionum *B* coniunctionis *R* 29 sonos *R* sonum *B* 30 posse soni *B* possessioni *R* possessionis *r* Vergilius] *Aen.* IIII 421

p. 270. 71 R. p. 367. 68 V.

De accentu. accentus coniunctionum, sic uti et ceterarum partium orationis, in accentibus conpetenter tractabimus.

Sane sunt aliquae coniunctiones, quae et aliarum partium orationis habeant significationes; et ideo subiciemus earundem rationem, qua intellegantur quando sint coniunctiones vel quando aliis partibus orationis inveniantur respondere. sunt autem numero novem hae. que, si post qu e litteram habeat tantum, erit coniunctio, ut que; si vero ae, erit pronomen, ut quae. at, si per t litteram scribatur, erit coniunctio, ut at; si vero per d, erit praepositio, ut ad. aut, si sine adspiratione scribatur et in t litteram exeat, erit coniunctio; si vero haud cum adspiratione scribatur et in d litteram exeat, erit adverbium. || ve, si parti orationis subiungatur, erit coniunctio, ut apud Vergilium

Pariusve lapis circumdatus auro;

si vero ve parti orationis praeponatur, erit interiectio vel adverbium. sed quando sit ve interiectio vel quando adverbium, iam in interiectione satis tractabimus. ne, si subiungatur, erit coniunctio, ut apud Vergilium

mene incepto desistere victam;

si vero ne praeponatur, erit adverbium, ut apud Vergilium

ne credite, Teucri,
quidquid id est;

item ne, si gravem accentum habeat, erit coniunctio, ut puta

tantane vos generis tenuit fiducia vestri;

si vero ne acutum accentum habeat, erit adverbium, ut puta

ne credite, Teucri,
quidquid id est.

quoque, si non ad ablativum casum respondeat, erit coniunctio, ut apud Vergilium

tu quoque litoribus nostris Aeneia nutrix;

si vero quoque ad ablativum casum respondeat, erit pronomen, ut puta a quoque. porro, si verum significat, erit coniunctio, ut puta porro autem; si vero porro longe significat, erit adverbium, ut puta ‘porro hinc ad stadia mille’. quando, si quatenus significat, erit coniunctio, ut puta ‘quando hoc tibi placet, factum puta’; si vero quando tempus significat, erit adverbium, ut puta ‘quando erit ista res, fiat’. quamquam, si non ad accusativum casum respondeat, erit coniunctio, ut puta ‘quamquam patres conscripti’; si vero quamquam ad accusativum casum respondeat, erit pronomen, ut puta hanc quamquam.

De coniunctione, quantum ratio poscebat, tractavimus. ||

2 tractauimus *RB* 8 ut quae *om. R, add. rv* 11 in d litteram *B* in o litteram *R* 12 apud Vergilium] *Aen.* I 593 16 tractabimus *B* tractauimus *R* 17 mene] *Verg. Aen.* I 37 18 ne *om. R, add. B* 19 ne credite] *Verg. Aen.* II 48 22 tantane] *Verg. Aen.* I 132 26 ad *om. R, add. B* 28 tu quoque] *Verg. Aen.* VII 1 nutrix *rv* numtrix *R* 29 ad *om. R, add. B* 33 placet *R* placeat *B* factum *RB* factum tu *r* 34 res fiat *R* res ut fiat *B* 35 ad *om. B, add. R* 38 tractauimus *rv* tractamus *R*

DE INTERIECTIONE.

Interiectio est pars orationis ostendens animi motum per suspirationem. vario autem motu adfectum animi nostri expromimus ex interiectione. aut enim dolemus, ut puta heu hei o eheu ve, aut laetamur, ut puta va, aut miramur, ut puta babae papae, aut bacchamur, ut puta euhoe. sic et cetera talia, quae cum motione animi suspiranter promuntur, ad interiectionem pertinere probantur. sane sunt interiectiones, quae et aliarum partium orationis habeant significationes, ut puta heu. sed heu, si cum animi affectu proferatur, hoc est per suspirationem, erit interiectio, ut 'heu misero coniunx'; si vero heu simpliciter proferatur, erit adverbium respondentis, ut heu, vel laudantis, ut 'heu bene fecisti'. hei, si cum animi affectu proferatur, hoc est per suspirationem, erit interiectio, ut puta 'hei mihi quantum mutatus ab illo Hectore'; si vero hei pro vocatione aliqua proferatur, erit adverbium exclamantis, ut puta

hei mihi
pater esse disce ab | illis, qui vere sciunt.

nunc si simpliciter, hoc est sine adspiratione, ei proferatur, erit dativus casus pronominis is, ut ei. ve, si cum animi affectu proferatur, hoc est per suspirationem, erit interiectio, ut puta 've misero mihi'; si vero ve pro vocatione aliqua proferatur, erit adverbium exclamantis, ut 've vobis'. si autem simpliciter ve proferatur, erit coniunctio, ut Pariusve. o, si cum animi affectu proferatur, hoc est per suspirationem, erit interiectio, ut puta

o mihi sola mei super Astyana‖ctis imago;

si vero o ad accusativum casum proferatur, erit adverbium exclamantis, ut 'o condicionem miseram', item 'o bellum magnopere pertimescendum'. nunc si o simpliciter proferatur, erit pronomen vel articulus vocativi casus, ut o iste. sed quid intersit inter pronomen et articulum, in pronomine satis tractavimus. va, si cum animi affectu proferatur, hoc est per suspirationem, erit interiectio, ut puta

va quemquamne hominem in animo instituere aut
parare quod sit carius, quam ipse est sibi;

si vero va pro vocatione aliqua proferatur, erit adverbium irascentis, ut 'va hominum nequissime'. sic et ceterae interiectiones ab aliis partibus orationis discernuntur, hoc est ut, quotiens animum per suspirationem

4 o ehu *B* o eeu *r* eeu *R* 5 miramur *v* minamur *B* admiramur *R* babae papae *B* babe pape *R* 6 talia *om. R, add. B* 10 heu misero] *Verg. Aen.* II 738 coniunx *R* coniux *B* 13 hei mihi] *Verg. Aen.* II 274 14 pro *om. R, add. Br* 15 hei *rv* ei *R: Terent. Adelph.* I 2, 44 17 nunc *B* unc *R* tunc *r* 24 o mihi] *Verg. Aen.* III 489 27 nunc *B* nam *R* 31 va quemquamne] *Terent. Adelph.* I 1, 13 animo *R* animum *B* 32 carius *R* clarius *B* est *om. R, add. rv* sibi *B* siui *R, om. r* 34 ceterae hae interiectiones *R* ceterae aliae interiectiones *rv*

p. 272. 73 R. p. 370—72 V.

commovere inveniuntur, tunc suae potestatis esse intellegantur. de interiectione, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE PRAEPOSITIONE.

Praepositio est pars orationis. praepositiones sunt numero quinquaginta quinque. ex his tributae sunt accusativo casui numero triginta, ablativo quindecim, utrisque, id est accusativo et ablativo, numero quattuor, loquellis numero sex.

Praepositiones numero XXX, quae accusativo casui tributae sunt: ad domum, apud amicum, ante templum, adversum hostem, cis Oceanum, citra acta, circum murum, circa patriam, contra montem, erga nos, extra vos, inter omnes, infra palatium, intra manus, iuxta parietem, ob meritum, penes auctores, per servos, prope Italiam, propter dominum, praeter inimicum, post villam, pone dorsum, secundum ius, trans flumen, supra tectum, ultra vires, usque arcum, secus municipium, circiter annos. sic et in aliis nominibus vel pronominibus vel participiis seu numeri singularis *sive pluralis* triginta supra dictae praepositiones propter integros sonos accusativis casibus necesse est ut respondeant.

Praepositiones numero XV, quae ablativo casui tributae sunt: a domo, ab amico, abs te tantum, absque nobis, cum nostris, coram contubernale, clam patre, de cellario, e foro, ex denariis, pro fratre, prae metu, palam omnibus, sine nobis, tenus rure. sic et in aliis nominibus et pronominibus vel participiis seu numeri singularis sive pluralis quindecim supra dictae praepositiones propter integros sonos ablativis casibus necesse est ut respondeant.

Praepositiones numero IIII, quae utrisque casibus, id est accusativo et ablativo, tributae sunt: in sub super subter. nunc quaeritur, quem ad modum hae supra dictae quattuor praepositiones accusativo casui et quem ad modum ablativo casui respondeant. quare hoc monemus, ut, quando nos aliquo ire vel isse vel ituros esse significamus, per easdem supra dictas praepositiones accusativis casibus respondeamus, ut puta ‘quo is? in villam’, ‘quo ieras? in villam’, ‘quo iturus es? in villam’; at vero quando nos alicubi esse vel fuisse vel futuros esse significamus, per easdem supra dictas praepositiones ablativis casibus respondeamus, ut puta ‘ubi es? in basilica’, ‘ubi fuisti? in basilica’, ‘ubi futurus es? in basilica’. sic et sub et super et subter praepositiones in hoc et in aliis nominibus et pronominibus vel participiis, quando accusativis et quando ablativis casibus respondere debeant, ex supra dicto praecepto considerandae sunt. item

1 intellegantur *r* intellegatur *R* intellagantur *B* 4 quinquaginta quinque] *Cledon. p.* 1933. *Pompei. p.* 409 7 loquellis *R* loquillares *B* 12 per seruos *Br* per ceruos *R* 13 dorsum *R* dorsus *B* 16 sive pluralis *om. RB, add. r* 18 casui *R* casu *B* 31 ieras *B* iteras *R*

p. 273—75 R. p. 372. 73 V.

aliud praeceptum, quo dinoscuntur supra dictae praepositiones, quando accusativo et quando ablativo casui respondere pronuntientur. quare hoc monemus, ut, quando illo intellegitur, ex supra dictis praepositionibus accusativis casibus respondeamus, ut puta ‘illo, in thermas’; at vero quando illic intellegitur, ex supra dictis prae|positionibus ablativo casui respondeamus, ut puta ‘illic, in thermis’. sic et sub et super et subter praepositiones in hoc et in aliis nominibus vel pronominibus et participiis, quando accusativis et quando ablativis casibus respondere debeant, ex supra dicto praecepto considerandae sunt. item aliud praeceptum, quo dinoscuntur supra dictae praepositiones, quando accusativo casui respondere pronuntientur. quare hoc monemus, ut, quando nos ex alio loco ad alium locum pervenire significamus, accusativo casui respondeamus, ut puta ‘secedo in forum’, ‘ascendo in forum’, ‘deambulo in forum’; at vero quando nos in eodem loco pati vel facere aliquid significamus, ablativo casui respondeamus, ut puta ‘cecidi in foro’, ‘ascendit paries in foro’, ‘deambulo in foro’. sic et sub et super et subter praepositiones in hoc et in aliis nominibus et pronominibus vel participiis, quando ablativis, quando accusativis casibus respondere debeant, ex supra dicto praecepto considerandae sunt. item de in praepositione hoc monemus, ut, quando contra aliquem aliquid significamus et in praepositionem opponimus, accusativo casui respondeamus, ut puta ‘facio laudes in amicos’, ‘vituperationem dico in inimicos’, ‘nihil dixi in vos’. sic et in aliis nominibus vel pronominibus et participiis, quando contra aliquos aliquasve vel aliqua aliquid significamus et in praepositionem opponimus, accusativo casui respondeamus. || item de in praepositione hoc monemus, quod, quando aliquid penitus efficitur et in praepositio opponitur, accusativo casui respondeamus, ut puta ‘figo in parietem’, hoc est longius vel intrinsecus; at vero quando aliquid leviter vel medie geritur, ablativo casui respondebimus, ut puta ‘plagam in pectore acceperat’ utique eum significat, qui adhuc vivit. de praepositionibus utriusque casus, quantum ratio poscebat, tractavimus.

Praepositiones numero VI, quae loquellis tributae sunt: con di dis re se am, ut puta congredior vel conducens, diduco vel dividens, distraho vel discedens, refero vel reducens, secedo vel separans, ambulo vel ambulans. sic et aliis partibus orationis hae supra dictae sex praepositiones reperiuntur deservire.

Sane sunt praepositiones, quae et aliarum partium orationis habeant signifi|cationes; et ideo easdem et earundem significationes subicimus, hoc est ut dinoscantur quando sint praepositiones et quando aliarum partium

10 dinoscuntur supra dictae *R* dinoscantur praedictae *B* 13 secedo *R* cecidi *B* 14 pati uel facere aliquid *r* pati et facere uel aliquid *R* pati facere uel aliquid *B* 24 significamus *rv* facimus *R* 28 respondebimus *R* respondeamus *r* respondere debebimus *B* 29 eum *B* cum *R* uiuit *B* uiuat *r* uibat *R* 31 loquellis *R* loquillis *B*

p. 275 R. p. 373. 74 V.

orationis habeant significationes: ut puta ante significat et adverbium temporis, ut apud Vergilium

ante leves ergo pascentur in aethere cervi;

item apud Sallustium 'Antonius paucis ante diebus'. adversum significat et participium, ut puta 'adversum vulnus accepit'. circum significat et nomen loci, ubi ludi circenses aguntur. contra significat et adverbium, ut apud Vergilium 'ille ubi me contra videt'. per significat et adverbium, ut puta perdisertus. praeter significat et adverbium, ut apud Sallustium 'praeter rerum capitalium condemnatis'. post significat et adverbium, ut apud Vergilium

post mihi non simili poena commissa luetis. ||

secundum significat et nomen accusativi casus. cum significat et adverbium, ut apud Ciceronem 'cum fasces cum secures', et apud Vergilium

cum tibi sollicito secreti ad fluminis undam.

item cum subiecta pronominibus his adverbium demonstrat, ut puta mecum tecum nobiscum vobiscum. pro significat et adverbium, ut puta 'pro Iuppiter'. prae significat et adverbium, ut apud Terentium 'prae ut huius rabies'. sine significat et verbum, ut apud Terentium

sine me pervenire quo volo.

super significat et adverbium, ut apud Vergilium

et super ipsi

Dardanidae infensi.

nunc quoniam longum est et ceteras praepositiones prosequi, et ideo hoc monemus, ut, quando praepositiones ad casum suum non respondere reperiuntur, adverbia vel id quod significant appellentur. sane hoc monemus, quod apud et penes praepositiones numquam aliud, quam id quod sunt, significare reperiantur. item per accentum discernuntur praepositiones ab adverbiis: ut puta ante, si gravem accentum habeat, erit praepositio, ut apud Vergilium

Aeneae stetit ante pedes;

si vero ante acutum accentum habeat, erit adverbium, ut apud Vergilium

ante et Trinacria lentandus remus in unda.

In et con praepositiones antecedentibus s vel f litteris producuntur, ut puta insolens insertus infelix inferens consonans consertus confusus; sic et cetera talia. ex et a praepositiones hanc aliqui volunt habere discretionem, ut puta qui dixerit 'ex foro venio' ex ipso foro venire intel-

2 apud Vergilium] *bucol.* 1, 60 4 Antonius *om B, add. R* 7 apud Vergilium] *bucol.* 7, 8 contra uidet *R* uidet contra *B* 9 apud Sallustium] *Catil.* 36 10 apud Vergilium] *Aen.* I 136 13 apud Vergilium] *Aen.* III 389 15 cum subiecta *Br* cum subiectam cum *R* 17 prae ut] *Terent. Eunuch.* II 3, 10 19 sine] *Terent. Eunuch.* I 2, 44 21 et super *R* super *B: Verg. Aen.* II 71 23 et ceteras *B* ceteras *R* 24 ad casum suum *B* ad suum usum *R* 30 Aeneae] *Verg. Aen.* V 381 32 ante et *R* ante te *B: Verg. Aen.* III 384 lentandus *R* laetandus *B* 34 insolens *Br* insulens *R* insertus *R* insestum *B*

p. 275—77 R. p. 374—76 V.

legatur; at vero qui dixerit ‘a foro venio’ ex loco, qui prope forum est, venire re|periatur. || sed hoc monemus, quod haec discretio supervacua esse inveniatur, siquidem et auctores isdem praepositionibus sine discretione uti reperiantur. in et de praepositiones duplicem significationem habere reperiuntur. modo enim augent, ut puta inridens declamans, nunc minuunt, ut puta informis dedecus; sic et cetera talia. con et in praepositiones sequentibus b m p litteris n ultimum in m litteram convertunt, ut puta combibo commuto compleo imbutus immanis comparo; sic et cetera talia. in et ad praepositiones hanc volunt aliqui habere discretionem, ut puta qui dixerit ‘in forum eo’ in ipsum forum ire intellegatur; qui vero dixerit ‘ad forum eo’ ad locum, qui proximus est foro, ire reperiatur. sed hoc monemus, quod haec discretio supervacua esse inveniatur, siquidem et auctores isdem praepositionibus sine discretione uti reperiantur. ex et ab praepositiones, ut quidam volunt, si vocales loco suo positae secuntur, integrae proferuntur, ut puta ex illo, ab ipso; si vero consonantes vel vocales loco consonantis positae easdem praepositiones sequantur, eaedem praepositiones corrumpuntur, ut puta e foro, a loco, a Iunone. nunc hoc monemus, quod etiam hoc praeceptum supervacue institutum esse inveniatur, siquidem et auctores isdem praepositionibus sine aliqua discretione utantur, ut apud Sallustium ‘nam tum Brutus ab Roma aberat’; sic et cetera talia. praepositiones, ut quibusdam placet, civitatibus addi non debent, ut puta ‘Romam eo’, ‘Karthaginem ivi’. nunc etiam hoc monemus, quod hoc praeceptum supervacue institutum esse inveniatur, siquidem auctores et civitatibus praepositiones addere reperiantur, ut apud Sallustium ‘Marius ad Thalam profectus’, item ‘nam tum Brutus ab Roma aberat’. ||

De praepositione, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE ADVERBIO.

Adverbium est pars orationis. adverbia tribus modis intelleguntur: uno, quando ab aliis veniunt, hoc est quando ex aliis partibus orationis originem trahunt; alio, quando non ab aliis partibus orationis veniunt, sed per se tantum intellegi reperiuntur; tertio, quando similia no|minibus inveniuntur. adverbia, quae ab aliis veniunt, ex his tribus partibus orationis tantum originem trahere reperiuntur, id est nomine pronomine verbo. nunc easdem partes sigillatim tractabimus.

De nomine. quaecumque nomina scilicet appellativa adverbia ex se facere possunt, haec dativo casu numeri singularis tribus his formis definiuntur tantum, o i am. nunc earundem singularium formarum rationem

6 minuunt *r* minuent *RB* con et in] *Priscian. p.* 356 8 combibo *r* comuiuo *RB* 14 positas *RB* 15 proferantur *RB* 16 positae easdem *v* positas eaedem *R* posistas easdem *corr.* post easdem *B* 17 corrumpuntur *v* conrumpantur *RB* 20 apud Sallustium] *Catil.* 40 22 karthaginem iui *B* carthaginem ibi *R* 25 Marius] *cf. Sallust. Iug.* 75 36 scilicet *om. R, add. B*

p. 277. 78 R. p. 376. 77 V.

subicimus, qua dinoscantur, quem ad modum ex se adverbia facere possunt.

De o. quaecumque nomina scilicet appellativa cuiuslibet gradus dativo casu o littera terminantur, haec, si adverbia ex se facere possunt, eandem o litteram in e convertunt et adverbia sua ostendunt, ut puta huic docto docte, huic doctissimo doctissime, huic tenero tenere. sic et alia nomina scilicet appellativa, quae dativo casu o littera terminantur et adverbia facere possunt, talia adverbia ex se facere pronuntiantur. sane hoc monemus, quod in hac supra scripta forma sint aliqua undecim nomina, quae ex supra dicto casu supra dictam litteram et in i convertant et ter syllabam accipiant et sic adverbia faciant, ut puta huic duro duriter. item hoc monemus, quod in hac supra dicta forma sint aliqua VII nomina, quae ex supra dicto casu supra dictam litteram in er litteras convertant, ut adverbia faciant, ut puta huic violento violenter. item hoc monemus, quod in hac supra dicta forma sint aliqua XVII nomina, quae ex supra dicto casu supra dictam litteram et || in i convertant et tus syllabam accipiant et sic adverbia faciant, ut puta huic divino divinitus. sed haec quae sint nomina, quae ex utrisque formis sic adverbia faciant, in sonis conpetenter docebimus.

De i. quaecumque nomina scilicet appellativa positivi gradus dativo casu i littera terminantur et adverbia ex se facere possunt, haec, si nominativo casu numeri scilicet singularis non his tribus formis, id est ans ens ers, sed aliis quibuslibet definiuntur, in eodem dativo casu numeri scilicet singularis ter syllabam accipiunt et adverbia sua ostendunt, ut puta huic gracili graciliter. sic et alia nomina scilicet appellativa positivi gradus, quae dativo casu i littera terminantur et nominativo casu numeri scilicet singularis non isdem supra scriptis tribus formis definiuntur et adverbia facere possunt, talia adverbia ex se facere pronuntiantur. sane hoc monemus, quod in hac supra scripta forma sint aliqua nomina, quae ex supra dicto casu supra dictam litteram et in e convertant et sic adverbia faciant, ut puta huic facili faci|le. sed haec quae sint nomina, quae ex utraque forma sic adverbia faciant, in sonis conpetenter docebimus. at vero quaecumque nomina scilicet appellativa nominativo casu numeri scilicet singularis his tribus supra scriptis formis definiuntur, id est ans ens ers, et adverbia facere possunt, haec dativo casu numeri singularis ultimam syllabam amittunt et ter syllabam accipiunt et adverbia sua ostendunt, ut puta amans amanti amanter, sapiens sapienti sapienter, iners inerti inerter. sic et alia nomina scilicet appellativa, quae nominativo casu supra scriptis tribus formis definiuntur et adverbia facere possunt, talia adverbia ex se facere pronuntiantur. quaecumque autem nomina com-

11 accipiant *R* recipiant *B* 12 quae — 15 XVII nomina *om. R, add. B* 16 accipiant *R* admittant *B*

p. 278. 79 R. p. 377—79 V.

parativi gradus adverbia ex se facere possunt, haec ex dativo casu numeri scilicet singularis ori litteras ultimas omittunt et us litteras accipiunt et adverbia sua ostendunt, ut puta huic faciliori facilius. sic et alia nomina comparativi gradus, quae adverbia ex se facere possunt, ex dativo casu numeri scilicet singularis supra scriptas litteras omittunt et supra scriptas litteras accipiunt et adverbia sua ostendunt. ||

De am. quaecumque nomina nominativo casu am litteris definiuntur, haec easdem am litteras in i convertunt et ter syllabam accipiunt et adverbia sua ostendunt, ut puta nequam nequiter. nunc etiam hoc monemus, quod hoc unum nomen esse reperiatur, quod nominativo casu am litteris definiatur.

Sunt nomina, quae eius modi ex se faciant adverbia, ut puta caelum caelitus, radix radicitus, fundus funditus et cetera talia. sed haec quae sint nomina, quae sic ex se adverbia faciant, in sonis conpetenter ostendemus. sunt nomina [propria] appellativa, quae eius modi ex se faciant adverbia, ut puta dies diu, nox noctu et cetera talia. sed haec quae sint nomina, quae sic ex se adverbia faciant, in sonis conpetenter tractabimus. sunt nomina, quae eius modi ex se adverbia faciant, ut puta pars partim et cetera talia. sed haec quae sint nomina, quae sic ex se adverbia faciant, in sonis conpetenter tractabimus. sunt nomina, quae ablativo casu o littera terminantur et eandem o litteram in i convertunt et adverbialiter pronuntiantur, ut puta a domo domi et cetera talia. sed haec quae sint nomina, quae sic ex se adverbia faciant, in sonis conpetenter tractabimus. sunt nomina, quae ablativo casu a littera terminantur et in eodem ablativo casu e litteram accipiunt et adverbialiter pronuntiantur, ut puta ab Roma Romae et cetera talia. sed haec quae sint nomina, quae sic ex se adverbia faciant, in sonis conpetenter tractabimus.

De nomine quem ad modum adverbia fiant, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De pronomine. ex his pronominibus sedecim tantum Varro adverbia eius modi secundum sonorum rationem fieri demonstravit, ille illic illinc illuc illo, iste istic istinc istuc, hic hic hinc huc, idem ibidem, qui quo, quique quoque, quicumque quocumque, quidam quondam, quispiam uspiam, aliquis || aliquo alicubi, qualis qualiter, meus meatim et significat more meo, tuus tuatim et significat more tuo, suus suatim et significat more suo, noster nostratim et significat more nostro, vester vestratim et significat more vestro. ex quibus pronominibus tantum quem ad modum adverbia fiant, sic uti Varro docuit, demonstravimus.

De verbo. ex verbis eius modi adverbia fieri reperiuntur, ut puta

14 ostendemus *Br* ostendimus *R* 17 tractabimus *R* tractauimus *B* 20 tractabimus *r* tractauimus *RB* 22 talia *om. R, add. v* 23 tractabimus *r* tractauimus *RB* 27 tractabimus *r* tractauimus *RB* 32 istic istinc *rv* istic stinc *R* hic hic *R* hic hac *B* 33 quique *B* quicque *R*

p. 279. 80 R. p. 379. 80 V.

tango tactim. sic et alia adverbia ex verbis venire reperiuntur. sed haec quae sint verba, quae sic ex se adverbia faciant, in sonis conpetenter tractabimus. nunc quoniam quem ad modum ab aliis veniant adverbia demonstravimus, et ideo iam et quem ad modum ex se fiant doceamus.

De adverbiis quae ex se fiunt. ex se fiunt adverbia, quotiens originem scilicet alterius partis orationis habere non reperiuntur, ut puta rursum deorsum pedetemptim penitus unde illico mox et cetera talia. quorum quoniam longum est percurrere vocabula, et ideo hoc praecipimus, ut quaecumque pars orationis neque per casus neque per modos declinari potest, sed nec ad praepositiones vel coniunctiones sive interiectiones pertinet, adverbium remaneat necesse est.

Sunt adverbia, quae et aliarum partium orationis habeant significationem, ut puta quo quoque magne doctius quantum cito et cetera talia; et ideo hoc monemus, quod tunc haec pronuntiantur adverbia, quando neque ad casum suum neque ad genus neque cum praepositione proferuntur, ut puta ‘quo is?’ ‘tu quoque ieris’, ‘magne dixit’, ‘doctius pronuntiavit’, ‘quantum temporis’, ‘cito venit’. | sic et cetera talia, quae, ut diximus, neque ad casum suum neque ad genus neque cum praepositione proferuntur, adverbia pronuntianda sunt. at vero quando haec supra scripta voca‖bula ad casum suum vel ad genus sive cum praepositione proferuntur, id quod significant appellanda sunt, ut puta de quo, a quoque, ‘magne Mars’, ‘doctius officium’, ‘quantum virum’, ‘cito venio’. sic et cetera talia, quae, ut diximus, ad casum suum vel ad genus sive cum praepositione proferuntur, id quod significant appellanda sunt.

Adverbiis accidit comparatio figura tempus significatio.

De comparatione. comparatio adverbiis per gradus conlationum accidit sic uti et nominibus. gradus adverbiorum sunt tres, sic uti et nominum, positivus, qui et absolutus, comparativus, superlativus. de positivo. positivus sive absolutus gradus adverbiorum duabus his formis definitur tantum, e et er, ut puta docte prudenter et cetera talia. de comparativo. comparativus gradus adverbiorum una hac forma definitur tantum, ius, ut puta doctius et cetera talia. de superlativo. superlativus gradus adverbiorum una hac forma definitur tantum, e, ut puta doctissime et cetera talia. sane comparatio illis adverbiis accidit, quae a nominibus veniunt scilicet appellativis; et tunc haec adverbia comparativos vel superlativos gradus recipiunt, quando et ipsa nomina unde oriuntur comparativos vel superlativos gradus recipere possunt, scilicet quoniam, sic uti in comparatione nominum docuimus, non omnia nomina scilicet appellativa comparativos et superlativos gradus recipere possunt; et ideo hoc monemus, ut, quos

1 tango tactim *R* tamgo tamgim *B* 3 tractabimus *r* tractauimus *RB* 6 rursum deorsum *R* sursum suorsum *B* 11 aduenuium *R* aduerbiis *B* 17 uenit sic et cetera *v* uenit sic cetera *r* uenisti cetera *R* 22 uenio *R* uenito *r* uento *B* 39 et superlativos *om. R, add. B*

p. 280. 81 R. p. 380—82 V.

gradus nomina recipere possunt, eosdem et eorundem adverbia facere cogantur.

De figura. figura adverbiis accidit sic uti et ceteris partibus orationis, hoc est simplex et composita. simplex figura adverbiorum est pie, composita impie. sed composita figura quibus vel quot modis fiat, iam in nomine satis tractavimus.

De tempore. tempora adverbiis accidunt tria, praesens hodie, praeteritum heri, futurum cras et cetera talia. ‖

De significatione. significationes adverbiis eius | modi accidere reperiuntur, ut puta temporis ut hodie, loci ut hic, numeri ut semel, negantis ut non, adnuentis ut sane, demonstrantis ut en, hortantis ut eia, optantis ut utinam, ordinis ut deinde, exclamantis ut ‘pro Iuppiter’, interrogantis ut cur, similitudinis ut quasi, irascentis ut ‘vae vobis’, dubitantis ut fortasse, invocantis ut heus, respondentis ut heu, prohibentis ut ne, communicantis ut simul, separantis ut seorsum, comparantis ut magis, eventi ut forte, qualitatis ut bene, quantitatis ut nimie, personalis ut mecum, iurantis ut mehercule. sic et alia adverbia secundum intellectum suum suas significationes demonstrant. sunt adverbia, quae cum unum significent, duplici vel eo amplius modo efferantur, ut puta num et nunc, tum et tunc, ut et uti, sicut et sicuti, quo et aliquo, ubi et alicubi, ibi et ibidem, hic et istic, hinc et istinc, illic et illinc, illo et illuc, rursus et rursum, prorsus et prorsum, forte et fortasse et fortassis et forsitan. sic sunt *et* alia adverbia, quae duplici vel eo amplius modo reperiuntur pronuntiari. sunt aliqua adverbia, quae sibi respondere reperiuntur: tum num, ut puta

tum decuit, cum sceptra dabas;
num te facta inpia tangunt:

tum, ‘tum inchoatum est’; num, ‘num perfectum est’: tunc nunc, ut puta ‘tunc fecisti, nunc patere’: quam tam, ut puta ‘quam tu tam ille’. sic sunt et alia adverbia, quae sibi respondere reperiantur. sed haec quae vel quot sint, in sonis conpetenter tractabimus. adverbia quantitatis, quae plus minusve scilicet significant, haec genetivo casui respondere reperiuntur, ut puta ‘multum vini bibi’, ‘infinitum carnis accepi’, ‘satis rei habeo’. sic et cetera talia adverbia quantitatis genetivo casui respondere reperiuntur. adverbia localia quattuor modis figurantur: per locum, ut ‖

hac iter Elysium nobis;

in locum, ut

huc ades, o formose puer;

in loco, ut

21 istinc *rv* stinc *R* 22 sunt alia *R* sunt *B* 25 tum decuit *R* tum docuit *B*: *Verg. Aen.* IIII 597. 596 dabas *R* dabat *B* 26 facta *RB* fata *r* 27 tum tum — perfectum est *om. B, add. R* 29 et *om. R, add. rv* alia] aliqua *RB* 33 cetera alia *Rv* 35 hac] *Verg. Aen.* VI 542 37 huc *R* hunc *B*: *Verg. bucol.* 2, 45 formonse *B*

p. 281. 82 R. p. 382. 83 V.

hic et Narycii posuerunt moenia Locri;

e loco, ut

hinc me digressum vestris deus appulit oris.

Adverbiis praepositiones putant aliqui omnino addi non oportere, cum interdum propter sonos iungi necesse sit, ut apud Terentium

interea mulier quaedam abhinc triennium
ex Andro commigravit,

et apud Vergilium

Siculo prospexit ab usque Pachyno.

sic et ceteris adverbiis secundum certos sonos praepositiones addi reperiuntur. omnia adverbia, quae ab appellationibus descendunt et e | littera terminantur, producto accentu pronuntiantur, ut puta prime et cetera talia. sane haec tria corripiuntur, bene male magne, et ideo haec corripiuntur, quoniam anomala esse reperiuntur. sunt adverbia, quae similia nominibus inveniuntur, ut puta falso magno et cetera talia. nominibus locorum adverbialiter positis praepositio adici prohibetur, ut puta 'Romae fui', 'Cirtae audivi', 'Vticae mortuus est', 'domi sum'. sic et ceteris nominibus locorum adverbialiter positis praepositio adici non debet.

Quaeritur, quando foras et quando foris, et quando intro et quando intus significemus. quare hoc observandum monemus, sic uti et in praepositionibus utriusque casus praecepimus, ut, quando nos aliquo ire vel isse vel ituros esse significamus, foras vel intro respondeamus, ut puta 'quo is?' foras vel intro, 'quo ieras?' foras vel intro, 'quo iturus sum?' foras vel intro; at vero quando nos alicubi esse vel fuisse vel futuros esse significamus, foris vel intus respondeamus, ut puta 'ubi es?' foris vel intus, || 'ubi fuisti?' foris vel intus, 'ubi futurus eris?' foris vel intus. item et aliud praeceptum, ut, quando illo significamus, foras vel intro respondeamus, ut puta 'illo iit,' foras vel intro; at vero quando illic significamus, foris vel intus respondeamus, ut puta 'illic est,' foris vel intus.

De adverbio, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE VERBO.

Verbum est pars orationis. verbo accidunt tempus, modus, numerus, persona, genus sive qualitas, coniugatio, figura, species, accentus.

De tempore. tempora verborum sunt tria, praesens, quod est et instans, praeteritum, futurum. nunc haec, quem ad modum verbis deserviant, in declinatione probantur.

De modo. modi verborum sunt octo, indicativus, qui *est* et pronun-

1 hic] *Verg. Aen.* III 399 3 hinc] *Verg. Aen.* III 715 5 sit] erit *R* est *rv* apud Terentium] *Andr.* I 1, 42 8 apud Vergilium] *Aen.* VII 289 12 prime *Br* aprime *R* 17 domi sum *om. R, add. rv* 27 aliud *R* alium *B* 28 illo iit *R* illo est *r* illo ibi *B* 30 tractauimus *B* satis tractauimus *R* 39 est *om. Rv*

p. 282—84 R. p. 383. 84 V.

tiativus, promissivus, quod est et futurum tempus modi indicativi, imperativus, infinitus, qui est et perpetuus, optativus, coniunctivus, qui est et iunctivus, inpersonalis, gerundi. nunc hi, quem ad modum verbis deserviant, in declinatione probantur.

De numero. numeri verborum sunt tres, singularis pluralis communis. nunc hi, quem ad modum verbis deserviant, in declinatione probantur.

De persona. personae verborum sunt tres, prima secunda tertia. nunc hae, quem ad modum verbis deserviant, in declinatione probantur.

De genere sive qualitate. genus sive qualitas verborum octo his significationibus intellegitur, id est activa passiva neutrali deponenti communi inchoativa frequentativa defectiva.

De genere sive qualitate activa. generis sive qualitatis activae sunt verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis o littera terminantur nec non in quocumque modo et ad genus sive qualitatem passivam declinantur, ut puta probo et probor, doceo et doceor, || lego et legor, rapio et rapior, nutrio et nutrior. sic et alia verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis o littera terminantur nec non in quocumque modo et ad genus sive qualitatem passivam declinari possunt, activi generis vel qualitatis esse pronuntiantur.

De genere sive qualitate passiva. generis sive qualitatis passivae sunt verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis r littera terminantur nec non in quocumque modo et ad genus sive qualitatem activam declinantur, ut puta probor et probo, doceor et doceo, legor et lego, rapior et rapio, nutrior et nutrio. sic et alia verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis r littera terminantur nec non in quocumque modo et ad genus sive qualitatem activam declinari possunt, passivi generis vel qualitatis esse pronuntiantur. |

De genere sive qualitate neutrali. generis sive qualitatis neutralis sunt verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis o littera terminantur nec in aliquo modo ad genus sive qualitatem passivam declinantur, ut puta vapulo non vapulor, careo non careor, curro non curror, pario non parior, venio non venior, exeo non exeor. sic et alia verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona

2 qui est et iunctivus *om. R, add. B* 21 pronuntiantur *rv* pronuntiatur *R* 31 passivi *rv* et passivi *R* 32 pronuntiantur *rv* pronuntiatur *R* 37 pario non parior *r* rapio non parior *R* rapio non rapior *B* sapio non sapior *coniecit editor Vindobonensis* 39 ex *B* in *R*

p. 284. 85 R. p. 384. 85 V.

numeri singularis o littera terminantur nec in aliquo modo ad genus sive qualitatem passivam declinantur, neutri generis vel qualitatis esse pronuntiantur.

De genere sive qualitate deponenti. generis sive qualitatis deponentis sunt verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis r littera terminantur nec in aliquo modo ad genus sive qualitatem activam declinantur, ut puta recordor non recordo, confiteor non confiteo, reminiscor non reminisco, congredior non congredio, blandior non blandio. sic et alia verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis r littera terminantur nec in aliquo modo ad genus sive qualitatem activam declinantur, deponentis generis vel qualitatis esse pronuntiantur.

De genere sive qualitate communi. generis sive qualitatis communis sunt verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis r littera terminantur nec in aliquo modo ad genus sive qualitatem activam declinantur, ut puta criminor non crimino, tueor non tueo, ulciscor non ulcisco, patior non patio, potior non potio. sic et alia verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis r littera terminantur nec in aliquo modo ad genus sive qualitatem activam declinantur, communis generis vel qualitatis esse pronuntiantur. sane quaeritur, qua disciplina deponens verbum a communi discernatur. quare hoc monemus, quod hoc in sonis conpetenter tractare debeamus. |

De genere sive qualitate inchoativa. generis sive qualitatis inchoativae sunt verba, quae a propria verbi significatione derivantur et indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis sco litteris definiuntur, ut puta ab horreo horresco, a valeo valesco, a misereo miseresco. sic et alia verba, quae a propria verbi significatione derivantur et indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis sco litteris definiuntur, inchoativi generis vel qualitatis verba esse pronuntiantur. at vero quaecumque verba indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis sco litteris definiuntur et a propriis verbis derivari non reperiuntur, haec non generis sive qualitatis inchoativae, sed sui cuiusque generis vel qualitatis sunt pronuntianda, ut puta abolesco cresco disco nosco esco. sic et alia verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis sco litteris definiuntur et ab aliis verbis originem trahere non reperiuntur, haec non inchoativa, sed sui cuiusque

35 a propriis uerbis *R* a propria uerbis *B* a propria uerbi significatione *v*
37 adolesco *Maius*

p. 285. 86 R. p. 386. 87 V.

generis vel qualitatis pronuntiantur. || sane hoc monemus, quod verba inchoativa species perfectas vel quae regunt species perfectae, item praeteritum tempus modi inpersonalis vel quae regit praeteritum tempus modi inpersonalis non recipiunt.

De genere sive qualitate frequentativa. generis sive qualitatis frequentativae sunt verba, quae a propria verbi significatione derivantur et indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis non sco litteris, sed aliis quibuslibet definiuntur, ut puta a iacto iactito, ab scribo scriptito, a curro cursito, a volo volito, a facio facesso et factito. sic et alia verba, quae a propria verbi significatione derivantur et indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis non sco litteris, sed aliis quibuslibet definiuntur, haec frequentativa verba esse pronuntiantur. |

De genere sive qualitate defectiva. generis sive qualitatis defectivae sunt verba, ut puta odi pudet sum; et cetera talia, quae in quocumque modo sive specie vel persona nec non in qualibet declinationis parte deficiunt, defectiva verba esse pronuntiantur.

De coniugatione. coniugationes verborum scilicet sunt tres, prima secunda tertia. has Graeci synzygias appellant.

De prima coniugatione. in neutralibus activis inchoativis et frequentativis verbis, quae scilicet indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis o littera definiuntur, tunc prima coniugatio esse reperitur, quando in || eodem supra dicto modo supra dicto tempore in secunda persona numeri singularis ante ultimam consonantem a litteram verba habent constitutam, ut puta vapulas clamas clamitas et cetera talia. at vero in passivis deponentibus et communibus verbis tunc prima coniugatio esse pronuntiatur, quando in eodem supra dicto modo supra dicto tempore in supra dicta persona supra dicti numeri ante ultimam syllabam a litteram verba habent oppositam, ut puta clamaris recordaris criminaris et cetera talia.

De secunda coniugatione. in neutralibus activis inchoativis et frequentativis verbis, quae scilicet indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis o littera definiuntur, tunc secunda coniugatio esse reperitur, quando in eodem supra dicto modo supra dicto tempore in secunda persona numeri singularis ante ultimam consonantem e litteram verba habent constitutam, ut puta sedes rides et cetera talia. at vero in passivis deponentibus et communibus verbis tunc secunda coniugatio esse pronuntiatur, quando in eodem supra dicto modo supra dicto tempore in supra dicta persona supra dicti numeri ante ultimam syllabam e litteram pro-

10 facesso *R* facisso *B* 16 deficiunt *Br* definiunt *R* 20 inchoativis *om. B, add. R: in codice superscriptum esse adnotatum est in apographo* 31 actiuis inchoatiuis et frequentatiuis *R* et actiuis *B* 40 productam *om. R, add. B*

p. 286—88 R. p. 387—89 V.

ductam verba habent oppositam, ut puta rideris confiteris tueris et cetera talia.

De tertia coniugatione correpta. in neutralibus activis inchoativis et frequentativis verbis, quae scilicet indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis | sive instantis ex prima persona numeri singularis o littera definiuntur, tunc tertia coniugatio correpta esse reperitur, quando in eodem supra dicto modo supra dicto tempore in secunda persona numeri singularis ante ultimam consonantem i litteram verba habent constitutam et imperativo modo temporis praesentis in secunda persona numeri singularis e littera terminantur, ut puta curris curre, scribis scribe, calescis calesce et cetera talia. at vero in passivis deponentibus et communibus verbis tunc tertia coniugatio correpta esse pronuntiatur, quando in eodem supra dicto modo supra dicto tempore in supra dicta persona supra dicti || numeri ante ultimam syllabam e litteram correptam verba habent oppositam, ut puta scriberis congrederis ulcisceris et cetera talia.

De tertia coniugatione producta. in neutralibus activis inchoativis et frequentativis verbis, quae scilicet indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis o littera definiuntur, tunc tertia coniugatio producta esse reperitur, quando in eodem supra dicto modo supra dicto tempore in secunda persona numeri singularis ante ultimam consonantem i litteram verba habent constitutam et imperativo modo temporis praesentis in secunda persona numeri singularis i littera terminantur, ut puta venis veni, nutris nutri et cetera talia. at vero in passivis deponentibus et communibus verbis tunc tertia coniugatio producta esse pronuntiatur, quando in eodem supra dicto modo supra dicto tempore in supra dicta persona supra dicti numeri ante ultimam syllabam i litteram verba habent oppositam, ut puta nutriris sortiris potiris et cetera talia.

Nunc etiam hoc monemus, quod primae coniugationis verba modi indicativi temporis praesentis in prima persona numeri singularis ante o ultimum tres has vocales tantum habere reperiantur oppositas, e i u, ut puta meo lanio aestuo; secunda unam, id est e, ut puta doceo; tertia correpta duas, i u, ut puta rapio suo; tertia producta duas, i e, ut puta nutrio exeo.

De figura. figura verbis accidit sic uti et ceteris partibus orationis, simplex et composita. simplex figura verborum est, ut puta lego, composita figura relego. nunc composita figura quibus vel quot | modis fiat, in nomine iam satis tractavimus.

De specie. species verborum sunt tres, imperfecta, quae || est et minus quam perfecta sive inchoativa, perfecta, quae est et absoluta, plus-

10 calescis calesce *R* caliscis calisce *B* 15 ulcisceris *om. R, add. B* 27 sortiris *R* ordiris *B* 31 ultimum *B* ultimam *R* 32 unam *r* una *RB*

p. 288. 89 R. p. 389. 90 V.

quamperfecta, quae est et recordativa sive exacta. nunc hae species quem ad modum verbis deserviant et a quo tempore fiant, in declinatione probatur.

De accentu. accentus verborum, sic uti et ceterarum partium orationis, in sonis conpetenter tractabimus.

Declinatio primae coniugationis activae. probo verbum activum indicativo sive pronuntiativo modo dictum temporis praesentis sive instantis numeri singularis figurae simplicis personae primae, quod declinabitur sic. modo indicativo temporis praesentis numeri singularis probo probas probat, numeri pluralis probamus probatis probant: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis probabam probabas probabat, numeri pluralis probabamus probabatis probabant: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis probavi non probai, probasti non probaisti, probavit non probait; numeri pluralis probavimus non probaimus, probavistis et probastis, probaverunt et probarunt et probavere: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis probaveram et probaram, probaveras et probaras, probaverat et probarat; numeri pluralis probaveramus et probaramus, probaveratis et probaratis, probaverant et probarant: eodem modo tempore futuro sive promissivo modo numeri singularis probabo probabis probabit, numeri pluralis probabimus probabitis probabunt. modo imperativo tempore praesenti sive instanti ad secundam et tertiam personam tantum numeri singularis proba probet, numeri pluralis probate probent; eodem modo tempore futuro numeri singularis probato probato, numeri pluralis probatote probunto. modo infinito sive perpetuo numeris et personis confusis tempore praesenti sive instanti probare, tempore praeterito probasse et probavisse, tempore futuro probatum ire. modo optativo tempore praesenti sive instanti numeri singularis utinam probem, utinam probes, utinam probet; numeri pluralis utinam probemus, utinam probetis, utinam probent: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis utinam probarem, utinam probares, utinam probaret; numeri pluralis utinam probaremus, utinam probaretis, utinam probarent: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis utinam probaverim et probarim, utinam probaveris et probaris, utinam probaverit et probarit; numeri pluralis utinam probaverimus et probarimus, utinam probaveritis et probaritis, utinam probaverint et probarint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis utinam probavissem et probassem, utinam probavisses et probasses, utinam probavisset et probasset;

5 tractabimus *r* tractauimus *RB* 14 probasti non probaisti *RB* 15 non probait *B* non probabit *R* non probaimus *rv* non probabimus *R* 16 et probastis *Br* et probauistis *R* 22 probauimus probauitis *RB* 26 probanto *Maius*

p. 289. 90 R. p. 390—92 V.

numeri pluralis utinam probavissemus et probassemus, utinam probavissetis et probassetis, utinam probavissent et probassent: eodem modo tempore futuro numeri singularis utinam probem, utinam probes, utinam probet; numeri pluralis utinam probemus, utinam probetis, utinam probent. modo coniunctivo sive iunctivo tempore praesenti sive instanti numeri singularis cum vel si probem, cum vel si probes, cum vel si probet; numeri pluralis cum vel si probemus, cum vel si probetis, cum vel si probent: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis cum vel si probarem, cum vel si probares, cum vel si probaret; numeri pluralis cum vel si probaremus, cum vel si probaretis, cum vel si probarent: || eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis cum vel si probaverim et probarim, cum vel si probaveris et probaris, cum vel si probaverit et probarit; numeri pluralis cum vel si probaverimus et probarimus, cum vel si probaveritis et probaritis, cum vel si probaverint et probarint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis cum vel si probavissem et probassem, cum vel si probavisses et probasses, cum vel si probavisset et probasset; numeri pluralis cum | vel si probavissemus et probassemus, cum vel si probavissetis et probassetis, cum vel si probavissent et probassent: eodem modo tempore futuro numeri singularis cum vel si probavero et probaro, cum vel si probaveris et probaris, cum vel si probaverit et probarit; numeri pluralis cum vel si probaverimus et probarimus, cum vel si probaveritis et probaritis, cum vel si probaverint et probarint. modo inpersonali numeris et personis confusis tempore praesenti sive instanti probatur, eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa probabatur, eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta probatum est et ulteriore perfecta sive absoluta probatum fuit, eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta probatum erat et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta probatum fuerat, eodem modo tempore futuro probabitur. gerundi sunt haec, probandi probando probandum probatum. tempora participiorum trahuntur a verbo activo duo, praesens probans, futurum probaturus. nomen ab hoc verbo activo fit probator, appellatio probatio.

Declinatio passiva primae coniugationis. probor || verbum passivum indicativo sive pronuntiativo modo dictum temporis praesentis sive instantis numeri singularis figurae simplicis personae primae, quod declinabitur sic. modo indicativo sive pronuntiativo tempore praesenti sive instanti numeri singularis probor probaris probatur, numeri pluralis probamur probamini probantur: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis probabar probabaris pro-

29 probatum erat — 30 exacta *om. R, add. v* 37 simplicis *B* compositae *R*

p. 290. 91 R. p. 392. 93 V.

babatur, numeri pluralis probabamur probabamini probabantur: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis probatus sum probatus es probatus est, numeri pluralis probati sumus probati estis probati sunt; et ulteriore perfecta sive absoluta numeri singularis probatus fui probatus fuisti probatus fuit, numeri pluralis probati fuimus probati fuistis probati fuerunt vel fuere: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis probatus eram probatus eras probatus erat, numeri pluralis probati eramus probati eratis probati erant; et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis probatus fueram probatus fueras probatus fuerat, numeri pluralis probati fueramus probati fueratis probati fuerant: eodem modo tempore futuro sive promissivo modo numeri singularis probabor probaberis probabitur, numeri pluralis probabimur probabimini probabuntur. modo imperativo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam tantum numeri singularis probare probetur, numeri pluralis probamini probentur: eodem modo tempore futuro numeri singularis probator probator, numeri pluralis probaminor probantor. modo infinito sive perpetuo numeris et personis confusis tempore || praesenti sive instanti probari, tempore praeterito probatum esse vel fuisse, tempore futuro probatum iri. modo optativo tempore praesenti sive instanti numeri singularis utinam prober, utinam proberis, utinam probetur; numeri pluralis utinam probemur, utinam probemini, utinam probentur: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis utinam probarer, utinam probareris, utinam probaretur; numeri pluralis utinam probaremur, utinam probaremini, utinam probarentur: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis utinam probatus sim, utinam probatus sis, utinam probatus sit; numeri pluralis utinam probati simus, utinam probati sitis, utinam probati sint; et ulteriore perfecta sive absoluta numeri singularis utinam probatus fuerim, utinam probatus fueris, utinam probatus fuerit; numeri pluralis utinam probati fuerimus, utinam probati fueritis, utinam probati fuerint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis utinam probatus essem, utinam probatus esses, utinam probatus esset; numeri pluralis utinam probati essemus, utinam probati essetis, utinam probati essent; et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis utinam probatus fuissem, utinam probatus fuisses, utinam probatus fuisset; numeri pluralis utinam probati fuissemus, utinam probati fuissetis, utinam probati fuissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis utinam prober, utinam proberis, utinam probetur; numeri pluralis utinam probemur, utinam probemini, utinam probentur.

16 probator probator *B* probator probetur *R* 17 probaminor probentur *R*, *sed* probentur *et in singulari numero* probetur *a correctore profectum esse adnotatum est in apographo:* probabminor probabuntur *B*

p. 292. 93 R. p. 393—95 V.

modo coniunctivo sive iun|ctivo tempore praesenti sive instanti numeri singularis cum vel si prober, cum vel si proberis, cum vel si probetur; numeri pluralis cum vel si probemur, cum vel si probemini, cum vel si probentur: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis cum vel si probarer, cum vel si probareris, cum vel si probaretur; numeri pluralis cum vel si probaremur, cum vel si probaremini, cum vel si probarentur: || eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis cum vel si probatus sim, cum vel si probatus sis, cum vel si probatus sit; numeri pluralis cum vel si probati simus, cum vel si probati sitis, cum vel si probati sint; et ulteriore perfecta sive absoluta numeri singularis cum vel si probatus fuerim, cum vel si probatus fueris, cum vel si probatus fuerit; numeri pluralis cum vel si probati fuerimus, cum vel si probati fueritis, cum vel si probati fuerint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis cum vel si probatus essem, cum vel si probatus esses, cum vel si probatus esset; numeri pluralis cum vel si probati essemus, cum vel si probati essetis, cum vel si probati essent; et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis cum vel si probatus fuissem, cum vel si probatus fuisses, cum vel si probatus fuisset; numeri pluralis cum vel si probati fuissemus, cum vel si probati fuissetis, cum vel si probati fuissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis cum vel si probatus ero, cum vel si probatus eris, cum vel si probatus erit; numeri pluralis cum vel si probati erimus, cum vel si probati eritis, cum vel si probati erint; et ulteriore futuro numeri singularis cum vel si probatus fuero, cum vel si probatus fueris, cum vel si probatus fuerit; numeri pluralis cum vel si probati fuerimus, cum vel si probati fueritis, cum vel si probati fuerint. sane etiam hoc monemus, quod generis passivi sive deponentis vel communis verba modum inpersonalem vel gerundi sive nomen vel appellationem ad formam generis activi sive neutralis vel inchoativi nec non et frequentativi repe- riantur declinare. tempora participiorum trahuntur a verbo passivo duo, prae|teritum probatus, futurum probandus.

Sane hoc monemus, quod ex hac prima coniugatione sint haec novem verba, id est sto insto resto praesto consto adsto obsto exto do, quae specie perfecta propter integros sonos ad hanc formam debeant declinari, id est steti institi restiti || praestiti constiti adstiti obstiti extiti dedi: sic et per ceteras res, quas regunt species perfectae, ad supra dictam formam supra dicta verba debeant declinari. nunc quas res species perfectae regant vel a quibus rebus ipsae species perfectae regantur, suo in loco competenter tractabimus. item ex hac prima coniugatione sunt aliqua verba, quae

33 hac *om. R, add. B* 37 res *om. R, add. rv* 40 tractabimus *r* tractauimus *RB*

p. 293. 94 R. p. 395. 96 V.

specie perfecta salva forma catholica et ex hac forma sustineant declinari, id est secui domui plicui tonui crepui sonui vacui. sic et cetera aliqua sunt verba, quae specie perfecta salva, uti supra diximus, forma sua catholica et *ex* supra dicta forma sustineant declinari. sed haec quae vel quot sint verba, quae specie perfecta et per ceteras res, quas regunt species perfectae, et ad supra dictam formam declinantur, in sonis conpetenter tractabimus. nunc etiam hoc monemus, quod ex prima coniugatione quam plurimi soni, hoc est quam plurima verba, possint exhiberi. de prima coniugatione, quantum ratio poscebat, tractavimus.

Declinatio activa secundae coniugationis. doceo verbum activum indicativo sive pronuntiativo modo dictum temporis praesentis sive instantis numeri singularis figurae compositae personae primae coniugationis secundae, quod declinabitur sic. modo indicativo sive pronuntiativo tempore praesenti sive instanti numeri singularis doceo doces docet, numeri pluralis docemus docetis docent: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis docebam docebas docebat, numeri pluralis docebamus docebatis docebant: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis docui docuisti docuit, numeri pluralis docuimus docuistis docuerunt vel docuere: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis docueram docueras docuerat, numeri pluralis docueramus docueratis docuerant: || eodem modo tempore futuro sive promis|sivo modo numeri singularis docebo docebis docebit, numeri pluralis docebimus docebitis docebunt. modo imperativo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam tantum numeri singularis doce doceat, numeri pluralis docete doceant: eodem modo tempore futuro numeri singularis doceto doceto, numeri pluralis docetote docento. modo infinito sive perpetuo numeris et personis confusis tempore praesenti sive instanti docere, tempore praeterito docuisse, tempore futuro doctum ire. modo optativo tempore praesenti sive instanti numeri singularis utinam doceam, utinam doceas, utinam doceat; numeri pluralis utinam doceamus, utinam doceatis, utinam doceant: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis utinam docerem, utinam doceres, utinam doceret; numeri pluralis utinam doceremus, utinam doceretis, utinam docerent: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis utinam docuerim, utinam docueris, utinam docuerit; numeri pluralis utinam docuerimus, utinam docueritis, utinam docuerint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis utinam docuis-

2 plicui] placui *RB* aliqua *R* alia *B* 4 et supradicta *RB* ex supradicta *r* 7 tractabimus *r* tractauimus *RB* 12 figurae simplicis *editor Vindobonensis* 13 modo — instanti *om. R, add. Br* 27 docento *R* docent *B* 33 sive minus quam perfecta *om. R* : inchoatiua siue nusquam perfecta *B*

p. 294. 95 R. p. 396—98 V.

sem, utinam docuisses, utinam docuisset; numeri pluralis utinam docuissemus, utinam docuissetis, utinam docuissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis utinam doceam, utinam doceas, utinam doceat; numeri pluralis utinam doceamus, utinam doceatis, utinam doceant. modo coniunctivo tempore praesenti sive instanti numeri singularis cum vel si doceam, cum vel si doceas, cum vel si doceat; numeri pluralis cum vel si doceamus, cum vel si doceatis, cum vel si doceant: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis cum vel si docerem, cum vel si doceres, cum vel si doceret; numeri plura‖lis cum vel si doceremus, cum vel si doceretis, cum vel si docerent: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis cum vel si docuerim, cum vel si docueris, cum vel si docuerit; numeri pluralis cum vel si docuerimus, cum vel si docueritis, cum vel si docuerint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis cum vel | si docuissem, cum vel si docuisses, cum vel si docuisset; numeri pluralis cum vel si docuissemus, cum vel si docuissetis, cum vel si docuissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis cum vel si docuero, cum vel si docueris, cum vel si docuerit; numeri pluralis cum vel si docuerimus, cum vel si docueritis, cum vel si docuerint. modo inpersonali numeris et personis confusis tempore praesenti sive instanti docetur, eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa docebatur, eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta doctum est et ulteriore perfecta sive absoluta doctum fuit, eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta doctum erat et ulteriore plusquamperfecta vel recordativa vel exacta doctum fuerat, eodem modo tempore futuro docebitur. gerundi sunt haec, docendi docendo docendum doctum. tempora participiorum trahuntur ab hoc verbo activo duo, praesens et futurum, praesens docens, futurum docturus. nomen ab hoc verbo fit doctor, appellatio doctrina.

Declinatio passiva secundae coniugationis. doceor verbum passivum indicativo sive pronuntiativo modo dictum temporis praesentis sive instantis numeri singularis figurae compositae personae primae coniugationis secundae, quod declinabitur sic. modo indicativo sive pronuntiativo tempore praesenti sive instanti numeri singularis doceor doceris docetur, numeri pluralis docemur docemini docentur: ‖ eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis docebar docebaris docebatur, numeri pluralis docebamur docebamini docebantur: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis doctus sum doctus es doctus est, numeri pluralis docti

24 fuit] erat *RB* 25 erat] fuit *Rv* 27 haec *om. R, add. B* 30 appellatio *rv* appellatiuo *R* 33 figurae simplicis *editor Vindobonensis*

sumus docti estis docti sunt; et ulteriore perfecta sive absoluta numeri singularis doctus fui doctus fuisti doctus fuit, numeri pluralis docti fuimus docti fuistis docti fuerunt vel fuere: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis doctus eram doctus eras doctus erat, numeri pluralis docti eramus docti eratis docti erant; et ulte|riore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis doctus fueram doctus fueras doctus fuerat, numeri pluralis docti fueramus docti fueratis docti fuerant: eodem modo tempore futuro sive promissivo modo numeri singularis docebor doceberis docebitur, numeri pluralis docebimur docebimini docebuntur. modo imperativo tempore praesenti sive instanti ad secundam et tertiam personam tantum numeri singularis docere doceatur, numeri pluralis docemini doceantur: eodem modo tempore futuro numeri singularis docetor docetor, numeri pluralis docemino docentor. modo infinito sive perpetuo numeris et personis confusis tempore praesenti sive instanti doceri, tempore praeterito doctum esse vel fuisse, tempore futuro doctum iri. modo optativo tempore praesenti sive instanti numeri singularis utinam docear, utinam docearis, utinam doceatur; numeri pluralis utinam doceamur, utinam doceamini, utinam doceantur: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis utinam docerer, utinam docereris, utinam doceretur; numeri pluralis utinam doceremur, utinam doceremini, utinam docerentur: [] eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis utinam doctus sim, utinam doctus sis, utinam doctus sit; numeri pluralis utinam docti simus, utinam docti sitis, utinam docti sint; et ulteriore perfecta sive absoluta numeri singularis utinam doctus fuerim, utinam doctus fueris, utinam doctus fuerit; numeri pluralis utinam docti fuerimus, utinam docti fueritis, utinam docti fuerint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis utinam doctus essem, utinam doctus esses, utinam doctus esset; numeri pluralis utinam docti essemus, utinam docti essetis, utinam docti essent; et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta utinam doctus fuissem, utinam doctus fuisses, utinam doctus fuisset; numeri pluralis utinam docti fuissemus, utinam docti fuissetis, utinam docti fuissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis utinam docear, utinam docearis, utinam doceatur; numeri pluralis utinam doceamur, utinam doceamini, utinam doceantur. modo coniunctivo sive iunctivo tempore praesenti sive instanti numeri singularis cum | vel si docear, cum vel si docearis, cum vel si doceatur; numeri pluralis cum vel si doceamur, cum vel si doceamini, cum vel si doceantur: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singu-

10 docebimini *r* docebemini *B* docemini *R* 14 docentor *v* docebuntor *R* docebuntur *B*

p. 297. 98 R. p. 399—401 V.

laris cum vel si docerer, cum vel si docereris, cum vel si doceretur; numeri pluralis cum vel si doceremur, cum vel si doceremini, cum vel si docerentur: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis cum vel si doctus sim, cum vel si doctus sis, cum vel si doctus sit; numeri pluralis cum vel si docti simus, cum vel si docti sitis, cum vel si docti sint; et ulteriore perfecta sive absoluta numeri singularis cum vel si doctus fuerim, cum vel si doctus fueris, cum vel si doctus fuerit; numeri pluralis cum vel si docti fuerimus, cum vel si docti fueritis, cum vel si docti fuerint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis cum vel si doctus essem, cum vel si doctus esses, cum vel si doctus esset; numeri pluralis cum vel si docti essemus, cum vel si docti essetis, cum vel si docti essent; et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis cum vel si doctus fuissem, cum vel si doctus fuisses, cum vel si doctus fuisset; numeri pluralis cum vel si docti fuissemus, cum vel si docti fuissetis, cum vel si docti fuissent: eodem modo tempore futuro numeri pluralis cum vel si doctus ero, cum vel si doctus eris, cum vel si doctus erit; numeri pluralis cum vel si docti erimus, cum vel si docti eritis, cum vel si docti erint; et ulteriore futuro numeri singularis cum vel si doctus fuero, cum vel si doctus fueris, cum vel si doctus fuerit; numeri pluralis cum vel si docti fuerimus, cum vel si docti fueritis, cum vel si docti fuerint. sane hoc monemus, quod generis passivi sive deponentis vel communis verba modum inpersonalem vel gerundi sive nomen vel appellationem ad formam generis activi sive neutralis vel inchoativi nec non et frequentativi inveniuntur declinare. tempora participiorum trahuntur ab hoc verbo passivo duo, praeteritum doctus, futurum docendus. nunc etiam hoc monemus, quod ex secunda coniugatione non eo plurimi soni, | hoc est non eo plurima verba, possint exhiberi.

Declinatio activa tertiae coniugationis correptae. scribo verbum activum indicativo sive pronuntiativo modo dictum temporis praesentis sive instantis numeri singularis figurae simplicis personae primae coniugationis tertiae correptae, quod declinabitur sic. modo indicativo sive pronuntiativo tempore praesenti sive instanti numeri singularis scribo scribis scribit, numeri pluralis scribimus scribitis scribunt: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis scribebam scribebas scribebat, numeri pluralis scribebamus scribebatis scribebant: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis scripsi scripsisti scripsit, numeri pluralis scripsimus scripsistis scripserunt vel scripsere: || eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis scripseram scripseras scripserat, numeri pluralis scripseramus scripseratis

27 non *utroque loco om. B, add. R*

p. 298. 99 K. p. 401. 2 V.

scripserant: eodem modo tempore futuro sive promissivo modo numeri singularis scribam scribes scribet, numeri pluralis scribemus scribetis scribent. modo imperativo tempore praesenti sive instanti ad secundam et tertiam personam tantum numeri singularis scribe scribat, numeri pluralis scribite scribant: eodem modo tempore futuro numeri singularis scribito scribito, numeri pluralis scribitote scribunto: modo infinito sive perpetuo numeris et personis confusis tempore praesenti sive instanti scribere, tempore praeterito scripsisse, tempore futuro scriptum ire. modo optativo tempore praesenti sive instanti numeri singularis utinam scribam, utinam scribas, utinam scribat; numeri pluralis utinam scribamus, utinam scribatis, utinam scribant: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis utinam scriberem, utinam scriberes, utinam scriberet; numeri pluralis utinam scriberemus, utinam scriberetis, utinam scriberent: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis utinam scripserim, utinam scripseris, utinam scripserit; numeri pluralis utinam scripserimus, utinam scripseritis, utinam scripserint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive | recordativa vel exacta numeri singularis utinam scripsissem, utinam scripsisses, utinam scripsisset; numeri pluralis utinam scripsissemus, utinam scripsissetis, utinam scripsissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis utinam scribam, utinam scribas, utinam scribat; numeri pluralis utinam scribamus, utinam scribatis, utinam scribant. modo coniunctivo sive iunctivo tempore praesenti sive instanti numeri singularis cum vel si scribam, cum vel si scribas, cum vel || si scribat; numeri pluralis cum vel si scribamus, cum vel si scribatis, cum vel si scribant: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis cum vel si scriberem, cum vel si scriberes, cum vel si scriberet; numeri pluralis cum vel si scriberemus, cum vel si scriberetis, cum vel si scriberent: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis cum vel si scripserim, cum vel si scripseris, cum vel si scripserit; numeri pluralis cum vel si scripserimus, cum vel si scripseritis, cum vel si scripserint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis cum vel si scripsissem, cum vel si scripsisses, cum vel si scripsisset; numeri pluralis cum vel si scripsissemus, cum vel si scripsissetis, cum vel si scripsissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis cum vel si scripsero, cum vel si scripseris, cum vel si scripserit; numeri pluralis cum vel si scripserimus, cum vel si scripseritis, cum vel si scripserint. modo inpersonali numeris et personis confusis tempore praesenti sive instanti scribitur, eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa scribebatur, eodem modo eodem tem-

6 infinito *B* infinitiuo *R* 8 ire *B* iri *R* 12 uel *B* et *R* 41 eodem — 169, 1 scriptum est *om. R, add. B*

pore specie perfecta sive absoluta scriptum est et ulteriore perfecta sive absoluta scriptum fuit, eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta scriptum erat et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta scriptum fuerat, eodem modo tempore futuro scribetur. gerundi sunt haec, scribendi vel scribundi, scribendo vel scribundo, scribendum vel scribundum, scriptum. tempora participiorum trahuntur ab hoc verbo activo duo, praesens scribens, futurum scripturus. nomen scriptor, appellatio scriptura. |

Declinatio passiva tertiae coniugationis correptae. || scribor verbum passivum indicativo sive pronuntiativo modo dictum temporis praesentis sive instantis numeri singularis figurae simplicis personae primae coniugationis tertiae correptae, quod declinabitur sic. modo indicativo sive pronuntiativo tempore praesenti sive instanti numeri singularis scribor scriberis scribitur, numeri pluralis scribimur scribimini scribuntur: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis scribebar scribebaris scribebatur, numeri pluralis scribebamur scribebamini scribebantur: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis scriptus sum scriptus es scriptus est, numeri pluralis scripti sumus scripti estis scripti sunt; et ulteriore perfecta sive absoluta numeri singularis scriptus fui scriptus fuisti scriptus fuit, numeri pluralis scripti fuimus scripti fuistis scripti fuerunt vel fuere: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis scriptus eram scriptus eras scriptus erat, numeri pluralis scripti eramus scripti eratis scripti erant; et ulteriore plusquamperfecta vel recordativa sive exacta numeri singularis scriptus fueram scriptus fueras scriptus fuerat, numeri pluralis scripti fueramus scripti fueratis scripti fuerant: eodem modo tempore futuro sive promissivo modo numeri singularis scribar scriberis scribetur, numeri pluralis scribemur scribemini scribentur. modo imperativo tempore praesenti sive instanti ad secundam et tertiam personam tantum numeri singularis scribere scribatur, numeri pluralis scribimini scribantur: || eodem modo tempore futuro numeri singularis scribitor scribitor, numeri pluralis scribiminor scribuntor. modo infinito *sive perpetuo* numeris et personis confusis tempore praesenti sive instanti scribi, eodem modo tempore praeterito scriptum esse vel fuisse, eodem modo tempore futuro scriptum iri. modo optativo tempore praesenti sive instanti numeri singularis utinam scribar, utinam scribaris, utinam scribatur; numeri pluralis utinam scribamur, utinam scribamini, utinam scribantur: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa nume|ri singularis utinam scriberer, utinam scribereris, utinam scriberetur; numeri pluralis utinam scriberemur, utinam scriberemini, utinam scriberentur: eodem modo eodem tempore specie

32 scribuntor *rv* scribuntur *R* 33 sive perpetuo *om. RB, add. v*

p. 301. 2 R. p. 401. 5 V.

perfecta sive absoluta numeri singularis utinam scriptus sim, utinam scriptus sis, utinam scriptus sit; numeri pluralis utinam scripti simus, utinam scripti sitis, utinam scripti sint; et ulteriore perfecta sive absoluta numeri singularis utinam scriptus fuerim, utinam scriptus fueris, utinam scriptus fuerit; numeri pluralis utinam scripti fuerimus, utinam scripti fueritis, utinam scripti fuerint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis utinam scriptus essem, utinam scriptus esses, utinam scriptus esset; numeri pluralis utinam scripti essemus, utinam scripti essetis, utinam scripti essent; et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis utinam scriptus fuissem, utinam scriptus fuisses, utinam scriptus fuisset; numeri pluralis utinam scripti fuissemus, utinam scripti fuissetis, utinam scripti fuissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis utinam scribar, utinam scribaris, utinam scribatur; numeri pluralis utinam scribamur, utinam scribamini, utinam scribantur. modo coniunctivo sive iunctivo tempore praesenti sive instanti numeri singularis cum vel si scribar, cum vel si scribaris, cum vel si scribatur; numeri pluralis cum vel si scribamur, cum vel si scribamini, cum vel si scribantur: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis cum vel si scriberer, || cum vel si scribereris, cum vel si scriberetur; numeri pluralis cum vel si scriberemur, cum vel si scriberemini, cum vel si scriberentur: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis cum vel si scriptus sim, cum vel si scriptus sis, cum vel si scriptus sit; numeri pluralis cum vel si scripti simus, cum vel si scripti sitis, cum vel si scripti sint; et ulteriore perfecta sive absoluta numeri singularis cum vel si scriptus fuerim, cum vel si scriptus fueris, cum vel si scriptus fuerit; numeri pluralis cum vel si scripti fuerimus, cum vel si scripti fueritis, cum vel si scripti fuerint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis cum vel si scriptus essem, cum vel si scriptus esses, | cum vel si scriptus esset; numeri pluralis cum vel si scripti essemus, cum vel si scripti essetis, cum vel si scripti essent; et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis cum vel si scriptus fuissem, cum vel si scriptus fuisses, cum vel si scriptus fuisset; numeri pluralis cum vel si scripti fuissemus, cum vel si scripti fuissetis, cum vel si scripti fuissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis cum vel si scriptus ero, cum vel si scriptus eris, cum vel si scriptus erit; numeri pluralis cum vel si scripti erimus, cum vel si scripti eritis, cum vel si scripti erint; et ulteriore futuro numeri singularis cum vel si scriptus fuero, cum vel si scriptus fueris, cum vel si scriptus fuerit; numeri pluralis cum vel si scripti fuerimus, cum vel si scripti fueritis, cum vel si scripti fuerint. sane hoc monemus, quod generis passivi sive deponentis vel communis verba modum inpersonalem vel gerundi sive nomen vel appellationem ad formam generis

p. 302. 3 R. p. 405—7 V.

activi sive neutralis vel inchoativi nec non et frequentativi reperiuntur declinare. tempora participiorum trahuntur ab hoc verbo passivo duo, praeteritum scriptus, futurum scribendus. nunc etiam hoc monemus, quod ex tertia coniugatione correpta eo plurimi soni, hoc est eo plurima verba, possint exhiberi. ||

Alia declinatio activa tertiae coniugationis correptae. rapio verbum activum indicativo sive pronuntiativo modo dictum temporis praesentis sive instantis numeri singularis figurae compositae personae primae coniugationis tertiae correptae, quod declinabitur sic. modo indicativo sive pronuntiativo temporis praesentis sive instantis numeri singularis rapio rapis rapit, numeri pluralis rapimus rapitis rapiunt: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis rapiebam rapiebas rapiebat, numeri pluralis rapiebamus rapiebatis rapiebant: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis rapui rapuisti rapuit, numeri pluralis rapuimus rapuistis rapuerunt vel rapuere: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis rapueram rapueras rapuerat, numeri pluralis rapueramus rapueratis rapuerant: eodem modo tempore futuro sive promissivo modo numeri singularis rapiam rapies rapiet, numeri pluralis rapiemus rapietis rapient. modo imperativo tempore praesenti sive instanti ad secundam et tertiam personam tantum numeri singularis rape rapiat, numeri pluralis rapite rapiant: eodem modo tempore futuro numeri singularis rapito rapito, numeri pluralis rapitote rapiunto. modo infinito sive perpetuo numeris et personis confusis tempore praesenti sive instanti rapere, tempore praeterito rapuisse, tempore futuro raptum ire. modo optativo tempore praesenti sive instanti numeri singularis utinam rapiam, utinam rapias, utinam rapiat; numeri pluralis utinam rapiamus, utinam rapiatis, utinam rapiant: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis utinam raperem, utinam raperes, utinam raperet; numeri pluralis utinam raperemus, utinam raperetis, utinam raperent: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis utinam rapuerim, utinam rapueris, utinam rapuerit; numeri pluralis utinam rapuerimus, utinam rapueritis, utinam rapuerint: || eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis utinam rapuissem, utinam rapuisses, utinam rapuisset; numeri pluralis utinam rapuissemus, utinam rapuissetis, utinam rapuissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis utinam rapiam, utinam rapias, utinam rapiat; numeri pluralis utinam rapiamus, utinam rapiatis, utinam rapiant. modo coniunctivo sive iunctivo tempore praesenti sive instanti numeri singularis cum vel si rapiam, cum vel si rapias, cum vel si rapiat; numeri pluralis

1 nec non *Br* uel non *R* 8 figurae simplicis *editor Vindobonensis*

p. 303—5 R. p. 407. 8 V.

cum vel si rapiamus, cum vel si rapiatis, cum vel si rapiant: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis cum vel si raperem, cum vel si raperes, cum vel si raperet; numeri pluralis cum vel si raperemus, cum vel si raperetis, cum vel si raperent: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis cum vel si rapuerim, cum vel si rapueris, cum vel si rapuerit; numeri pluralis cum vel si rapuerimus, cum vel si rapueritis, cum vel si rapuerint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis cum vel | si rapuissem, cum vel si rapuisses, cum vel si rapuisset; numeri pluralis cum vel si rapuissemus, cum vel si rapuissetis, cum vel si rapuissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis cum vel si rapuero, cum vel si rapueris, cum vel si rapuerit; numeri pluralis cum vel si rapuerimus, cum vel si rapueritis, cum vel si rapuerint. modo inpersonali numeris et personis confusis tempore praesenti sive instanti rapitur, eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa rapiebatur, eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta raptum est et ulteriore perfecta raptum fuit, eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta raptum erat et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta raptum fuerat, eodem modo tempore futuro rapietur. || gerundi sunt haec, rapiendi vel rapiundi, rapiendo vel rapiundo, rapiendum vel rapiundum, raptum. tempora participiorum trahuntur ab hoc verbo activo duo, praesens rapiens, futurum rapturus. nomen raptor, appellatio raptura.

Declinatio passiva tertiae coniugationis correptae. rapior verbum passivum indicativo sive pronuntiativo modo dictum temporis praesentis sive instantis numeri singularis figurae compositae personae primae coniugationis tertiae correptae, quod declinabitur sic. modo indicativo sive pronuntiativo temporis praesentis sive instantis numeri singularis rapior raperis rapitur, numeri pluralis rapimus rapimini rapiuntur: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis rapiebar rapiebaris rapiebatur, numeri pluralis rapiebamur rapiebamini rapiebantur: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis raptus sum raptus es raptus est, numeri pluralis rapti sumus rapti estis rapti sunt; et ulteriore perfecta sive absoluta numeri singularis raptus fui raptus fuisti raptus fuit, numeri pluralis rapti fuimus rapti fuistis rapti fuerunt vel fuere: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis raptus eram raptus eras raptus erat, numeri pluralis rapti eramus rapti eratis rapti erant; et ul|teriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta

16 inchoatiua *B* inchoata *R* rapiebatur *rv* rapebatur *R* 17 absoluta *v* exacta *RB* 27 figurae simplicis *editor Vindobonensis*

p. 305. 6 R. p. 408—10 V.

numeri singularis raptus fueram raptus fueras raptus fuerat, numeri pluralis rapti fueramus rapti fueratis rapti fuerant: eodem modo tempore futuro sive promissivo modo numeri singularis rapiar rapieris rapietur, numeri pluralis rapiemur rapiemini rapientur. modo imperativo tempore praesenti sive instanti ad secundam et || tertiam personam tantum numeri singularis rapere rapiatur, numeri pluralis rapimini rapiantur: eodem modo tempore futuro numeri singularis rapitor rapitor, numeri pluralis rapiminor rapiuntor. modo infinito sive perpetuo numeris et personis confusis tempore praesenti sive instanti rapi, tempore praeterito raptum esse et ulteriore praeterito raptum fuisse, tempore futuro raptum iri. modo optativo tempore praesenti sive instanti numeri singularis utinam rapiar, utinam rapiaris, utinam rapiatur; numeri pluralis utinam rapiamur, utinam rapiamini, utinam rapiantur: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis utinam raperer, utinam rapereris, utinam raperetur; numeri pluralis utinam raperemur, utinam raperemini, utinam raperentur: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis utinam raptus sim, utinam raptus sis, utinam raptus sit; numeri pluralis utinam rapti simus, utinam rapti sitis, utinam rapti sint; et ulteriore perfecta sive absoluta numeri singularis utinam raptus fuerim, utinam raptus fueris, utinam raptus fuerit; numeri pluralis utinam rapti fuerimus, utinam rapti fueritis, utinam rapti fuerint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis utinam raptus essem, utinam raptus esses, utinam raptus esset; numeri pluralis utinam rapti essemus, utinam rapti essetis, utinam rapti essent; et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis utinam raptus fuissem, utinam raptus fuisses, utinam raptus fuisset; numeri pluralis utinam rapti fuissemus, utinam rapti fuissetis, utinam rapti fuissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis utinam rapiar, utinam rapiaris, utinam rapiatur; numeri pluralis utinam rapiamur, utinam rapiamini, utinam rapiantur. modo coniunctivo *sive iunctivo* tempore praesenti sive instanti numeri singularis cum vel si rapiar, cum | vel si rapiaris, cum vel si rapiatur; numeri pluralis cum vel si rapiamur, cum vel si rapiamini, cum vel si rapiantur: || eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis cum vel si raperer, cum vel si rapereris, cum vel si raperetur; numeri pluralis cum vel si raperemur, cum vel si raperemini, cum vel si raperentur: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis cum vel si raptus sim, cum vel si raptus sis, cum vel si raptus sit; numeri pluralis cum vel si rapti simus, cum vel si rapti sitis, cum vel si rapti sint; et ulteriore perfecta sive absoluta numeri

6 rapimini *B* rapiamini *R* 8 rapiuntor *R* rapiuntur *B* 31 sive iunctivo *om. RB, add. v*

p. 306. 7 R. p. 410. 11 V.

singularis cum vel si raptus fuerim, cum vel si raptus fueris, cum vel si raptus fuerit; numeri pluralis cum vel si rapti fuerimus, cum vel si rapti fueritis, cum vel si rapti fuerint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis cum vel si raptus essem, cum vel si raptus esses, cum vel si raptus esset; numeri pluralis cum vel si rapti essemus, cum vel si rapti essetis, cum vel si rapti essent; et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis cum vel si raptus fuissem, cum vel si raptus fuisses, cum vel si raptus fuisset; numeri pluralis cum vel si rapti fuissemus, cum vel si rapti fuissetis, cum vel si rapti fuissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis cum vel si raptus ero, cum vel si raptus eris, cum vel si raptus erit; numeri pluralis cum vel si rapti erimus, cum vel si rapti eritis, cum vel si rapti erint; et ulteriore futuro numeri singularis cum vel si raptus fuero, cum vel si raptus fueris, cum vel si raptus fuerit; numeri pluralis cum vel si rapti fuerimus, cum vel si rapti fueritis, cum vel si rapti fuerint. sane hoc monemus, quod generis passivi sive deponentis vel communis verba modum inpersonalem vel gerundi sive nomen vel appellationem ad formam generis activi sive neutralis vel inchoativi nec non et frequentativi reperiantur declinare. tempora participiorum trahuntur ab hoc verbo passivo duo, praeteritum raptus, futurum rapiendus. nunc etiam hoc monemus, quod ex tertia coniugatione || correpta eo plurimi soni, hoc est eo plurima verba, possint exhiberi.

Declinatio activa tertiae coniugationis productae. nutrio verbum activum indicativo sive pronuntiativo modo dictum temporis praesentis sive instantis numeri singularis figurae compositae personae primae coniugationis tertiae productae, quod declinabitur sic. modo indicativo sive pronuntiativo tempore praesenti sive instanti numeri singularis nutrio nutris nutrit, numeri pluralis nutrimus nutritis nutriunt: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis nutriebam nutriebas nutriebat, numeri pluralis nutriebamus nutriebatis nutriebant: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis nutrii nutristi nutriit, numeri pluralis nutrimus nutristis nutrierunt vel nutriere: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis nutrieram nutrieras nutrierat, numeri pluralis nutrieramus nutrieratis nutrierant: eodem modo tempore futuro sive promissivo modo numeri singularis nutriam et nutribo, nutries et nutribis, nutriet et nutribit; numeri pluralis nutriemus et nutribimus, nutrietis et nutribitis, nutrient et nutribunt. modo imperativo tempore praesenti sive instanti ad secundam et tertiam personam tantum numeri singularis nutri nutriat, numeri pluralis nutrite nutriant:

25 figurae simplicis *editor Vindobonensis* 32 nutrii nutristi nutriit num. plur. nutrimus nutristis (nutriistis *r*) *R* nutrii nutriisti nutriit num. plur. nutriimus nutriistis *B*

p. 307. 8 R. p. 411—13 V.

eodem modo tempore futuro numeri singularis nutrito nutrito, numeri pluralis nutritote nutriunto. modo infinito sive perpetuo numeris et personis confusis tempore praesenti sive instanti nutrire, eodem modo tempore praeterito nutrisse, eodem modo tempore futuro nutritum ire. modo optativo tempore praesenti sive instanti numeri singularis utinam nutriam, utinam nutrias, utinam nutriat; numeri pluralis utinam nutriamus, utinam nutriatis, utinam nutriant: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis utinam nutrirem, || utinam nutrires, utinam nutriret; numeri pluralis utinam nutriremus, utinam nutriretis, utinam nutrirent: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis utinam nutrierim, utinam nutrieris, utinam nutrierit; numeri pluralis utinam nutrierimus, utinam nutrieritis, utinam nutrierint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis utinam nutrissem, utinam nutrisses, utinam nutris|set; numeri pluralis utinam nutrissemus, utinam nutrissetis, utinam nutrissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis utinam nutriam, utinam nutrias, utinam nutriat; numeri pluralis utinam nutriamus, utinam nutriatis, utinam nutriant. modo coniunctivo sive iunctivo tempore praesenti sive instanti numeri singularis cum vel si nutriam, cum vel si nutrias, cum vel si nutriat; numeri pluralis cum vel si nutriamus, cum vel si nutriatis, cum vel si nutriant: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis cum vel si nutrirem, cum vel si nutrires, cum vel si nutriret; numeri pluralis cum vel si nutriremus, cum vel si nutriretis, cum vel si nutrirent: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis cum vel si nutrierim, cum vel si nutrieris, cum vel si nutrierit; numeri pluralis cum vel si nutrierimus, cum vel si nutrieritis, cum vel si nutrierint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis cum vel si nutrissem, cum vel si nutrisses, cum vel si nutrisset; numeri pluralis cum vel si nutrissemus, cum vel si nutrissetis, cum vel si nutrissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis cum vel si nutriero, cum vel si nutrieris, cum vel si nutrierit; numeri pluralis cum vel si nutrierimus, cum vel si nutrieritis, cum vel si nutrierint. modo inpersonali numeris et personis confusis tempore praesenti sive instanti nutritur, eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa nutriebatur, eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta nutritum est et ulteriore perfecta sive absoluta nutritum fuit, || eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta nutritum erat et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta nutritum fuerat, eodem modo tempore futuro nutrietur vel nutribitur. gerundi sunt haec, nutriendi et nutriundi, nutriendo et nutriundo, nutriendum et nutriundum, nutritum. tempora participiorum trahuntur a verbo

p. 308—10 R. p. 413. 14 V.

activo duo, praesens nutriens, futurum nutriturus. nomen nutritor, appellatio nutritio.

Declinatio passiva tertiae coniugationis productae. nutrior verbum passivum indicativo sive pronuntiativo modo dictum temporis praesentis sive instantis numeri singularis figurae compositae personae primae coniugationis tertiae productae, quod declinabitur sic. modo indicativo sive pronuntiativo tempore praesenti sive instanti numeri singularis nutrior nutriris nutritur, numeri pluralis nutrimur nutrimini nutriuntur: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis nutriebar nutriebaris nutriebatur, numeri pluralis nutriebamur nutriebamini nutriebantur: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis nutritus sum nutritus es nutritus est, numeri pluralis nutriti sumus nutriti estis nutriti sunt; et ulteriore perfecta sive absoluta numeri singularis nutritus fui nutritus fuisti nutritus fuit, numeri pluralis nutriti fuimus nutriti fuistis nutriti fuerunt vel fuere: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis nutritus eram nutritus eras nutritus erat, numeri pluralis nutriti eramus nutriti eratis nutriti erant; et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri || singularis nutritus fueram nutritus fueras nutritus fuerat, numeri pluralis nutriti fueramus nutriti fueratis nutriti fuerant: eodem modo tempore futuro sive promissivo modo numeri singularis nutriar vel nutribor, nutrieris vel nutriberis, nutrietur vel nutribitur; numeri pluralis nutriemur vel nutribimur, nutriemini vel nutribimini, nutrientur vel nutribuntur. modo imperativo tempore praesenti sive instanti ad secundam et tertiam personam tantum numeri singularis nutrire nutriatur, numeri pluralis nutrimini nutriantur: eodem modo tempore futuro numeri singularis nutritor nutritor, numeri pluralis nutriminor nutriuntor. modo infinito numeris et personis confusis tempore praesenti sive instanti nutriri, tempore praeterito nutritum esse et ulteriore praeterito nutritum fuisse, tempore futuro nutritum iri. modo optativo tempore praesenti sive instanti numeri singularis utinam nutriar, utinam nutriaris, utinam nutriatur; numeri pluralis utinam nutriamur, utinam nutriamini, utinam nutriantur: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis utinam nutrirer, utinam nutrireris, utinam nutriretur; numeri pluralis utinam nutriremur, utinam nutriremini, utinam nutrirentur: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis utinam nutritus sim, utinam nutritus sis, utinam nutritus sit; numeri pluralis utinam nutriti simus, utinam nutriti sitis, utinam nutriti sint; et ulteriore perfecta sive absoluta numeri singularis utinam nutritus fuerim, utinam nutritus

5 figurae simplicis *editor Vindobonensis* 24 nutribimini *r* nutriebimini *R* nutribuntur *r* nutriebuntur *R*

p. 310. 11 R. p. 414—16 V.

fueris, utinam nutritus fuerit; numeri pluralis utinam nutriti fuerimus, utinam nutriti fueritis, utinam nutriti fuerint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis utinam nutritus essem, utinam nutritus esses, utinam nutritus esset; numeri pluralis utinam nutriti essemus, utinam nutriti essetis, utinam nutriti essent; ‖ et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis utinam nutritus fuissem, utinam nutritus fuisses, utinam nutritus fuisset; numeri pluralis utinam nutriti fuissemus, utinam nutriti fuissetis, utinam nutriti fuissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis utinam nutriar, utinam nutriaris, utinam nutriatur; numeri pluralis utinam nutriamur, utinam nutriamini, utinam nutriantur. modo coniunctivo sive iunctivo tempore praesenti sive instanti numeri singularis cum vel si nutriar, cum vel si nutriaris, cum vel si nutriatur; numeri pluralis cum vel si nutriamur, cum vel si nutriamini, cum vel si nutriantur: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis cum vel si nutrirer, cum vel si nutrireris, cum vel si nutriretur; numeri pluralis cum vel si nutriremur, cum vel si nutriremini, cum vel si nutrirentur. eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis cum vel si nutritus sim, cum vel si nutritus sis, cum vel si nutritus sit; numeri pluralis cum vel si nutriti simus, cum vel si nutriti sitis, cum vel si nutriti sint; et ulteriore perfecta sive absoluta numeri singularis cum vel si nutritus fuerim, cum vel si nutritus fueris, cum vel si nutritus fuerit; numeri pluralis cum vel si nutriti fuerimus, cum vel si nutriti fueritis, cum vel si nutriti fuerint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis cum vel si nutritus essem, cum vel si nutritus esses, cum vel si nutritus esset; numeri pluralis cum vel si nutriti essemus, cum vel si nutriti essetis, cum vel si nutriti essent; et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis cum vel si nutritus fuissem, cum vel si nutritus fuisses, cum vel si nutritus fuisset; numeri pluralis cum vel si nutriti fuissemus, cum vel si nutriti fuissetis, cum vel si nutriti fuissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis cum vel si nutritus ero, cum vel si nutritus eris, cum vel si nutritus erit; numeri pluralis cum vel si nutriti erimus, cum vel si nutriti eritis, cum vel si nutriti erint; et ulteriore futuro numeri singularis cum vel si nutritus fuero, ‖ cum vel si nutritus fueris, cum vel si nutritus fuerit; numeri pluralis cum vel si nutriti fuerimus, cum vel si nutriti fueritis, cum vel si nutriti fuerint. sane hoc monemus, quod generis passivi sive deponentis vel communis verba modum inpersonalem vel gerundi sive nomen vel appellationem ad formam generis activi sive neutralis vel inchoativi nec non et frequentativi reperiantur declinare. tempora participiorum trahuntur a verbo passivo duo, praeteritum nutritus, futurum

41 reperiuntur *RB*

p. 311. 12 K. p. 416. 17 V.

nutriendus. sane etiam hoc monemus, quod in hac tertia coniugatione producta, qua diximus indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis verba numeri singularis io litteris definiri, quod sint aliqua verba, quae in eodem modo specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa et hac forma reperiantur declinari, ut puta nutribam lenibam polibam et cetera talia. sed haec quae vel quot sint verba, in sonis conpetenter tractabimus. nunc etiam hoc monemus, quod ex tertia coniugatione producta non eo plurimi soni, hoc est non eo plurima verba, possint exhiberi.

Alia declinatio neutralis scilicet tertiae coniugationis productae. eo verbum neutrale indicativo sive pronuntiativo modo dictum temporis praesentis sive instantis numeri singularis figurae simplicis personae primae coniugationis tertiae productae, quod declinabitur sic. modo indicativo sive pronuntiativo tempore praesenti sive instanti numeri singularis eo is it, numeri pluralis imus itis eunt: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis ibam ibas ibat, numeri pluralis ibamus ibatis ibant: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis ivi isti ivit, numeri pluralis ivimus istis ierunt vel iere: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa | vel exacta numeri singularis iveram et ieram, iveras et ieras, iverat et ierat; numeri pluralis iveramus et ieramus, iveratis et ieratis, iverant et ierant: || eodem modo tempore futuro sive promissivo modo numeri singularis ibo ibis ibit, numeri pluralis ibimus ibitis ibunt. modo imperativo tempore praesenti sive instanti ad secundam et tertiam personam tantum numeri singularis i eat, numeri pluralis ite eant: eodem modo tempore futuro numeri singularis ito ito, numeri pluralis itote iunto. modo infinito sive perpetuo numeris et personis confusis tempore praesenti sive instanti ire, eodem modo tempore praeterito isse, eodem modo tempore futuro itum ire. modo optativo tempore praesenti sive instanti numeri singularis utinam eam, utinam eas, utinam eat; numeri pluralis utinam eamus, utinam eatis, utinam eant: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis utinam irem, utinam ires, utinam iret; numeri pluralis utinam iremus, utinam iretis, utinam irent: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis utinam iverim et ierim, utinam iveris et ieris, utinam iverit et ierit; numeri pluralis utinam iverimus et ierimus, utinam iveritis et ieritis, utinam iverint et ierint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis utinam issem, utinam isses, utinam isset; numeri pluralis utinam issemus, utinam issetis, utinam issent: eodem modo tempore futuro numeri singularis uti-

5 et (et *om. r*) hac forma *R* et hanc formam *B* *RB* 18 iui isti iuit *B* iui isti ibit *R* iui isti iit *r* 19 iuimus *B* ibimus *R* 26 eant *rv* iant *R*
7 tractabimus r tractauimus

p. 312. 13 R. p. 417—19 V.

nam eam, utinam eas, utinam eat; numeri pluralis utinam eamus, utinam eatis, utinam eant. modo coniunctivo sive iunctivo tempore praesenti sive instanti numeri singularis cum vel si eam, cum vel si eas, cum vel si eat; numeri pluralis cum vel si eamus, cum vel si eatis, cum vel si eant: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa numeri singularis cum vel si irem, cum vel si ires, cum vel si iret; numeri pluralis cum vel si iremus, cum vel si iretis, cum vel si irent: eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta numeri singularis cum vel si iverim et ierim, cum vel si iveris et ieris, cum vel si iverit et ierit; numeri pluralis cum vel si iverimus et ierimus, cum vel si iveritis et ieritis, cum vel si iverint | et ierint: || eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta numeri singularis cum vel si issem, cum vel si isses, cum vel si isset; numeri pluralis cum vel si issemus, cum vel si issetis, cum vel si issent: eodem modo tempore futuro numeri singularis cum vel si ivero et iero, cum vel si iveris et ieris, cum vel si iverit et ierit; numeri pluralis cum vel si iverimus et ierimus, cum vel si iveritis et ieritis, cum vel si iverint et ierint. modo inpersonali numeris et personis confusis tempore praesenti sive instanti itur, eodem modo tempore praeterito specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa ibatur, eodem modo eodem tempore specie perfecta sive absoluta itum est et ulteriore perfecta sive absoluta itum fuit, eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta itum erat et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta itum fuerat, eodem modo tempore futuro ibitur. gerundi sunt haec, eundi eundo eundum itum. tempora participiorum trahuntur a verbo neutrali duo, praesens iens, futurum iturus. nomen itor, appellatio itio. declinatio participii praesentis temporis, quod venit a tertia coniugatione producta, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis eo litteris definitur, ut puta numeri singularis hic iens huius euntis huic eunti hunc euntem o iens ab hoc eunte, numeri pluralis hi euntes horum euntium his euntibus hos euntes o euntes ab his euntibus. nunc etiam hoc monemus, quod ex hac coniugatione plus quam triginta sex soni, hoc est quam triginta sex verba, non possint exhiberi. De tertia coniugatione producta, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis eo litteris definitur, quantum ratio poscebat, tractavimus. ||

Sane hoc monemus, quod verba neutralia sive inchoativa vel frequentativa secundum coniugationes suas ad formam activam sint declinanda. at vero verba deponentia sive communia secundum coniugationes suas ad formam passivam sunt declinanda. nunc etiam hoc monemus, quod verba

16 ierit *rv* erit *R* 17 iuerimus et ierimus *rv* iberimus et iurimus *R* iuerint *rv* iuuerint *R*

p. 313—15 R. p. 419. 20 V.

deponentia et communia modum inpersonalem et gerundi nec non et nomen vel appellationem, sic uti et passiva, ad formam activam repe|riantur declinare.

Futurum tempus modi indicativi sive promissivus modus duabus his formis terminatur, am et bo. sed a prima coniugatione et secunda vel tertia producta, quae indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis eo litteris definitur, in bo syllabam exit, ut puta amas amabo, doces docebo, exis exibo; a tertia correpta in am, ut puta scribis scribam; a tertia vero producta, quae indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis io litteris definitur, ex utraque forma declinatur, ut puta nutris nutriam et nutribo. futurum tempus modi inpersonalis duabus formis terminatur, etur et bitur. sed a prima coniugatione et secunda vel tertia producta, quae indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis eo litteris definitur, bitur syllabis concluditur, ut puta amas amabitur, doces docebitur, exis exibitur; a tertia correpta etur litteris definitur, ut puta scribis scribetur; a tertia vero producta, quae indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis io litteris definitur, ex utraque forma declinatur, ut puta nutris nutrietur et nutribitur.

Appellationes verborum duabus his formis definiuntur, a et o, ut puta lectio scriptura. nunc quando hae appellationes in o et quando in a litteram exeunt, hoc in sonis conpetenter tractabimus. ‖

A deponenti verbo tempora participiorum trahuntur tria et his formis definiuntur, ut puta praesens luctans, praeteritum luctatus, futurum luctaturus. a communi verbo tempora participiorum trahuntur tria et his formis definiuntur, ut puta praesens osculans, praeteritum osculatus, futurum osculaturus et osculandus.

Sane hoc monemus, quod secundae et tertiarum coniugationum verba per species perfectas et res, quas regunt species perfectae, variis formis definiantur, hoc est ut in isdem speciebus vel quibus rebus reguntur eaedem species catholicam disciplinam retinere non reperiantur, et ideo quae res quam rem regat vel qua regatur subicimus. modus indicativus sive pronuntiativus temporis praesentis sive instantis et futuri vel promissivus modus et modus imperativus cuiuslibet temporis et modus infinitus sive perpetuus praesentis temporis sive instantis et modus optativus praesentis temporis sive instantis et futuri et modus coniunctivus sive iunctivus praesentis temporis sive instantis et modus inpersonalis praesentis | temporis sive instantis et futuri et gerundi tria, quae sunt superiora, et participia

4 futurum tempus] *Pompei. p.* 291. 419 *Serv. in Don. p.* 1790 5 am *rv* eam *R* 7 exit *v* exeunt *RB* 10 io littera *B* eo litteris *R* 11 declinatur *v* declinantur *RB* 15 concluditur *R* concluduntur *Br* 20 a et o ut puta lectio scriptura *R* a et or ut puta lectura scriptor *B* 21 in o *R* in or *B* 22 tractabimus *r* tractauimus *RB* 24 luctaturus *R* luctandus *B* 32 uel qua regatur *v* uel quae regatur *R* 33 temporis praesentis sive instantis *om. R, add. rv* et futurus *RB*

p. 315. 16 R. p. 420—22 V.

praesentis temporis sive futuri, quae dus syllaba terminantur, et species imperfectae sive minus quam perfectae vel inchoativae a qualibet qualitate verbi ad suam formam redigi reperiuntur. species perfectae et plusquamperfectae modi indicativi sive pronuntiativi et optativi et coniunctivi sive iunctivi et futurum tempus modi coniunctivi sive iunctivi et praeteritum tempus modi infiniti ab activa neutrali et frequentativa qualitate, scilicet quia inchoativa has res facere prohibetur, ad suam formam redigi reperiuntur. nunc in hac forma hoc monemus, quod hoc unum verbum admissum sit imperativo modo tempore futuro propter sonorum rationem declinari, id est memento. sed hoc verbum qua de causa || in supra dicto modo propter sonos admissum sit declinari, hoc in sonis conpetenter tractabimus. species perfectae et plusquamperfectae modi inpersonalis et gerundi novissimum sive participium praeteriti temporis vel futuri, quod in rus syllabam exit, nec non et nomen et appellatio et tempus praeteritum et futurum modi infiniti sive perpetui vel species perfectae sive futurum tempus modi coniunctivi a qualitate passiva vel deponenti vel communi ad suam formam redigi reperiuntur. nunc in hac forma hoc monemus, quod hoc unum participium reperitur, id est moriturus, quod propter sonorum rationem a supra dicta forma inveniatur discrepare. nunc qua de causa supra dictum participium a supra dicta forma inveniatur discrepare, hoc in sonis conpetenter tractabimus.

Quaeritur, portitor et cantor et cetera talia qua de causa a verbis non venire reperiantur. hac de causa, quoniam omnia verba ex gerundi novissimo ultimam syllabam in tor syllabam convertunt et nomen suae qualitatis ostendunt, ut puta calcatum calcator. sic utique et portatum portator et cantatum cantator facere debeant; et ideo portitor et cantor suae positionis nomina, non a verbis venientia sunt pronuntianda.

Quaeritur, lavatio et cetera talia qua de causa a verbis non venire reperiantur. hac de causa, quoniam omnia verba ex gerundi novissimo um litteras omittunt et ura vel io litteras accipiunt et appellationem suae qualitatis ostendunt, ut puta scriptum scriptura, lectum | lectio. sic utique et lotum lotura facere debeat; et ideo lavatio suae positionis est nomen, non a verbo veniens appellatio. sane quaeritur, quando appellationes a littera et quando o littera definiantur. quare hoc monemus, quod hoc in sonis conpetenter tractare debebimus. ||

Quaeritur, qua de causa Terentius peri et non perii pronuntiarit. hac de causa, quoniam verba modi indicativi in specie perfecta ex secunda persona numeri singularis sti litteras omittunt et primam personam suae speciei eiusdem numeri ostendunt, ut puta peristi peri. item quaeritur,

3 species perfectae siue plusquamperfectae *R* species inperfectae siue minusquamperfectae *B* 11 tractabimus *r* tractauimus *R* trac. *B* 12 species perfectae et plusquamperfectae *B* specie perfecta et plusquamperfecta *R* 21 tractabimus *r* tractauimus *RB* 32 est *om. R, add. Br* 35 debebimus *R* debemus *B* 36 pronuntiauit *Rv*

p. 316. 17 R. p. 422. 23 V.

qua de causa Cicero perii pronuntiarit. hac de causa, quoniam verba modi indicativi specie perfecta ex prima persona numeri pluralis mus syllabam omittunt et eandem personam numeri singularis ostendunt, ut puta periimus perii. nunc quae sint verba, quae ex utraque ratione consistere possunt, hoc in sonis conpetenter tractabimus.

Quaeritur, qua de causa nolens et non nollens dicatur. hac de causa, quoniam omnia verba indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis o ultimum in ens litteras convertunt et participium praesentis temporis ostendunt, ut puta scribo scribens. sic utique et nolo nolens, non nollens facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa calcavi et non calcai dicatur. hac de causa, quoniam omnia verba primae coniugationis in specie perfecta ex secunda persona numeri singularis sti litteras omittunt et primam personam numeri singularis suae speciei efficiunt aut secundam personam numeri singularis modi imperativi ostendunt, ut puta calcavisti calcavi, calcasti calca; et ideo calcai barbarismus esse pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa nutriunt et non nutrint dicatur. hac de causa, quoniam omnia verba tertiae coniugationis modo indicativo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis o ultimum || omittunt et unt litteras accipiunt et tertiam personam numeri pluralis ostendunt.

Quaeritur, qua de causa coquo et non coco dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini in quolibet casu, in ultima syllaba q litteram habent constitutam et ex sua specie verba facere possunt, haec ex nominativo ca|su numeri pluralis ultimam litteram in o convertunt et indicativo modo temporis praesentis primam personam numeri singularis ostendunt. nunc cum dicat Terentius ‘coqui fartores’ et cetera, utique iam coquo, non coco facere pronuntiavit.

Quaeritur, qua de causa Vergilius fugite correpte pronuntiarit. hac de causa, quoniam omnia verba tertiae coniugationis correptae modo imperativo temporis praesentis secundam personam numeri pluralis corripiunt.

Quaeritur, qua de causa Vergilius potitur correpte pronuntiarit. quia quaecumque verba modo indicativo temporis praesentis in secunda persona numeri singularis producto accentu pronuntiantur, haec et in tertia persona eiusdem numeri eodem accentu pronuntiantur. sed quia haec ratio sonorum est, hoc in sonis conpetenter tractabimus.

Quaeritur, qua de causa ridere producto accentu pronuntietur. hac

3 periimus perii *R* perimus peri *B* 4 quae ex utraque ratione *RB* quae extra hanc rationem *Maius, qui* qua extra quā ratione *in codice esse adnotavit* 5 tractabimus *r* tractauimus *RB* 10 pronuntiatur *rv* pronuntiantur *R* 12 in *om. R, add. B* 16 barbarismus *R* barbari-mum *B* 22 casu si in *rv:* si *om. R* 26 Terentius] *Eunuch.* II 2, 26 fartores *Br* fautores *R* 28 Vergilius] *bucol.* 3, 93. *Aen.* III 639. VII 202 pronuntiarit *rv* pronuntiauit *R* 32 Vergilius] *Aen.* III 56. IIII 217 36 tractabimus *r* tractauimus *RB*

p. 317. 18 R. p. 423—25 V.

de causa, quoniam omnia verba secundae coniugationis praesens tempus modi infiniti et species imperfectas modi optativi et coniunctivi necesse est ut producant.

Quaeritur, qua de causa infinito modo suggerere et inserere dicatur. hac de causa, quoniam verba activa sive neutralia imperativo modo temporis praesentis in secunda persona numeri singularis re syllabam accipiunt et infinitum modum temporis praesentis suae qualitatis ostendunt. nunc cum dicat Vergilius imperativo modo 'sug‖gere tela mihi' et 'insere nunc, Meliboee, piros', utique iam infinito modo temporis praesentis suggerere et inserere facere pronuntiavit.

Quaeritur, qua de causa probunto et non probabunto facere videatur. hac de causa, quoniam modus indicativus temporis praesentis a qualibet qualitate ex prima persona numeri singularis o ultimum omittit et unto litteras accipit et futurum tempus modi imperativi tertiae personae numeri pluralis ostendit.

Quaeritur, qua de causa secui et non sequi dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque verba modo indicativo temporis praesentis in prima persona numeri singularis ante o ultimum c litteram habent constitutam, haec in eodem modo specie perfecta ex prima persona numeri singularis numquam qui syllaba definiuntur. quaeritur, qua de causa acui et non aqui dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque verba modo indicativo temporis praesentis uo litteris discretis defi‖niuntur, haec in eodem modo specie perfecta ex prima persona numeri singularis numquam qui syllaba terminantur.

Quaeritur, qua de causa ungi et non ungeri facere reperiatur. hac de causa, quoniam quaecumque generis passivi sive deponentis vel communis verba tertiae coniugationis correptae esse reperiuntur, haec indicativo modo temporis praesentis ex secunda persona numeri singularis ultimam syllabam omittunt et e sequentem in i litteram convertunt et modum infinitum temporis praesentis ostendunt; et ideo ungeris ungi, non ungeri facere pronuntiatur. item alia probatio, qua ungi, non ungeri facere reperiatur. hac de causa, quoniam quaecumque verba tertiae coniugationis correptae imperativo modo temporis praesentis ex secunda persona numeri singularis e littera scilicet correpta terminantur, haec eandem e litteram in i convertunt et infinitum modum temporis praesentis in modo passivo ostendunt; et ideo ungi, non ungeri facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa ungo et non ungeo facere reperia‖tur. hac de causa, quoniam quaecumque verba modo indicativo temporis praesentis

1 praesens tempus *RB* praesenti tempore *r* 2 species imperfectas *B* species inperfecta *R* specie inperfecta *r* 3 producant *B* producatur *R* producantur *r* 4 infinito modo *om. R, add. rv* suggerere *B* suggere *R* 8 suggere] *Verg. Aen.* X 333 tela *R* te *B* insere] *Verg. bucol.* 1, 74 9 temporis praesentis *om. R, add. rv* 18 c litteram *r* o litteram *R* e litteram *B* 36 pronuntiatur *B* pronuntiantur *R*

p. 318. 19 R. p. 425. 26 V.

ex tertia persona numeri pluralis unt litteris post consonantem concluduntur, haec in eodem indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis o littera post consonantem definiuntur, ut puta scribunt scribo. nunc cum dicat Vergilius

lavant frigentis et ungunt,

utique iam ungo, non ungeo facere pronuntiavit. item alia probatio, qua ungo, non ungeo facere pronuntiatur; scilicet quoniam quaecumque verba modo infinito temporis praesentis corripiuntur, haec indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis numquam eo litteris definiuntur. nunc cum dicat Vergilius 'ungere tela manu', utique iam ungo, non ungeo facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa adeo et non adio dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque verba modi indicativi temporis praesentis ex tertia persona numeri pluralis eunt litteris concluduntur, haec in eodem indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis eo litteris definiuntur, ut puta eunt eo. nunc cum dicat Vergilius 'delubra adeunt', utique iam adeo, non adio facere pronuntiavit.

Quaeritur, qua de causa prandi et non prandidi dicatur. hac de causa, quoniam secundae coniugationis verba in specie perfecta et per quas res regit species perfecta prohibentur geminare di syllabam; et ideo prandi, non prandidi facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa redibam et non rediebam facere reperiatur. hac de causa, quoniam quaecumque verba indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis eo litteris definiuntur, haec in eodem modo temporis praeteriti specie imperfecta ante ultimam syllabam numquam e litteram habent constitutam, ut puta eo ibam. nunc cum dicat Sallustius 'ad inceptum redeo', utique iam redibam, non rediebam facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa obrui et non obrivi aut obrii facere reperiatur. hac de causa, quoniam quaecumque verba modi indicativi temporis praesentis ex prima persona numeri singularis uo litteris discretis definiuntur, haec in eodem modo specie perfecta numquam i littera geminata aut vi syllaba concluduntur; et ideo obrui, non obrivi aut obrii facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa fode et non fodi dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque tertiae coniugationis correptae verba infinito modo temporis praesentis vel optativi aut coniunctivi in specie imperfecta ex qualibet persona numeri singularis ultimam syllabam omittunt et imperativi modi secundam personam numeri singularis ostendunt, ut puta scri-

4 Vergilius] *Aen.* VI 219 10 Vergilius] *Aen.* VIIII 773 14 pluralis *r* singularis *Rv* 16 Vergilius] *Aen.* IIII 56 27 Sallustius] *Iug.* 4 37 in specie *B* ex specie *R*

p. 319. 20 R. p. 426. 27 V.

bere, utinam scriberem, cum scriberem, scribe. nunc cum dicat Vergilius

foderet calcaribus armos,

utique iam imperativo modo fode, non fodi facere pronuntiavit.

Quaeritur, qua de causa traho et non trao dicatur. hac de causa, quoniam verba tertiae coniugationis correptae indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis prohibentur ao litteris definiri.

Quaeritur, qua de causa adno et non adnao dicatur. hac de causa, quoniam verba primae coniugationis indicativo modo specie imperfecta ex tertia persona numeri pluralis ultimam syllabam omittunt et a sequentem in o litteram convertunt et primam personam numeri singularis modi supra dicti ostendunt, ut puta probabant probo. nunc cum dicat Vergilius 'adnabant pariter', utique iam adno, non adnao facere pronuntiavit.

Quaeritur, qua de causa veho et non veo dicatur. hac de causa, quoniam verba tertiae coniugationis correptae indicativo modo temporis praesentis ex | prima persona numeri singularis prohibentur eo litteris definiri.

Quaeritur, qua de causa fugere et non fugire dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque verba imperativo modo temporis praesentis ex secunda persona numeri singularis e littera terminantur, haec in eadem persona re syllabam accipiunt et infinitum modum temporis praesentis suae qualitatis ostendunt, ut puta scribe scribere. nunc cum dicat Vergilius 'fuge litus avarum', utique iam infinito modo fugere, non fugire facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa sensum ire et non sentitum ire dicatur. hac de causa, quoniam gerundi novissimum ire litteras accipit et infiniti modi futurum tempus ostendit.

Quaeritur, qua de causa ferbeo et non ferveo dicatur. || hac de causa, quoniam quaecumque verba modo indicativo specie perfecta ui litteris discretis definiuntur, haec numquam in eodem modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis ante o ultimum ve syllabam habent constitutam. nunc cum et hoc verbum ferbui facere reperiatur, et ideo ferbeo, non ferveo facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa serpo et non serpio dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque verba ab illis participiis venire reperiuntur, quae nominativo casu numeri singularis ens litteris post consonantem concluduntur, haec modo indicativo temporis praesentis numeri singularis num-

3 foderet] *Verg. Aen.* VI 882 14 adnabant] *Verg. Aen.* X 222 25 fuge] *Verg. Aen.* III 44 26 facere *om. R, add. B* pronuntiatur *R* pronuntiauit *B* 30 ferbeo et non ferueo *R* ferueo et non ueruo *B* ferueo et non feruo *editor Vindobonensis* 35 ferbeo non ferueo *R* ferueo non feruo *B*

p. 320. 21 K. p. 427. 28 V.

quam io litteris definiuntur. nunc cum dicat Cicero 'et obscure serpens', utique iam serpo, non serpio facere pronuntiatur. quaeritur, qua de causa serpebam et non serpiebam dicatur. hac de causa, quoniam quaecumque verba modo indicativo temporis praesentis in prima persona numeri singularis ante o ultimum i litteram non habent oppositam, haec in specie imperfecta ante e, quae est prope ultimam syllabam, numquam i litteram habent constitutam. item alia probatio, qua serpebam, non serpiebam facere pronuntiatur; scilicet quoniam praesentis temporis participium n et s ultimas litteras omittit et bam syllabam accipit et speciem imperfectam modi indicativi ostendit, ut puta scribens scribebam. sic utique et serpens serpebam, non serpiebam facere pronuntiatur.

Sunt verba, quae a positione sua in compositione immutent litteras, ut puta teneo detineo, lego eligo, quaero inquiro et cetera talia. sed haec quae vel quot sint verba, quae a positione sua in compositione immutent litteras, hoc in sonis conpetenter tractabimus. || sunt verba communis temporis, ut puta vertit bibit ruit et cetera talia. sunt verba communis numeri, ut puta amari scribitur sedebatur et cetera talia. sunt verba quae, cum in aliis modis sint dissimilia, attamen species perfectas et res, quas regunt species perfectae, similes habeant, ut puta luceo lugeo luxi, cerno cresco crevi, polleo polluo pollui et cetera talia. sunt verba, quae in prima persona similes sonos habeant, in secunda vero dissimiles significationes ostendant, ut puta mando mandas, mando mandis; fundo fundas, fundo fundis; sero seras, sero seris et cetera talia. sunt verba figurata vel translativa, ut apud Vergilium 'est flamma medullas interea', et significat edit, id est consumit. item apud Ciceronem 'quis ut volet accipiat', et significat 'ut voluerit'. item apud Vergilium

de grege non ausim quicquam deponere tecum,

et significat 'non audeam'. sic et cetera talia. sunt verba, quae tertiam personam retineant tantum, ut puta pudet taedet oportet paenitet decet licet piget et cetera talia. sed haec quae vel quot sint verba, quae tertiam personam contineant tantum vel quas res facere non possint, hoc in sonis conpetenter tractabimus. sunt verba, quae imperativo modo temporis praesentis in secunda persona numeri singularis propter sonos et sic permissa sint declinari, ut puta fac dic duc. sic et cetera talia et cum compositione sua propter certos sonos et sic permissa sunt declinari. sunt verba, quae veluti similitudinem eorundem verborum habeant, quae diximus imperativo modo temporis praesentis in secunda || persona numeri

1 Cicero] *in Catil.* IIII 3, 6 7 qua *r* quae *R* quere *B* quare *v* non serpiebam *om. R, add. B* 15 tractauimus *RB* 16 sunt — 17 talia *om. R, add. B* 24 translatiua *R* translata *B* apud Vergilium] *Aen.* IIII 66 25 edit *B* edet *R* 26 apud Vergilium] *bucol.* 3, 32 29 penitet *B* poenitet *R* 32 tractabimus *r* tractauimus *RB* 34 duc luc et cetera talia et compositione *R* duc luc sic et cetera talia et cum compositione *rv*, *ubi* iac *pro* luc *scribendum esse coniecit editor Vindobonensis conl. gramm. de verb. p.* 155 *ed. Vind.* 36 habeant *B* habent *R*

p. 321. 22 R. p. 429. 30 V.

singularis et supra dicta forma declinari, ut puta aspicio officio inicio. sed haec imperativo modo temporis praesentis in supra dicta persona e littera tantum terminantur, ut puta aspice office inice. sic et cum compositione sua in eadem persona declinantur.

A facio et fio talis locutio nascitur calefacio calefio calefactus. sic et cetera talia, quae possunt a facio vel fio accidere, sunt pronuntianda. odi novi memini speciem perfectam continent et quas res regit species perfecta. nunc quaeritur, qua de causa memini futurum tempus modi imperativi contineat. sed hoc in sonis conpetenter tractabimus. nolo, non vis, non vult, nolumus, non vultis, nolunt. nunc nolo quibus modis vel personis deficiat, hoc in sonis conpetenter tractabimus. volo vis | vult volumus vultis volunt. nunc volo quibus modis vel personis deficiat, hoc in sonis conpetenter tractabimus. malo mavis mavult malumus mavultis malunt. nunc malo quibus modis vel personis deficiat, hoc in sonis conpetenter tractabimus. vado aio quaeso quibus modis vel personis deficiant, hoc in sonis conpetenter tractabimus. audeo gaudeo soleo meto fido fio, haec neutropassiva esse nuncupantur hac de causa, quoniam res, quas regit indicativus modus ipsorum, neutrali forma declinantur; at vero res, quas regit species perfecta ipsorum, passiva forma declinantur, ut puta audeo ausus sum. sic et cetera supra dicta, ut diximus, declinantur. nunc quaeritur, qua de causa a fio infinito modo fieri pronuntietur. quare hoc monemus, quod hoc in sonis conpetenter tractare debebimus.

Sum verbum defectivum indicativo modo dictum temporis praesentis numeri singularis figurae simplicis personae primae, quod declinabitur sic. ‖ modo indicativo temporis praesentis numeri singularis sum es est, numeri pluralis sumus estis sunt: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta numeri singularis eram eras erat, numeri pluralis eramus eratis erant: eodem modo eodem tempore specie perfecta numeri singularis fui fuisti fuit, numeri pluralis fuimus fuistis fuerunt vel fuere: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta numeri singularis fueram fueras fuerat, numeri pluralis fueramus fueratis fuerant: eodem modo tempore futuro sive promissivo modo numeri singularis ero eris erit, numeri pluralis erimus eritis erunt. modo imperativo tempore futuro numeri singularis esto esto, numeri pluralis estote sunto. modo infinito numeris et personis confusis tempore praesenti esse, tempore praeterito fuisse. modo optativo temporis praesentis numeri singularis utinam sim, utinam sis, utinam sit; numeri pluralis utinam simus, utinam sitis, utinam sint: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta numeri singularis utinam essem,

6 accidere *v* accedere *RB* 8 memini *om. R, add. rv* 9 tractabimus *r* tractauimus *RB* 10 nolumus *r* nolimus *RB* 11 tractabimus *r* tractauimus *RB* uolumus *rv* uolimus *R* 13 tractabimus *r* tractauimus *RB* malumus *rv* malimus *R* 15 tractabimus *r* tractauimus *RB* aio *B* alo *R* 16 tractabimus *r* tractauimus *RB* 22 tractare debeuimus (debebimus *r*) *R* tractauimus *B* 34 esto esto *v* esto este *RB*

p. 322—24 R. p. 430. 31 V.

utinam esses, utinam esset; numeri pluralis utinam essemus, utinam essetis, utinam essent: eodem modo eodem tempore specie perfecta numeri singularis utinam fuerim, utinam fueris, utinam fuerit; numeri pluralis | utinam fuerimus, utinam fueritis, utinam fuerint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta numeri singularis utinam fuissem, utinam fuisses, utinam fuisset; numeri pluralis utinam fuissemus, utinam fuissetis, utinam fuissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis utinam sim, utinam sis, utinam sit; numeri pluralis utinam simus, utinam sitis, utinam sint. modo coniunctivo tempore praesenti numeri singularis cum vel si sim, cum vel si sis, cum vel si sit; numeri pluralis cum vel si simus, cum vel si sitis, cum vel si sint: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta numeri singularis cum vel si essem, cum vel si esses, cum vel si esset; numeri pluralis cum vel si essemus, cum vel si essetis, cum vel si essent: eodem modo eodem tempore specie perfecta numeri singularis cum vel si fuerim, cum vel si fueris, cum vel si fuerit; numeri pluralis cum vel si fuerimus, cum vel si fueritis, cum vel si fuerint: || eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta numeri singularis cum vel si fuissem, cum vel si fuisses, cum vel si fuisset; numeri pluralis cum vel si fuissemus, cum vel si fuissetis, cum vel si fuissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis cum vel si fuero, cum vel si fueris, cum vel si fuerit; numeri pluralis cum vel si fuerimus, cum vel si fueritis, cum vel si fuerint. nunc hoc monemus, quod hoc verbum et cum compositione sua ad supra scriptam formam declinatur.

Possum verbum defectivum indicativo modo dictum temporis praesentis numeri singularis figurae compositae personae primae, quod declinabitur sic. numeri singularis possum potes potest, numeri pluralis possumus potestis possunt: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta numeri singularis poteram poteras poterat, numeri pluralis poteramus poteratis poterant: eodem modo eodem tempore specie perfecta numeri singularis potui potuisti potuit, numeri pluralis potuimus potuistis potuerunt vel potuere: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta numeri singularis potueram potueras potuerat, numeri pluralis potueramus potueratis potuerant: eodem modo tempore futuro sive modo promissivo numeri singularis potero poteris poterit, numeri pluralis poterimus poteritis | poterunt. modo infinito numeris et personis confusis tempore praesenti posse, tempore praeterito potuisse. modo optativo tempore praesenti numeri singularis utinam possim, utinam possis, utinam possit; numeri pluralis utinam possimus, utinam possitis, utinam possint: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta numeri singularis utinam possem, utinam posses, utinam posset; numeri pluralis utinam possemus, utinam possetis, utinam possent: eodem modo eodem tempore specie perfecta numeri sin-

34 poterunt *rv* poterint *R*

p. 324. 25 R. p. 431—33 V.

gularis utinam potuerim, utinam potueris, utinam potuerit; numeri pluralis utinam potuerimus, utinam potueritis, utinam potuerint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta numeri singularis utinam potuissem, utinam potuisses, utinam potuisset; numeri pluralis utinam potuissemus, utinam potuissetis, utinam potuissent: || eodem modo tempore futuro numeri singularis utinam possim, utinam possis, utinam possit; numeri pluralis utinam possimus, utinam possitis, utinam possint. modo coniunctivo tempore praesenti numeri singularis cum vel si possim, cum vel si possis, cum vel si possit; numeri pluralis cum vel si possimus, cum vel si possitis, cum vel si possint: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta numeri singularis cum vel si possem, cum vel si posses, cum vel si posset; numeri pluralis cum vel si possemus, cum vel si possetis, cum vel si possent: eodem modo eodem tempore specie perfecta numeri singularis cum vel si potuerim, cum vel si potueris, cum vel si potuerit; numeri pluralis cum vel si potuerimus, cum vel si potueritis, cum vel si potuerint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta numeri singularis cum vel si potuissem, cum vel si potuisses, cum vel si potuisset; numeri pluralis cum vel si potuissemus, cum vel si potuissetis, cum vel si potuissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis cum vel si potuero, cum vel si potueris, cum vel si potuerit; numeri pluralis cum vel si potuerimus, cum vel si potueritis, cum vel si potuerint. ab hoc verbo participium fit praesentis temporis potens. nunc hoc monemus, quod hoc verbum et cum compositione sua ad supra scriptam formam declinatur.

Fero verbum defectivum indicativo modo dictum temporis praesentis numeri singularis figurae simplicis personae primae, quod declinabitur sic. modo indicativo tempore praesenti numeri singularis fero fers fert, numeri pluralis ferimus feritis ferunt: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta numeri singularis ferebam ferebas ferebat, numeri pluralis ferebamus ferebatis ferebant: eodem modo eodem tempore specie perfecta numeri singularis tuli tulisti tulit, numeri pluralis tulimus tulistis tulerunt vel tulere: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta numeri singularis tuleram tuleras tulerat, numeri pluralis tuleramus tuleratis tulerant: eodem modo tempore futuro sive promissivo modo numeri singularis feram feres feret, numeri pluralis feremus feretis ferent. || modo imperativo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam tantum numeri singularis fer ferat, numeri pluralis ferte ferant: eodem modo tempore futuro numeri singularis ferto ferto, numeri pluralis fertote ferunto. modo infinito numeris et personis confusis tempore praesenti ferre, tempore praeterito tulisse, tempore futuro latum ire. modo optativo tempore praesenti numeri singularis utinam feram, utinam feras, utinam ferat; numeri pluralis utinam

23 et cum *r* est cum *R* et *B* declinatur *r* declinantur *RB* 27 feritis *R* fertis *Maius et v*

p. 325. 26 R. p. 433. 34 V.

feramus, utinam feratis, utinam ferant: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta numeri singularis utinam ferrem, utinam ferres, utinam ferret; numeri pluralis utinam ferremus, utinam ferretis, utinam ferrent: eodem modo eodem tempore specie perfecta numeri singularis utinam tulerim, utinam tuleris, utinam tulerit; numeri pluralis utinam tulerimus, utinam tuleritis, utinam tulerint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta numeri singularis utinam tulissem, utinam tulisses, utinam tulisset; numeri pluralis utinam tulissemus, utinam tulissetis, utinam tulissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis utinam feram, utinam feras, utinam ferat; numeri pluralis utinam feramus, utinam feratis, utinam ferant. modo coniunctivo tempore praesenti numeri singularis cum vel si feram, cum vel si feras, cum vel si ferat; numeri pluralis cum vel si feramus, cum vel si feratis, cum vel si ferant: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta numeri singularis cum vel si ferrem, cum vel si ferres, cum vel si ferret; numeri pluralis cum vel si ferre|mus, cum vel si ferretis, cum vel si ferrent: eodem modo eodem tempore specie perfecta numeri singularis cum vel si tulerim, cum vel si tuleris, cum vel si tulerit; numeri pluralis cum vel si tulerimus, cum vel si tuleritis, cum vel si tulerint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta numeri singularis cum vel si tulissem, cum vel si tulisses, cum vel si tulisset; numeri pluralis cum vel si tulissemus, cum vel si tulissetis, cum vel si tulissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis cum vel si tulero, cum vel si tuleris, cum vel si tulerit; numeri pluralis cum vel si tulerimus, cum vel si tuleritis, cum vel si tulerint. || modo inpersonali numeris et personis confusis tempore praesenti fertur, eodem modo tempore praeterito specie imperfecta ferebatur, eodem modo eodem tempore specie perfecta latum est et ulteriore perfecta latum fuit, eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta latum erat et ulteriore plusquamperfecta latum fuerat, eodem modo tempore futuro feretur. gerundi sunt haec, ferendi ferendum ferendo latum. tempora participiorum trahuntur ab hoc verbo duo, praesens ferens, futurum laturus; nomen lator, appellatio latura. nunc hoc monemus, quod hoc verbum et cum compositione sua ad supra scriptam declinatur formam.

Feror verbum defectivum indicativo modo dictum temporis praesentis numeri singularis figurae simplicis personae primae, quod declinatur sic. modo indicativo tempore praesenti numeri singularis feror fereris fertur, numeri pluralis ferimur ferimini feruntur: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta numeri singularis ferebar ferebaris ferebatur, numeri pluralis ferebamur ferebamini ferebantur: eodem modo eodem tempore specie perfecta numeri singularis latus sum latus es latus est, numeri pluralis lati sumus lati estis lati sunt; et ulteriore perfecta numeri singu-

36 fereris *R* ferris *v* 37 ferimur ferimini *R* feremur feremini *B*

p. 326—28 R. p. 434—36 V.

laris latus fui latus fuisti latus fuit, numeri pluralis lati fuimus lati fuistis lati fuerunt vel fuere: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta numeri singularis latus eram latus eras latus erat, numeri pluralis lati eramus lati eratis lati erant; et ulteriore plusquamperfecta numeri singularis latus fueram latus fueras latus fuerat, numeri pluralis lati fueramus lati fueratis lati fuerant: eodem modo tempore futuro | sive promissivo modo numeri singularis ferar fereris feretur, numeri pluralis feremur feremini ferentur. || modo imperativo ad secundam et tertiam personam tantum tempore praesenti numeri singularis ferre feratur, numeri pluralis ferimini ferantur: eodem modo tempore futuro numeri singularis fertor fertor, numeri pluralis feriminor feruntor. modo infinito numeris et personis confusis tempore praesenti ferri, tempore praeterito latum esse et ulteriore praeterito latum fuisse, tempore futuro latum iri. modo optativo tempore praesenti numeri singularis utinam ferar, utinam feraris, utinam feratur; numeri pluralis utinam feramur, utinam feramini, utinam ferantur: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta numeri singularis utinam ferrer, utinam ferreris, utinam ferretur; numeri pluralis utinam ferremur, utinam ferremini, utinam ferrentur: eodem modo eodem tempore specie perfecta numeri singularis utinam latus sim, utinam latus sis, utinam latus sit; numeri pluralis utinam lati simus, utinam lati sitis, utinam lati sint; et ulteriore perfecta numeri singularis utinam latus fuerim, utinam latus fueris, utinam latus fuerit; numeri pluralis utinam lati fuerimus, utinam lati fueritis, utinam lati fuerint: eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta numeri singularis utinam latus essem, utinam latus esses, utinam latus esset; numeri pluralis utinam lati essemus, utinam lati essetis, utinam lati essent; et ulteriore plusquamperfecta numeri singularis utinam latus fuissem, utinam latus fuisses, utinam latus fuisset; numeri pluralis utinam lati fuissemus, utinam lati fuissetis, utinam lati fuissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis utinam ferar, utinam feraris, utinam feratur; numeri pluralis utinam feramur, utinam feramini, utinam ferantur. modo coniunctivo tempore praesenti numeri singularis cum vel si ferar, cum vel si feraris, cum vel si feratur; numeri pluralis cum vel si feramur, cum vel si feramini, cum vel si ferantur: eodem modo tempore praeterito specie imperfecta numeri singularis cum vel si ferrer, cum vel si ferreris, cum vel si ferretur; numeri pluralis cum vel si ferremur, cum vel si feremini, cum vel si ferrentur: || eodem modo eodem tempore specie perfecta numeri singularis cum vel si latus sim, cum vel si latus sis, cum vel si latus sit; numeri pluralis cum vel si lati simus, cum vel si lati sitis, cum vel si lati | sint; et ulteriore perfecta numeri singularis cum vel si latus fuerim, cum vel si latus fueris, cum vel si latus fuerit; numeri pluralis cum vel si lati fuerimus, cum vel si lati fueritis, cum vel si lati fuerint:

9 ferimini *v* feremini *RB* 11 feruntor *r* feruntur *RB*

p. 328 R. p. 436 V.

eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta numeri singularis cum vel si latus essem, cum vel si latus esses, cum vel si latus esset; numeri pluralis cum vel si lati essemus, cum vel si lati essetis, cum vel si lati essent: et ulteriore plusquamperfecta numeri singularis cum vel si latus fuissem, cum vel si latus fuisses, cum vel si latus fuisset; numeri pluralis cum vel si lati fuissemus, cum vel si lati fuissetis, cum vel si lati fuissent: eodem modo tempore futuro numeri singularis cum vel si latus ero, cum vel si latus eris, cum vel si latus erit; numeri pluralis cum vel si lati erimus, cum vel si lati eritis, cum vel si lati erint; et ulteriore futuro numeri singularis cum vel si latus fuero, cum vel si latus fueris, cum vel si latus fuerit; numeri pluralis cum vel si lati fuerimus, cum vel si lati fueritis, cum vel si lati fuerint. tempora participiorum trahuntur ab hoc verbo duo, praeteritum latus, futurum ferendus. nunc hoc monemus, quod hoc verbum et cum compositione sua ad supra scriptam formam declinatur. sane quaeritur, qua de causa a fero appellatio latura faciat, et a differo dilatio. sed quoniam haec causa sonorum est, ideo hoc in sonis conpetenter tractabimus.

De verbo, quantum ratio poscebat, tractavimus.

9 erint *R* erunt *v* 13 praeteritum latus *B* praesens ferens *R* 16 est *om. R*, *add. B* 17 tractabimus *r* tractauimus *RB* 18 tractauimus feliciter feliciter *R* tractauimus UTERE FELIX LAPPADI MERCURI SCRIPTOR CUM PATRONIS GAUDE *B*

APPENDIX PROBI.

p. 437. 38 V.

Nomina appellativa generis masculini, quae ablativo casu numeri singularis u littera terminantur: versu casu accentu statu gradu cogitatu tractatu actu intellectu arbitratu commissu sensu consensu rogatu petitu dictu stinctu accitu arcessitu monitu recessu discessu secessu excessu successu incessu interventu intercessu motu impetu tumultu concentu fremitu strepitu irritu auditu visu cultu ornatu vestitu conversu aspectu prospectu respectu conspectu sexu affectu dilectu parentatu sortitu ortu occasu lapsu volatu accessu confractu refractu infractu flexu inflexu reflexu conflexu gressu ingressu congressu regressu aditu introitu transitu pensu latratu rugitu mugitu tinnitu hinnitu accitu metu fractu infractu accubitu morsu potu aestu concubitu cultu conceptu partu fetu incestu raptu fletu planctu ululatu ploratu gemitu cruciatu interitu luctu obitu exitu reatu cursu decursu spiritu halitu saltu usu fluctu cinctu equitatu iactu tactu contractu pulsu inpulsu consensu .... risu cantu amplexu complexu bassu gestu luxu concursu incursu recursu curru missu passu circuitu orsu ductu tractu textu contextu intextu sumptu paratu ambitu conatu nisu effectu accessu discessu anhelitu hiatu singultu sinu lacu fluctu arcu relatu exercitu ritu ictu contactu situ compulsu repulsu. numeri tantum singularis: decurionatu pontificatu principatu clarissimatu consulatu maioratu minoratu primatu || dominatu praesidatu senatu (et huius senati) auguratu duoviratu tribunatu proconsulatu episcopatu gestu magistratu artu flatu portu. nomina appellativa generis feminini, quae ablativo casu numeri singularis u littera terminantur: manu actu quercu nuru anu porticu vitu pinu socru

B codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 17
v editio Vindobonensis a. 1837

1 APPENDIX AD PROBI ARTEM MINOREM *v*, *om. B* 3 litteris *B* 4 commissu *v* comisu *B*: *fortasse* conisu 7 strepetu *B* 11 hinnitu] innitu *B* infractu] anfractu *coniecit editor Vindobonensis* 12 cultu] coltu *B* 13 ploratu *v* proratu *B* cruciatu *v* cluciatu *B* corsu *B* 14 equitatu *v* aquitatu *B* 15 *punctis interpositis lacunas membranarum indicavit editor Vindobonensis. in his siquae coniectura supplevimus, litteris inclinatis expressa sunt* bassu] *Prob. p.* 322 *ed. Vind.* 18 hanelitu *B* 21 et huius senati *hoc loco om. B* 22 portu et huius senati (*corr. recentiore manu* portu et huiuscemodi) *B* 24 litteris *B* vitu] *Prob. p.* 323 *ed. Vind.*

mantu. nomina appellativa generis neutri, quae ablativo casu numeri singularis u littera terminantur: tonitru genu cornu veru gelu. nomina appellativa generis omnis, quae ablativo casu numeri singularis u littera terminantur: maior natu, minor natu, pessimus natu, maximus natu.

Nomina generis masculini, quae ablativo casu numeri singularis a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis a littera definiuntur: Catilina Phaedria lebeta Agrippa. nomina generis masculini, quae ablativo casu numeri singularis a littera terminantur *et* nominativo casu numeri singularis as litteris definiuntur: Aeneas Marsyas Iollas Atinas Phlegyas Boreas Phyllidas Amyntas Damoetas Hiarbas Nicias Iopas Bitias Menalcas Gyas Pelias. nomina generis masculini, quae ablativo casu numeri singularis a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis es litteris definiuntur: Anchises Acestes Achates, et ab Achate. nomina generis feminini, quae ablativo casu numeri singularis a littera terminantur: membrana vertebra medulla specula tuba muscipula praetexta vigilia symphonia acrimonia alimonia cymbula caverna bucina lacerna cortina bruma cisterna palpebra sanctimonia tibia querimonia ignominia parsimonia hospitia.

Nomina generis communis, quae nominativo casu numeri singularis er litteris definiuntur: pauper celer volucer acer uber alacer. nomina generis communis, quae nominativo casu numeri singularis il litteris definiuntur: pugil vigil mugil. ||

Nomina generis feminini, quae ablativo casu numeri singularis e littera producta terminantur: species acies canities progenies series rabies requies planities scabies materies segnities luxuries facies dies macies pernicies effigies proluvies prosapies sanies pauperies congeries glacies; item res spes fides. nomina generis feminini, quae ablativo casu numeri singularis e littera correpta terminantur et aptota esse reperiuntur: Pholoe Tisiphone Autonoe Agave Beroe Callirrhoe calibe.

Nomina generis neutri, quae in numero plurali aptota esse reperiuntur: mella rura maria olea fella tura vina hordea. nomina generis neutri, quae nominativo casu numeri singularis i littera terminantur: sinapi cummi. nomina generis omnis, quae nominativo casu numeri singularis i littera terminantur: frugi nihili.

Nomina generis masculini, quae ablativo casu numeri singularis io litteris definiuntur et vocativo casu e littera terminantur: pius ebrius alius medius sobrius. nomina generis masculini, quae nominativo casu numeri singularis ante ultimam consonantem per duas u litteras discretas scri-

1 mantu *de vestimento interpretatus est editor Vindobonensis conl. Salmas. ad Trebell. Pollion. Claud. c.* 17 *p.* 343 2 litteris *B* 7 catillina *B* fedria *B* 8 et *om. B* 10 Phlegyas *v* flegetis *B* Phyllidas] felidas *B* Damoetas *v* damintas *B* 11 Gyas *v* gas *B* 16 caverna *v* cauerba *B* 17 palbepra *corr.* palpepra *B* 18 hospita *v* 22 pugil *v* pigil *B* 26 effigies *corr.* efficies *B* 28 thisfone *B* 29 calliroe *B* 31 ordea *B* 37 subrius *B*

p. 439—41 V.

buntur: perpetuus arduus vacuus fatuus carduus mortuus patruus. nomina generis masculini, quae per q, non per c litteram scribuntur: equs coqus iniqus antiqus. nomina generis feminini, quae nominativo casu numeri singularis us litteris definiuntur et ablativo casu o littera terminantur: cupressus ulmus cedrus Amathus Paphus myrtus fagus nomus alvus.

Nomina generis feminini, quae nominativo casu numeri singularis os litteris definiuntur et ablativo casu *o* littera terminantur: Zacynthos Tenedos Epiros Paphos Antandros Delos Neritos. || nomina generis feminini, quae nominativo casu numeri singularis o littera terminantur et aptota esse reperiuntur: Pyrgo Mycono Allecto Calypso Clio Samo Gyaro Dido Celaeno Sappho Erato ioepiro inerito.

Nomina generis neutri, quae ablativo casu numeri singularis o littera terminantur et nominativo casu us litteris definiuntur: pelagus virus vulgus. nomina generis neutri, quae nominativo casu numeri singularis as litteris definiuntur: fas nefas nugas. nomina generis neutri, quae nominativo casu numeri singularis a littera terminantur: ceroma glossema thyma catastema phlegma soma thema peloma programma schema hermeneuma reuma parauma centema charisma digma aenigma condyloma axioma clima cataplasma toreuma pascha plenguma poema apostema chroma sympasma chrisma dogma schisma boethema aroma apotelesma theorema baptisma simma diploma phantasma thymiama emphysema.

Nomina generis masculini numeri semper pluralis: inferi circenses cracli Carpi manes cancelli Arpi Quirites: et Vergilius 'qui te Quirites donavit': ludi: et Vergilius 'ludo exercent'. nomina generis feminini numeri semper pluralis: scalae is, indutiae is, mappae, Kalendae, caerimoniae is, Nonae is, minae is, Baiae is, balneae is, Thebae is, Fesulae is, Athenae is, Carales bus, scopae is, praestigiae is, Idus bus, tenebrae is, divitiae is, thermae is, Alpes bus, Mycenae is, Cumae is, lutinae is, nares bus: 'sonat hic de nare canina || Littera', manae is, sordes bus: 'collecta sorde dolentis', paleae is, preces bus:

nunc prece nunc dictis virtutem accendit amaris,

exuviae is, copiae is:

2 equs] equus *B* 5 pafus *B* 7 o *om. B* zaquintos *B* 8 epyros *B* pafos *B* antandris *corr.* -ros *B* 11 saffon *B* *fortasse* Erato Io Epiro Manto 16 thyma catastema phlegma *v* thima gatastema flecma *B* 17 scema ermeneuma *B* 18 parauma] *fortasse* pneuma carisma *B* condyloma *v* condaloma *B* 19 thoreuma pasca *B* croma *B* 20 crisma docma scisma boetima *B* apotelegma *B* baptisma *v* batusma *B* 21 fantasma tymiama ephisema *B* 23 cracli] *cf. infra p.* 199, 12. *Donat. p.* 1748 qui te] *Horat. carm.* II 7, 3 quis te redonavit Quiritem 24 ludo] *Verg. Aen.* VII 380 26 caerimunne *B* Fesulae *v* pesulae *B* 27 Carales *v* caralis *B* 28 termae *B* micaenae *B* lutinae] autinae *B* antennae *coniecit editor Vindobonensis* 29 nares *v* naris *B* sonat] *Pers. sat.* 1, 109 manae] manubiae *coniecit editor Vindobonensis.* manas malas maxillas *glossae Placidi apud Maium class. auct.* III *p.* 485 30 collecta] *Horat. epist.* I 2, 53 paleae *v* peleae *B* praeces is *B* 31 nunc prece nunc dictis *om. B: Verg. Aen.* X 368 32 exuviae] exubei *B*

et quae sit circum me copia lustro.

nomina generis neutri semper pluralis numeri: arma is, bucolica is, moenia bus, mapalia bus, sabbata is, missa is, castra is, georgica is, magalia bus, lustra is, exta, serta is, talaria is, Pergama is, theatra is, venabula is, cunabula is, verbera bus, Saturnalia bus, Sigillaria bus, Parentalia bus, Terminalia bus, Fugalia bus, iliaria bus, citalia bus, Neptunalia bus, penetralia bus, Vulcanalia ium orum, Veneralia bus, Minervalia bus, manumissalia is, Quinquatria is, ilia, Vestalia, Floralia orum ium bus, Lupercalia orum ium bus, Praecisalia orum ium bus, Quinquennalia orum ium bus Decennalia orum ium bus, Tricennalia orum ium bus, vindicta, praecordia, cibaria, diaria, pascua, stromata, taeda, panth..ea, butia, sphaeromachia, cymbloma, Cythera, Gargara, comitia.

Locutio cum nominativo casu non ambigit quem ad modum proferatur, ut puta Cicero dixit, Caesar clamavit, ego legi, Terentius dicturus, Vergilius emendavi, et cetera talia.

Locutio cum genetivo casu haec convenire reperitur: similis illius, avidus honoris, neglegens amicorum, studiosus vestri, conscius facti, obliviscor iniuriae, recordor praeceptorum, memor bonorum, misereor puerorum, pudet facti, piget operis, taedet laboris, paenitet sceleris, particeps rerum, compos voti, ignarus malorum, expers bonorum, peritus rerum, consultus iuris, dubius itineris, cupidus honoris, nullius indigus, plenus rimarum, gr..or vestri, memini illius, admoneor amicorum, prudens rerum, cupidissimus legis, securus amorum, diligens munditiae, *curiosus* studiorum, providus rationis, piget hominum, certus rerum, fastidiosus honorum, obliviosus veterum, ferox contumeliae, timidus *ignaviae*, dives pecorum, lactis abundans, egregius militiae, impleor Bacchi, auxilii eget, dives opum, fessi rerum, potens tempestatum.

Locutio cum dativo casu haec convenire reperitur: similis Mercurio, fido virtuti, maledico hosti, suadeo civi, mando tibi, cedo illi, pareo legibus, insulto inimico, studeo Vergilio, intentus lectioni, noceo ipsi, haereo fenestrae, obluctor arenae, incumbens arae, timeo mihi, teneor amori, inimicus hosti, invidus tibi, habilis virtuti, aptus vanitati.

Locutio cum accusativo casu haec convenire reperitur . . . . . .

Locutio cum vocativo casu non ambiget quem ad modum proferatur, ut puta Cicero lege, Terenti scribe, Salusti recita, et cetera talia.

1 et quae] *Verg. Aen.* II 564 lustro] *'in margine huius paragraphi legitur in codice adhuc vocabulum* Benycenae' *editor Vindobonensis* 3 mappalia *B* 6 Hilaria bus, Compitalia bus *coniecit editor Vindobonensis. fortasse* Cerealia 7 bulcanalia *B* 8 quinquatia m similia (*corr.* isiilia) *B* 9 quinquenalia *B* 11 stramata *B* taeda] *fortasse* vada buca *corr.* butia *B: fortasse* lautia speromachia *B* 12 *fortasse* symbola Cythera Gargara *v* citera carcara *B* 17 vestri] uestis *B* 20 compos] compus *B* 21 iteneris *B* plenus rimarum] *Terent. Eunuch.* I 2, 25 33 *tredecim idiomata accusativi casus olim scripta fuisse indicavit editor Vindobonensis. ex quibus haec adparuerunt,* obliviscor . . . penitet . . . iubeo . . . calumnior illos . . sortior

p. 442—44 V.

Locutio cum ablativo casu haec convenire reperitur: delector choraula, advertor pantomimo, fruor argento, potior auro, utor toga, privor possessione, indigeo consilio, egeo sumptu, careo molestia, abstineo cibo, fungor officio, sacrifico victima, donatus corona, dignus honore, indignus fama, orbus liberis, fretus amicitia, plenus pecunia, vehemens iracundia, opus est patrono, indulgeo vino, expolio birro, interdico amicitia.

Nomina cum accentu producto..... Heliodorus, Theodorus,..... Polydorus, Cloanthus,.....rus, tyrannus,.....grabatum, lebeta, delubrum, cratera, umbilicus, Serestus, Sarpedon, Adonis,..... Olympus, Cecropis, Pe‖neleus, Pasiphae, Casybus, Phlegethon, Sibylla praesagus, Camilla, Anthea, Camillus, Triton Alcanoris, Gulussa Agenoris. nomina cum accentu correpto: Castoris, Hectoris, rhetoris, Mnestoris, Actoris Aurunci, Laudamia, ca..be, baratrum, barcent, palanges, Prochyta, paelicis, as...um, Garamantas, arbuta.

Nomina generis masculini: urciolus cinis sextarius Tiberis congius orcus quar..arius dens nodus articulus nervus venter pes cubitus uter modium grex fons st.... commentarius cucumis acinus vomer ligo vepres umerus.

Porphyreticum marmor non purpureticum marmor, telonium non toloneum, speculum non speclum, masculus non masclus, vetulus non veclus, vitulus non viclus, vernaculus non vernaclus, articulus non articlus, baculus non baclus, angulus non anglus, iugulus non iuglus, calcostegis non calcosteis, septizonium non septidonium, vacua non vaqua, vacui non vaqui, cultellum non cuntellum, Marsyas non Marsuas, cannelam non canianus, Hercules non Herculens, columna non colomna, pecten non pectinis, aquaeductus non aquiductus, cithara non citera, crista non crysta, formica non furmica, musivum non muscum, exequiae non execiae, gyrus non girus, avus non aus, miles non milex, *sobrius* non suber, figulus non figel, mascu‖lus non mascel, lanius non laneo, iuvencus non iuvenclus, barbarus non barbar, equs non ecus, coqus non cocus, coquens non cocens, coqui non coci, acre non acrum, pauper mulier non paupera mulier, carcer non carcere, brabium non brabeum, pancarpus non parcarpus,

2 aduector pantomimo *B* 4 danatus *B* 7 Heliodorus *v* eliodurus *B* 8 polidorus chloantus *B* grauatum *B* 10 Cecropis *v* cecrop *B* passifae *B* flegedon sybilla *B* 13 procyta *B* pelicis *B* 14 arbota *B* 15 teberis *B* 16 gubitus *B* 17 gres flons *B* cocumis *B* 19 porphireticum marmur non purpureticum marmur *B* 22 non uaclus *B* 23 serpizonium non serpidonium *corr.* septizonium non septidonium *B* 24 cannelam non canianus] *'ita plane codex mendo tribus punctis vocabulo priori praepositis indicato' editor Vindobonensis. fortasse* caninus non canianus 27 exequiae] exequae *B* gyrus non gyrus *B* 28 avus] *Prob. p.* 309 *ed. Vind.* miles] *Prob. p.* 340 *ed. Vind.* s.... non suber *B* sobrius non sober *coniecit editor Vindobonensis conl. Prob. p.* 339 *ed. Vind.* figulus] *Prob. p.* 344 *ed. Vind.* 29 masculus] *Prob. p.* 302 *ed. Vind.* 30 barbarus] *Prob. p.* 301 *ed. Vind.* equs] *Prob. p.* 311. 339 *ed. Vind.* 31 acre] *Prob. p.* 250 *ed. Vind.* 32 branium non braeum *B*

p. 444. 45 V.

Theofilus non izofilus, homfagium non monofagium, Byzacenus non Bizacinus, capsesys non capsesis, catulus non catellus, doleum non dolium, calida non calda, frigida non fricda, vinea non vinia, tristis non tristus, tersus non tertus, umbilicus non imbilicus, turma non torma, celebs non celeps, ostium non osteum, flavus non flaus, cavea non cavia, senatus non sinatus, brattea non brattia, cochlea non coclia, cocleare non cocliarium, palearium non paliarium, primipilaris non primipilarius, alveus non albeus, globus non glomus, lancea non lancia, favilla non failla, orbis non orbs, formosus non formunsus, ansa non asa, flagellum non fragellum, calatus non galatus, digitus non dicitus, solea non solia, calceus non calcius, iecur non iocur, auris non oricla, camera non cammara, pegma non peuma, cluaca non clauaca, ... ales non alis, facies non facs, cautes non cautis, plebes non plebis, vates non vatis, tabes non tabis, supellex non superlex, apes non apis, nubes non nubis, suboles non subolis, vulpes non vulpis, palumbes non palumbis, lues non luis, deses non desis, reses non resis, vepres non vepris, fames non famis, clades non cladis, Syrtes non Syrtis, aedes non aedis, senes non senis, proles non prolis, draco non dracco, oculus non oclus, aqua non acqua, alium non aleum, || lilium non lileum, glis non glir, delirus non delerus, tinea non tinia, exter non extraneus, clamis non clamus, vir non vyr, virgo non vyrgo, virga non vyrga, occasio non occansio, caligo non calligo, terebra non telebra, effeminatus non imfimenatus, botruus non butro, grus non gruis, anser non ansar, tabula non tabla, puella non poella, balteus non baltius, fax non facla, vicocapitis Africae non vicocaput Africae, vicotabuli proconsulis non vicotabulu proconsulis, vicocastrorum non vicocastrae, vicostrobili non vicotrobili, teter non tetrus, aper non aprus, amygdala non amiddola, fasseolus non fassiolus, stabulum non stablum, triclinium non triclinu, dimidius non demidius, turma non torma, p....nus non pisinnus, ...rix non meneris, aries non ariex, ...non persica, ...non disentericus, ...non ababalsamum, ...non esa..., daucus non draucus, auctor non autor, auctoritas non autoritas, ... linteum non lintium, ...non ametra, terraemotus non terrimotium, ... coruscus non scoriscus, tonitru non tonotru, passer non passar, anser non ansar, arundo non harundo, obses non ...., capitulum non capiclum, noverca non novarca, nurus non nura,

2 'doleum non dolium *tribus punctis vocabulo primo praepositis; legendum videtur* dolium non doleum' *editor Vindobonensis: cf. Charis. p.* 54 3 calida non calda] utrumque dicitur *in marg. add. B* vinia] uinea *corr.* uinia *B* 8 globus] glouus *B* orbs] 'urbs *codex elemento primo deleto, altero propiori τῷ* u *quam τῷ* o' *editor Vindobonensis: cf. de nom. p.* 135 *ed. Vind.* 9 'fragellum *codex τῷ* r *puncto supposito' editor Vindobonensis* 13 plebes] pleuis *B* supellex] supelex *B* 21 effeminatus] imfimenatus *B* 23 non polla *corr.* non poella *B* 25 non uicostrobili *corr.* non uicotrobili *B* 26 amygdala *v* amicdala *B* fassolus non *corr.* fasseolus non *B* faseolus non *v* 28 piseuus non pisinnus, meretrix non meretris *coniecit editor Vindobonensis* 29 dysentericus non disentericus, opobalsamum non ababalsamum *coniecit editor Vindobonensis*

p. 445. 46 V.

socrus non socra, neptis non nepticla, anus non anicla, tondeo non detondo, rivus non rius, imago non emago, pavor non paor, coluber non colober, adipes non alipes, sibilus non sifilus, frustrum non frustum, plebs non pleps, garrulus non garulus, parentalia non parantalia, celebs non celeps, poples non poplex, locuples non locuplex, robigo non rubigo, plasta non blasta, bipennis non bipinnis, ermeneumata non erminomata, tymum non tumum, strofa non stropa, bitumen non butumen, mergus non mergulus, myrta non murta, ziziber non ziziper, iunipirus non iuniperus, tolerabilis non tulerabilis, basilica non || bassilica, tribula non tribla, viridis non virdis, constabilitus non instabilitus, Sirena non Serena, musium vel musivum non museum, labsus non lapsus, orilegium non orologium, ostiae non hostiae, Februarius non Febrarius, glari non cracli, allec non allex, rabidus non rabiosus, tintinaculum non tintinabulum, Adon non Adonius, grundio non grunnio, vapulo non baplo, necne non necnec, passim non passi, numquit non mimquit, numquam non numqua, nobiscum non noscum, vobiscum non voscum, nescio ubi non nesciocube, pridem non pride, olim non oli, adhuc non aduc, idem non ide, amfora non ampora.

Inter austrum et ostrum hoc interest, quod austrum ventum significat, ostrum vero purpuram esse demonstrat.

Inter hos et os hoc interest, quod hos pronomen significat, os vero vultum esse demonstrat.

Inter labat et lavat hoc interest, quod labat nutat significat, lavat vero lotorem esse demonstrat.

Inter ebrium et ebriosum hoc interest, quod ebrium ad tempus multum bibisse significat, ebriosum vero semper multum bibentem demonstrat.

Inter laetum et letum hoc interest, quod laetum gaudentem significat, letum vero mortuum esse demonstrat.

Inter capillatum et capillosum hoc interest, quod capillatum capillos grandes habentem significat, capillosum vero pilosum, id est hirsutum esse demonstrat.

Inter paene et pene hoc interest, quod paene adverbium significat, pene vero novissimam partem corporis esse demonstrat.

1 tundeo non detundo *B* 4 non celips *corr.* non celeps *B* 8 iunipirus] ‘τῷ i *secundo superscriptum* e: *legendum forsitan* iuniperus non iunipirus’ *editor Vindobonensis* 9 tripla *corr.* tribla *B* 11 horologium non orologium, hostiae non ostiae *coniecit editor Vindobonensis* 12 gratu *corr.* glari *B; cf. supra p.* 195, 23 13 tintinabulum non tintinaculum *coniecit editor Vindobonensis* 18 Inter austrum — 201, 10 delectat demonstrat *sunt in codice Montepessulano* 306. *cuius codicis discrepantia adscripta est adposita M littera.* INCIPIUNT DIFFERENTIAE PROBI UALERII *M* quod austrum significat patrem ostrum *M* 19 porpora *B* 20 Inter os sine h et hos cum h hoc interest, quod os uultum significat hos uero pronomen esse demonstrat *M* 24 Inter hebrium et hebriosum *M* hebrium *M* 25 bibisse] beuisset *corr.* bibisset *B* 26 Inter lectum cum a et lectum sine a hoc interest quod lectum *M* 27 laetum uero *M* 29 hyrsutum *BM* 31 Inter paene cum a et pene sine a hoc interest quod pene *M* 32 pęne uero fortissimam partem *M*

p. 446—48 V.

Inter lascivum et petulantem et temulentum hoc interest, || quod lascivum satullum gestientem significat, petulantem autem libidinosum ostentat, temulentum vero satullum vinolentum esse demonstrat.

Inter inpurum et inpudicum hoc interest, quod inpurum patientem turpitudinem significat, inpudicum vero facientem turpitudinem demonstrat.

Inter ostentum et monstrum et prodigium et portentum hoc interest, quod ostentum et monstrum praesentia ostentant, prodigium autem et portentum futura significant.

Inter beneficum et veneficum hoc interest, quod beneficum bene facientem significat, veneficum autem veneni datorem esse demonstrat.

Inter habeo et abeo hoc interest, quod habeo retineo significat, abeo autem eo demonstrat.

Inter mutum et mutuum hoc interest, quod mutum qui non loquitur significat, mutuum autem alienum sumpsisse demonstrat.

Inter orbum et caecum hoc interest, quod orbum qui suos extulerit significat, caecum autem qui lumen non videt demonstrat.

Inter iuventatem et iuventam et iuventutem hoc interest, quod iuventatem deam iuvenum significat, iuventam autem aetatem designat, iuventutem vero multitudinem iuvenum esse demonstrat.

Inter cornua et corna hoc interest, quod cornua animalium vel antemnarum significat, at vero corna pomorum genus esse demonstrat.

Inter acerbum et acervum hoc interest, quod acerbum inmaturum significat, acervum vero acerum esse demonstrat.

Inter mala et malas hoc interest, quod mala poma significat, malas autem maxillas esse demonstrat.

Inter somnum et somnium hoc interest, quod somnum quod dormimus significat, somnium autem quod dormientes videmus esse demonstrat.

Inter saevit et sevit hoc interest, quod saevit irascentem significat, sevit vero satorem esse demonstrat.

Inter sum et suum hoc interest, quod sum verbum significat, suum vero pronomen esse demonstrat. ||

Inter aes et es hoc interest, quod aes metalli materiem designat, es autem verbum esse demonstrat.

2 gescientem *M* petulantem uero satullum libidinosum *M* 3 temulentem *M* uinolentum *B* uinolentem *M* 4 Inter purum *M* 6 prudigium *M* 7 ostentent *B* ostendunt *M* prudigium *B* 8 significent *B* 9 Inter beneficium et ueneficium *M* 11 Inter habeo cum h et abeo sine h *M* 15 qui suos extulerit] aliquid uidere *M* 16 uidit *M* 17 quod iuuentatem aetatem iuuenem signf̄ iuuentam uero deam esse demonstrat *M: grammaticorum de his vocabulis praecepta composuit A. Reifferscheidius Sueton. reliq. p. 274 sq.* 18 deam iubentem significet *B* designet *B* 19 demonstret *B* 20 amtemnarum significat corna uero pomorum *M* 23 acerum] tumulum *M* 24 significet *B* 25 demonstret *B* 26 Inter somnum — 29 demonstrat *lacuna membranarum perierunt in B* 28 Inter saeuit cum a et seuit sine a *M* 32 Inter aes cum et es sine a hoc interest quod aes metallum aerū signf̄ es autem uerbum esse ostendit *M*

p. 418. 49 V.

Inter criminosum et criminatorem hoc interest, quod criminatorem qui crimen dicit designat, criminosum autem in quem crimen dicitur demonstrat.

Inter libidinem et lividinem hoc interest, quod libidinem cupiditatem animi significat, at vero lividinem livorem corporis esse demonstrat.

Inter malum et malum hoc interest, quod, si malum producte proferatur, velum vel arbor navis necesse est ut intellegatur; si vero malum correpte proferatur, id quod est pessimum necesse est ut subaudiatur.

Inter iuvat et iubat hoc interest, quod iuvat adiuvat significat, at vero iubat delectat demonstrat.

Inter tubam et tubos hoc interest, quod tubam symphoniae bucinam significat, at vero tubos qui aquam mittunt esse demonstrat.

Inter barbam et barbas hoc interest, quod barbam hominum esse designat, barbas vero animalium esse demonstrat.

Inter neutrum et neutrale hoc interest, quod neutrum nomen aut pronomen vel participium significat, neutrale vero verbum esse demonstrat.

Inter tuum et tum hoc interest, quod tuum pronomen significat, tum vero adverbium esse demonstrat.

Inter fragrat et flagrat hoc interest, quod fragrat odorem significat, flagrat vero splendorem demonstrat.

Inter theatrum et theatra hoc interest, quod theatrum moenia ipsa significat, theatra vero ludos scenicos esse demonstrat.

Inter dolum et dolorem hoc interest, quod dolum tergiversationem significat, dolorem vero corporis inquietudinem esse demonstrat.

Inter augurium et auspicium hoc interest, quod augurium avium cantum significat, auspicium vero cuiuslibet aspectum demonstrat.

Inter probum et probrum hoc interest, quod probum iustum significat, probrum vero ignominiosum esse demonstrat.

Inter coclearium et cocleare hoc interest, quod coclearium eum qui cocleas vendit significat, cocleare vero argenteum esse demonstrat.

Inter Asprum et asperum hoc interest, quod Asprum vocabulum hominis esse intellegitur, asperum autem non laeve esse demonstratur. ||

Inter velit et vellit hoc interest, quod velit volentem significat, vellit autem eruit demonstrat.

Inter honestum et onustum hoc interest, quod honestum nobilem designat, onustum vero onus ferentem demonstrat.

1 Inter criminosum — 2 demonstrat *lacuna membranarum perierunt in B* 2 designat] designf *M* 4 cupiditatem] qualitatem *B*: cupiditatem corporis significat liuidinem uero corporis *M* 6 quod *om. B:* quod malum si productum *M* 8 correptum *M* id est quod est pessimum *M* 9 Inter iubat et iubat (*corr.* iuuat) hoc interest quod iubat *B* vero *om. M* 10 iubat] iuuat *B* demonstrat. EXPLICIT ARS PROBI DŌ GRATIAS AMEN *M* 15 Inter neutrum] sed secundum Probum neutrum in nomine, neutrale in verbo rectius dicimus *codex Parisinus* 7491 *f.* 93 19 flagrat] fraglat *B* quod fraglat *B* 29 Inter cocliarium *B* 30 uindit *B* 33 significet *B*

p. 449, 50 V.

Inter nympham et lympham hoc interest, quod nympham deam significat, lympham autem aquam esse demonstrat.

Inter agmen et amnem hoc interest, quod agmen multitudinem vel iter esse demonstrat, at vero amnem fluvium esse designat.

Inter animam et animum hoc interest, quod anima sine differentia esse intellegitur, animus vero varius et mutabilis esse cognoscitur.

Inter nigro et migro hoc interest, quod nigro [hoc est] nigrum facio significat, migro autem loci demutationem demonstrat.

Inter abrogantem et adrogantem hoc interest, quod abrogantem aliis auferentem significat, adrogantem autem multum sibi praesumentem ostentat.

Inter serram et seram hoc interest, quod serram unde materies praeciditur designat, sera vero unde ostium tutatur esse demonstrat.

Inter forfices et forcipes hoc interest, quod forfices incisorias esse designat, forcipes vero tenaces esse demonstrat.

Inter annuit et abnuit hoc interest, quod annuit . . . . . .

Inter procum et procerem hoc interest, quod procum petitorem nuptiarum designat, procerem vero prin*cipem* esse demonstrat. . . . . .

Inter nobilem et novilem hoc interest, quod nobilem generosum significat, novilem autem notum omnibus esse demonstrat.

Inter Syram et suram hoc interest, quod Syram gentis suae feminam designat, at vero suram partem pedis esse demonstrat.

Inter templa et delubra hoc interest, quod templa ubi simulacra sint designat, delubra vero aream cum porticibus demonstrat.

Inter os et oram hoc interest, quod os vultum vel rostrum designat, oram vero ultimam partem unius cuiusque rei esse demonstrat.

Inter suus et sus hoc interest, quod suus pronomen intellegitur, sus vero animal esse intellegitur.

Inter sartorem et sarcitorem hoc interest, quod sartorem || agrum sarrientem significat; sarcitorem autem vestem sarcientem demonstrat.

Inter alvum et alveum hoc interest, quod alvum ventrem significat, alveum autem . . . cavam esse demonstrat.

Inter laminam et lamiam hoc interest, quod laminam tenuem cuiusque metalli rem designat, lamia vero animal esse demonstrat.

Inter oram et horam hoc interest, quod oram extremam partem cuiuslibet rei significat, horam vero quantitatem temporis esse demonstrat.

Inter quod et quot hoc interest, quod quod pronomen significat, quot vero adverbium esse demonstrat.

Inter fatuum et fatum hoc interest, quod fatuum segnem designat, fatum vero fortunae decretum esse demonstrat.

3 vel iter] ūlter *B* universaliter *v* 6 cognuscitur *B* 8 micro autem *B* demutatione *B* 16 *post* quod annuit *lacuna membranarum duo versus perierunt in B* 18 *post* demonstrat *lacuna membranarum quindecim versus perierunt in B* 25 et ora *B* 30 sarrientem] sarcientem *B: cf. Non. p.* 7 37 significet *B* 39 signem *B*

p. 450. 51 V.

Inter tempore et tempori hoc interest, quod tempore ablativum casum temporis significat, tempori vero adverbium esse demonstrat.

Inter Fructus et fructuus hoc interest, quod Fructus vocabula hominum accipimus, hoc est nomina propria significamus, fructuus vero appellativa nomina esse pronuntiamus.

Inter visos et visuus hoc interest, quod visos participia significat, visuus vero nomen appellativum esse demonstrat.

Inter Bassos et bassuus hoc interest, quod Bassos nomina propria designat, bassuus vero appellativa nomina esse demonstrat.

Inter similem et similantem hoc interest, quod similem talem significat, similantem vero mentientem demonstrat.

Inter ortus et hortus hoc interest, quod ortus processus significat, hortus vero agros amoenos esse demonstrat.

Inter sobriae et sobrie hoc interest, quod sobriae nomen designat, sobrie autem adverbium esse demonstrat.

Inter feminam et femina hoc interest, quod feminam hominem significat, femina autem femora esse demonstrat.

Inter marem et mare hoc interest, quod marem masculum designat, mare vero elementum aequoreum esse demonstrat.

Inter pyram et pirum hoc interest, quod pyram locum ardentem significat, pirum vero pomum esse demonstrat.

Inter principium et initium hoc interest, quod principium || primam partem carminis significat, initium vero unius cuiusque rei incidentis coeptum esse demonstrat.

Inter opus et operam hoc interest, quod opus id quod fit significat, operam vero a qua fit esse demonstrat.

Inter foedum et foedus hoc interest, quod foedum turpe significat, foedus vero ius iurandum esse demonstrat.

Inter oblitum et oblitum hoc interest, quod oblitum correpte perfusum significat, oblitum autem producte immemorem esse demonstrat.

Inter concidit et concidit hoc interest, quod concidit correpte cecidit significat, concidit autem producte *scidit esse demonstrat.*

Inter occidit et occidit hoc interest, quod occidit correpte mortuum significat, occidit autem producte interficit demonstrat.

Moror conor auxilior ingredior percontor gratulor grassor loquor molior fungor laetor polliceor suspicor morior largior paciscor suffragor moderor venor insidior epulor auguror privor misereor recordor obsequor adversor gratificor glorior arbitror . . . . . fabricor diduor moechor

4 accepimus *B* 9 uassuus (*corr.* bassuus) uero *B: cf. Prob. p.* 322 *ed. Vind.* 18 mare masculum *B* 19 aquareum *B* 23 carnis *corr.* carminis ‘τῷ m *vero tribus punctis notato*’ *B* 30 significat et oblitum autem *B* 32 scidit esse demonstrat *v: in B* ‘*praeter* s *et particulam* τοῦ c *nihil superest*’ *editor Vindobonensis* 38 diduor] dignor *coniecit editor Vindobonensis* moecor *B*

p. 451 V.

repperior rimor scortor .... amplexor adgredior obliviscor adsequor utor fruor execror testor vereor metior. nunc hoc monemus, quod exceptis supra dictis deponentibus et communibus, quaecumque iam verba indicativo modo temporis praesentis ex prima persona r littera terminantur et ex sua specie non possunt facere verba activa, haec indiscreta qualitate accipiuntur .... communis sive deponentis verbi potestate fungantur.

1 repperior] opperior *coniecit editor Vindobonensis* 2 nererior *corr.* uerior *B* 6 accipiuntur ... quod . e .. *v lacuna codicis indicata :* id est *vel* hoc est *coniecit editor Vindobonensis* fungantur FELICITER *B*

VALERII PROBI

DE NOMINE EXCERPTA.

B codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 16

v editio Vindobonensis a. 1837

VALERII PROBI DE NOMINE EXCERPTA.

p. 215. 16 V.

Nominativus finitur litteris XIII, vocalibus V, id est a e i o u, ut Sisenna monile sinapi Cicero veru, semivocalibus VI, id est l m n r s x, *ut* consul scamnum flumen Caesar Livius silex, mutis duabus, id est t et c, ut caput lac; genetivus tribus, id est s i e, ut Catonis magistri Musae; dativus III, id est i o e, ut agili docto scholae; accusativus IIII, id est m s t e, ut hominem funus caput monile; vocativus VII, a e i m r x o, ut Musa monile Livi scamnum Caesar silex Cato: sed in generibus neutris similis est nominativo. ablativus terminatur vocalibus V, ut ab hac schola, ab hoc monile, ab hoc agili, ab hoc docto, ab hoc veru; item m s et r, ut nequam nugas instar. quaecumque nomina nominativo singulari i litteram habuerint ante ultimam syllabam, haec genetivo singulari eandem duplicant, ut hic Mercurius huius Mercurii, hic Vergilius huius Vergilii: sic etiam in neutris, ut hoc dolium hoc folium, huius dolii huius folii [lilii] facit et cetera.

Omnia nomina nominativo or syllaba finita aut masculina sunt, ut honor, aut feminina sunt, ut arbor, aut neutra, ut aequor, aut communia, ut melior. solum omnis generis invenitur memor, quod potest adverbium facere memoriter.

Ad nominativum casum verba accedunt dicitur fertur nominatur, ut ‘dicitur Cato se occidisse’, ‘fertur Pompeius in litore Aegypti iacuisse’, ‘nominatur Augustus inter quosdam’.

Quaecumque nominativo casu ante s litteram habuerint u geminum, generis sunt masculini, ut servus equus arduus corvus cervus torvus. sed alvus sola geminatur, ut

curvam compagibus alvum. ||

Veteria non dicuntur nominativo, sed vetera, ut genetivo plurali veterum, non veterium faciat.

Neutra nomina us litteris finita nominativo genetivum in duas formas acuunt. una est, quae u litteram genetivo in e transvertit et ris adicit

1 INCIPIT VALERII PROBI DE NOMINE *B* 4 ut *om. B* 26 curvam] *Verg. Aen.* II 51 27 Veteria *v* ueteriora *B*

p. 216. 17 V.

syllabam, ut vulnus vulneris, holus holeris. altera est, quae similiter in ris syllabam exit, sed u in o mutat, ut nemus nemoris, [lepus leporis], pecus pecoris, pectus pectoris; sed utraque syllaba crescunt. inveniuntur tamen II nomina, quae ab hac ratione dissentiant, id est pelagus et vulgus, quae apud poetas masculino genere ponuntur, ea ratione, quod genetivo singulari in i exeant et huius pelagi vulgi, sicut bulbi, faciant, nec syllaba crescant. ideo autem pelagus dissentire videtur, quia Graecum est. nam vulgus, cum sit Latinum, non debet inter neutra genera poni; melius enim inter masculina poneretur: quamquam Vergilius et masculino 'spargere voces In vulgum ambiguas' et neutro dixerit 'tum vulgus et omnem Miscet agens telis n. i. f. t.', neutro item genere

scinditur incertum studia in contraria vulgus

et saevit animis ignobile vulgus.

ad hoc ergo genus accusativum masculinum posuit, non neutrum: nam si neutrum, illa utique ratione dixisset, quod nominibus neutris tres casus similes serviant, et fecisset vulgus non vulgum. et Cornelius Severus rerum Romanarum libro I dixit

pelagum pontumque moveri.

virus autem aptoton est. quaecumque nomina neutra us litteris terminantur nominativo casu singulari, in genetivo us amittunt et aut o aut e recipiunt et ris syllaba adsumpta declinantur, ut pecus pecoris, nemus nemoris, vellus velleris, * aut is, ut viscus visceris, cibus ciboris. ||

Omnia nomina pluralia ia litteris nominativo finita genetivum in ium syllabam mittunt, ut moenia Hilaria Compitalia Vestalia comitia, horum moenium Hilarium Compitalium et cetera. sed Lucretius metrum custodiens rationem regulae excessit, qui ait anciliorum, non ancilium. inter haec ergo nomina sola distant comitia, quae genetivo plurali missa in um non vim nominis magis quam loci nomen adsignant, ut horum comitium, et dativo vel ablativo his comitibus, quasi de propriis nominibus definiat dignitatem. quapropter hoc vim quandam nominibus secretionis videmur inferre in genetivo plurali, ut comitiorum, non comitium dicamus, et comitiis, non comitibus. eodem modo cibaria constant. si um syllaba genetivum finiamus et faciamus cibarium, non ipsius nominis regulam sonumve complectimur, quam magis alterius, quod est sordidum [et]; dativo vero

6 faciant *v* faciunt *B* 9 quamquam *v* quam *B* uergilius masculino et *B* spargere] *Verg. Aen.* II 98 10 tum] *Verg. Aen.* I 190 11 omne *B* n. s. f. t. *B* 12 scinditur] *Verg. Aen.* II 39 13 saevit] *Verg. Aen.* I 149 22 vellus velleris, viscus visceris, at i viscus cibus *coniecit editor Vindobonensis. videntur potius quaedam excidisse, in quibus quaedam nomina us litteris finita aut i aut is recipere in genetivo casu dictum erat* 25 anciliorum *dixit Horatius carm.* III 5, 10 auciliorum et nominis et togae. *quem versum adscripsit Charisius p.* 46 *P post versum Lucretii* I 227 unde animale genus. *hinc natus esse videtur error grammatici, qui nomen Lucretii ad exemplum Horatii rettulit. Lucilii nomen substituere volebat I. Beckerus Philol.* II *p.* 47 *et* 592 27 distant *v* distare *mutata* e *littera in* t *B* 34 sordidum et vile *v*

p. 217. 18 V.

et ablativo non sonat Latina finitio. non enim possumus dicere cibaribus. ergo genetivum rum syllaba terminemus, id est cibariorum, ut reliqua Latine claudantur. item nomina neutra pluralia a terminata littera casu nominativo, haec genetivo plurali rum syllaba terminantur, dativum et ablativum in is syllabam mittunt, ut arma castra exta sarmenta et similia.

Sal quidam putant generis esse neutri, ut mel fel. quod si ita est, in obliquis casibus analogia dissolvitur. non enim geminata l genetivo huius sallis facit, quo modo mellis fellis. quod si una l refertur, non idem genetivo flectitur salis, sicut mellis et fellis, sed ab ea origine venit, ut significet iocos, et ideo sales masculini generis est, ut apud Lucilium

ore salem expiravit amarum,

et apud Sallustium 'neque salem neque alia inritamenta gulae quaerebant', et apud Horatium Flaccum

parochi quae debent ligna salemque.

flectitur ergo, ut masculino genere possit || esse sic uti sol; sed genetivo casu solis producitur, salis corripitur. pumex masculini generis est, ut Vergilius

latebroso in pumice nidi.

silex cortex masculino genere dicuntur; apud antiquos feminina erant, ut 'stabat acuta silex' et 'silice in nuda' et 'musco circumdat amarae Corticis'. sal Fabianus causarum naturalium neutro genere dixit, 'cur sal aliud inquinatius vel nigrius? quia sal e luto congestum est': idem masculino pluraliter 'protinus crescunt effusi sales': Afranius Liberto

meum sal si bene visum mihi

genere neutro.

Apud Vergilium tapetas masculino genere invenimus, ut 'pulchrosque tapetas', a nominativo hic tapeta, cuius declinationis ablativus pluralis apud ipsum Vergilium est, 'pictisque tapetis'. item alii a nominativo hic tapes dicunt, qui facit hos tapetas; sed lectum nusquam est.

Finis generis est masculini, quia quaecumque nomina simplicia inanimalia Romana, id est anima carentia, nis syllaba finiuntur, generis sunt masculini, ut finis crinis cinis panis amnis; quibus similis cum sit finis, generis erit masculini. ideo autem dicimus Romana, quia lychnis nis syl-

3 neutro *B* 6 Sal] *cf. Charis. p.* 82 *et ars grammatica codicis Lavantini* 24 *f.* 63 10 est] esse *B* 11 expiravit *H. Columna in Enn. fragm. p.* 179 *ed. Neap.* expiavit *B et codex Lavantinus* 12 apud Sallustium] *Iug.* 89 13 apud Horatium] *sat.* I 5, 46 18 latebroso *Verg. Aen.* V 214 20 stabat] *Verg. Aen.* VIII 233 silice] *Verg. bucol.* 1, 15 musco] *Verg. bucol.* 6, 62 21 fauianus *B* causarum naturalium II *Charisius* 22 cur sal aliud perlucidum, aliud inquinatum aut nigrum *Charisius* 23 idem *Charisius* item *B* 24 effusi *codex Lavantinus* infusi *Charisius* ofosi *corr.* offosi *B* effossi *v* 27 Apud — 30 nusquam est *Charis. p.* 45. *Prob. p.* 343 *ed. Vind. cod. Lavant.* 24 *f.* 62 pulchrosque] *Verg. Aen.* VIIII 358 29 pictisque] *Verg. Aen.* VII 277 30 qui *Charisius* quia *B* 31 Finis] *cod. Lavant.* 24 *f.* 60 34 autem] enim *B*

p. 218. 19 V.

laba finitur et est generis feminini; sed Graecum est: ideo simplicia; invenitur enim bipennis figurae compositae et generis feminini est: et ideo inanimalia, quia sunt iuvenis et canis, quae sunt generis communis. Vergilius autem utroque genere dixit, ut 'haec finis Priami fatorum' et 'hic finis fandi'.

Dies cuius generis sit quaeritur. quidam putant generis feminini esse, quia quaecumque nomina ablativo casu numero singulari e littera producta terminantur, generis sunt feminini, ut ab hac re et ab hac spe, item ab hac die. contra plerique masculini generis esse dixerunt, quia neque in numero neque in qualitate femininum genus recipit: numero sic, paucos dies, non paucas dicimus; qualitate, quia dies festos et non || festas dicimus. potest tamen in adverbio genus deprehendi, ut hodie, quod significat hoc die. observabimus tamen secundum veteres hanc differentiam, qui spatium diurnae lucis significantes τὴν ἡμέραν masculino genere dixerunt, ut Vergilius

nos delubra deum miseri, quibus ultimus esset
ille dies;

feminino autem genere absolute tempus,

quam nec longa dies pietas nec mitigat ulla.

dies, cum praesens tempus significat, generis est masculini; cum praeteritum aut futurum, feminini, ut

donec longa dies perfecto temporis aevo.

Stirpem Vergilius et masculino et feminino genere dixit: masculino, cum radices arborum significare vult, ut

stirpem Teucri nullo discrimine sacrum;

feminino, cum ad progeniem refert, ut

heu stirpem invisam

et

stirpem admisceri Phrygiam.

Turbo, cum puerilis lusus instrumentum significat, masculini generis est, ut

ceu quondam torto volitans sub verbere turbo
q. p. m. i. v. a. c.

at cum procellam significat, feminini generis erit, ut 'ater quos aequore turbo Dispulerat', et declinatur ut virgo. at cum proprium hominis nomen est, declinatur ut Cato.

4 haec] *Verg. Aen.* II 554 5 hic] *Verg. Aen.* X 116 6 Dies] *Charis. p.* 85 11 quia] qua *B* 13 defferentiam *corr.* diff. *B* 16 nos] *Verg. Aen.* II 248 19 quam] *Verg. Aen.* V 783 21 futuri *B* 22 donec] *Verg. Aen.* VI 745 23 Stirpem] *Charis. p.* 85 25 stirpem] *Verg. Aen.* XII 770 27 eu *B: Verg. Aen.* VII 293 29 stirpem] *Verg. Aen.* VII 579 32 ceu] *Verg. Aen.* VII 378 34 *feminino genere dicendum esse* turbinem *non memini a quoquam doceri.* hic turbo, *non* hic turben *nominativo casu dicendum esse praecepit Charisius p.* 48 *et* 117 ater] *Verg. Aen.* I 511

p. 219. 20 V.

Sunt quaedam nomina in us litteris terminata, quae ex se bina adverbia faciunt, ut navus nave naviter, largus large largiter.

Omnia nomina aut fixa sunt aut mobilia. fixa sunt, quae in suo statu permanent, ut vir mulier; mobilia autem, quae per duo genera flectuntur, et sunt propria, ut Cornelius Cornelia. appellativa autem per III genera moventur, ut probus proba probum.

Nomina masculini generis, quae in nominativo singulari in as litteras exeunt, per ceteros casus in tis syllabam adcrescunt, ut Asprenas Asprenatis, Maecenas Maecenatis, Atinas Atinatis. || nomina masculini generis, quae in o exeunt in nominativo, per omnes casus eadem littera efferuntur, ut Cato Catonis, Milo Milonis, Maro Maronis et similia.

Masculus dicitur, non mascel, ut genetivo masculi, non masceli faciat.

Oenoferi, non oenofera, quoniam masculino genere singulari numero hic oenoferus, non oenofer facit.

Vrcei masculino genere, non neutro dicuntur, quoniam diminutive *masculino* genere urcioli, non urciola dicuntur.

Fastus, id est libellus, generis est masculini et genetivo huius fasti facit. item fastus, ut 'stirpis Achilleae fastus', huius fastus facit.

Torques generis est masculini. sindo generis masculini est usu magis, quam ratione certa; cuius locutio talis est, 'sindones Arabeos'.

Quali masculino genere dicuntur, ut

tu spisso vimine qualos,

et neutro, ut Cicero 'inter qu . . . . . pectebatur aurum'.

Frenos et frena apud Vergilium legimus, ut

stabulo frenos audire sonantis

et frena Pelethronii Lapithae gy*rosque dedere.*

Pater familias an pater familiae? pater familias ab antiquis dicebatur . . . . . secutus est et Messala. sed Sisenna, scriptor historiarum, primus mutasse dicitur pater familiae dicendo. melius enim genetivo nomen compositum respondet, pater familiae, quam accusativo, pater familias.

Aeger animo, aegrotus corpore.

Crepido hic an haec crepido magis dici debeat, dubitant non nulli, cum Cicero in Oratore crepidinem dicat, ut vertiginem. ||

1 nomina us litteris terminata *v conl. Diom. p.* 402 nomina tribus litteris terminata ser *B* 14 *fortasse* non hoc oenoferum facit 15 diminutivo *B* 16 masculino *om. B, add. v* urceoli *corr.* urcioli *B* 18 stripis *B: Verg. Aen.* III 326 19 syndo *B* 20 ratione per certas *B* rationes per certas *v* syndones *B* 22 tu] *Verg. georg.* II 241 23 et feminino *corr.* et neutro *B* *'lacuna octo circiter literarum in loco Ciceronis ima folii ora avulsa' editor Vindobonensis, qui coniecit* inter quala purum plectebatur aurum 25 stabulo] *Verg. georg.* III 184 26 frena] *Verg. georg.* III 115. *extrema versus pars in codice periit* 27 Pater familias] *Charis. p.* 83 *'lacuna octodecim fere literarum membranae ora avulsa sic posset expleri,* non pater familiae quos' *editor Vindobonensis* 34 in Oratore] 67, 224 deinde omnia tam quam crepidine quadam comprehensione longiore sustinentur

Criminosus an criminator? criminosus est criminibus obnoxius, sicut invidiosus invidiae subiectus; criminator autem, qui crimen obicit, accusator, qui accusat.

Fetigati an fatigati? melius fetigati, quod fetigo dicatur et fessi, non fassi. fassi autem praeterito tempore confessos, non fatigatos significat.

Minister an ministrator? minister cottidiani officii videtur esse, ministrator autem ut administrator in re publica vel saepius quid faciens. itaque Cicero oratione secunda pro Cornelio 'quare hominem inpugnare non desinunt, nisi remotis ministratoribus'.

Nasus hic an hoc nasum? antiqui neutraliter dicebant; itaque Lucretius 'nasum diductius quam pandius paulo vellem'. qui nunc masculino genere dicitur. nam Cicero 'nasus itaque, qui diductus est, quasi murus oculis interiectus esse videatur'.

Podagrosus an podagricus? podagrosus a podagra, sicut rugosus a ruga.

Sponsor an et feminino genere dicatur sponstrix? sine dubio ratio definitione sua perseveranter nititur, quae omnia nomina masculina nominativo singulari or syllaba clausa feminino genere trix syllaba definit, ut cultor cultrix, victor victrix. quo modo sponsor feminino quoque genere dicetur sponstrix.

Scrupulus hic an et hoc scrupulum? consuetudo quidem hoc scrupulum, erudita vero hunc scrupulum dixit. Cicero pro Sexto Roscio, cum mentionem Chrysogoni facit, 'hunc sibi scrupulum, qui se dies ac noctes pungit, ut evellatis postulat': idem pro Cluentio hunc scrupulum dicit. post cuius auctoritatem nemo dubitaverit hunc scrupulum dicere, et quod in eius modi quaestiunculis nihil potest analogia. nam Terentius

at mihi unus scrupulus etiam nunc restat, qui me male habet.

Salitor an saltor? quod salitorem erudita consuetudo et proba auctoritas indicat, salitor dicimus. alioquin ratio analogiae pro alter o ‖ est. nam [cum] salire tam quam sarcire farcire, ex quibus fiat sartor, non sarcinator, quo modo rude vulgus dicit.

Senecis an senis? vitiose senis, quamvis illud auctoritas erudita custodiat. est enim nominativo singulari hic senex. omnia autem vocabula sive masculina sive feminina, quae nominativo singulari x littera terminantur, adcrescant necesse est genetivo singulari, ut calx calcis, sorex soricis, vertex verticis, pulex pulicis, frutex fruticis, latex laticis. itaque senex fiet

10 nasus *nec masculino nec neutro genere in Lucretii libris legitur. sed Lucilii exemplis neutraliter dici probant Nonius p.* 215 *et gramm. de nom. dub. gen. v.* nasum 12 Cicero] *de nat. deor.* II 57, 143 13 uidetur *corr.* uideatur *B* 22 auctoritas erudita vero *v* pro Sexto Roscio] 2, 6 24 pro Cluentio] 28, 76 27 Terentius] *Andr.* V 4, 37 30 quod saltorem *B* 31 ratione *B* 35 hic senes *B*

p. 222. 23 V.

senecis. vitiose ergo loquuntur qui dicunt senis, quamvis pro his consuetudo pugnet.

Inter ventrem et alvum et uterum hoc interest, quod venter totus dicitur, qui oculis subiectus est, alvus interior pars, qua cibus commeat, uterus autem, quo mulier baiulat partum.

Deis ratione dicitur quam dis. est enim deus ut meus reus et deis facere debet, ut meis reis.

Ebrius dicitur, non eber, sicut e contrario sobrius dicitur, non sober.

Amictus vestis, cum nomen est, declinatur hic amictus, huius amictus; at cum participium, huius amicti facit.

Expertum cum accusativo dicimus, 'aliquam rem expertus'; expertem autem, ignarum, genetivo casui iungimus, 'expertem istius rei', id est ignarum.

Ornatus, cum nomen est, huius ornatus facit; cum vero participium, huius ornati. sed

ornatus Argivae Helenae:

nomen posuit, non participium.

Flos generis masculini est, ut apud Vergilium 'purpureus veluti cum flos' et 'purpureosque iacit flores' et 'inscripti nomina regum Nascuntur flores' et 'varios circum Fundit humus flores' et Terentius in Eunucho 'anni sedecim flos ipse'.

Sutilis masculini generis est et communis: feminini, ut ||

tremuit sub pondere cumba
sutilis et multam accepit rimosa paludem,

et masculini, ut balteus et 'equus Troianus sutilis', et neutri, ut 'corium sutile'.

Duo sic declinantur ut ambo: duo, duorum, duobus, duo vel duos, duo, a duobus. item ambo, amborum, ambobus, ambo vel ambos, ambo, ab ambobus.

Quaecumque nomina Graeca in us exeunt, haec vocativo in eu mittuntur, ut hic Atreus o Atreu, hic Peleus o Peleu, hic Nereus o Nereu. quaecumque apud Graecos ros syllaba finiuntur, si in eadem syllaba antecedentem alteram consonantem habuerint, apud nos in er syllabam exibunt, ut Alcandros Menandros Evandros Teucros, Alcander Menander Evander Teucer. sin autem unam consonantem in eadem syllaba habuerint, apud nos in us syllabam consummabuntur, ut Homeros Homerus. erit ergo Menander ut Evander. Vergilius autem utroque utitur,

5 uterum *B*, *quod defendit editor Vindobonensis conl. Non. p.* 229 8 Ebrius '*ima folii ora avulsa*' *om. B*, *item* 9 Amictus *et* 11 Expertum cum accusativo 16 ornatus] *Verg. Aen.* I 650 17 non nomen posuit sed participium *corr.* nomen posuit non participium *B* 18 purpureus] *Verg. Aen.* VIIII 435 19 purpureosque] *Verg. Aen.* V 79 inscripti] *Verg. bucol.* 3, 106 20 varios] *Verg. bucol.* 9, 40 21 in Eunucho] II 3, 27 annis XVI *B* 22 Sutilis generis est communis *coniecit editor Vindobonensis* 23 tremuit] *Verg. Aen.* VI 413 25 balteus] *Verg. Aen.* XII 273 teritur qua sutilis alvo balteus

p. 223. 21 V.

Pallas Evander in ipsis

et sic,

rex Evandrus ait.

[Generis masculini] omnia nomina generis masculini monosyllaba dativo et ablativo plurali in bus syllabam exeunt, excepto vir: facit enim viris.

Formae casuales sunt nobis VI, senaria quinaria quadripertita tripertita bipertita simplex vel unita. senaria forma est, quae omnes VI casus in declinationibus habet dissentientes, ut est unus et solus: dicimus enim hic unus, huius unius, huic uni, hunc unum, o une, ab hoc uno. quinaria forma est, quando duo casus similes sunt, id est dativus et ablativus, ut hic doctus docti docto doctum docte ab hoc docto. quadripertita forma est, quando IIII casus similes sunt, nominativus et vocativus, genetivus et dativus, ut res spes: dicimus enim haec res spes nominativo, o res spes vocativo, genetivo huius rei spei et dativo huic rei spei, item hanc rem spem, ab hac re spe. tripertita forma est, quae in neutris nominibus invenitur, in quibus similes sunt nominativus accusativus vocativus, ut est scamnum scrinium, dativus et ablativus, scamno et ab hoc scamno. bipertita forma est, quae in nominibus neutris u finitis est, cum nominativus et accusativus et vocativus sociantur, ut genu cornu, || genetivum et dativum et ablativum a se segregant: dicimus enim huius genu, huic genu et ab hoc genu. simplex vel unita forma est, quae in monoptotis nominibus invenitur, ut nequam nugas. dicimus enim hoc nequam huius nequam huic nequam hoc nequam o nequam ab hoc nequam. similiter et nugas [aptota].

Nomina quae primis partibus declinantur et secundis non, ut tribunus plebis, praefectus urbis; hic tribunus plebis, huius tribuni plebis et reliqua. item secundis partibus declinantur, primis non, ut hic Minotaurus huius Minotauri et cetera. item utraque parte declinantur, ut hic Liber pater, huius Liberi patris et cetera.

Ianius dicitur, non Ianus, et declinatur hic Ianius huius Ianii et similia.

Ficus Varro masculino genere dixit ita, ‘de ficu se suspendit’. cuius ablativus masculini generis est.

Nomina monosyllaba masculina animam habentia, quae x littera terminantur, rex grex Phryx. sed si x littera c et s constat, quare genetivo huius regis et non recis aut per se ipsam x ut rexis facit? haec causa est, quoniam apud antiquos c littera pro g ponebatur, sic uti nunc g pro c posita est, et genetivo huius regis per c notabatur, sic uti praenomen

1 Pallas] *Verg. Aen.* X 515 3 rex] *Verg. Aen.* VIII 185 8 unica *corr.* unita *B* 19 cum] tum *B* 20 genetiuus et datiuus et ablatiuus *B* 33 Ficus] *Charis. p.* 74 *et* 103 de ficu] *Cic. de orat.* II 69, 278. *de errore grammatici Varroni haec tribuentis dictum est in Charis. p.* 74 *P.* 36 Phryx] frux *B*

p. 224. 25 V.

nunc Gaius c littera servata veterum consuetudine scribitur. sed postea in discretionem g litterae apex, qui sonum figuramque notaret, inventus est, quo addito melius in sonum vocis horum nominum regula sonare conspicitur.

Quaecumque nomina masculina plurali numero apud Graecos in *ρων* syllabam exeunt, haec translata in Latinum *ων* in um mutant. non magis se quam litterarum numerum custodire videntur, ut est *Ἑκτόρων Νεστόρων*, facit Hectorum Nestorum. sic ergo et *τορευμάτων ποιημάτων ἐμβλημάτων* nos recte toreumatum poematum emble‖matum dicimus. similiter in genetivo quoque singulari Graecum *ο* in Latinam i litteram mutamus, ut *ἐμβλήματος* huius emblematis, *κηρώματος* ceromatis, *ποιήματος* poematis, *πήγματος* pegmatis.

Apex generis est masculini, quoniam plurali numero hos, non has apices dicimus. sed cum singularem numerum sonat, alicuius rei acumen significat, ut ‘fundere lumen apex’; cum vero pluralem, litterarum indicat nomen, cuius locutio in consuetudine est, quando dicimus divinos apices et significamus litteras.

Cum omnia nomina genetivo singulari syllaba crescant aut aequata nominativo conveniant, tamen Iuppiter et calamus in genetivo decrescunt. facit enim huius Iovis et huius cannae propter cacenphaton. sed haec et alia anomala appellantur, id est quae per casus deficiunt.

Nomina aptota masculina, id est quae per omnes casus, tam singulares quam plurales, similiter aptantur, ut nequam nugas tabo frugi nihili.

Nomina arborum generis masculini, ut oleaster et malus, sed non arbor navis, et cyparissus.

Peritus iuris dicitur; Cicero tamen iure consultum dixit.

Chremes regulam declinationis triplicem habet, unam ut hic Chremes huius Chremes, aliam ut hic Chremes huius Chremetis, item aliam, ut hic Chremes huius Chremis.

[Generis feminini] nomina generis feminini us litteris terminata, ut Venus anus humus.

Nomina, quae in tas litteras exeunt, ut pietas veritas aequitas bonitas felicitas; item in tus, ut virtus myrtus; aut in e, ut Danae Daphne Circe Dirce Here; aut in cus, ut acus quercus ficus incus; aut in nys, et Graecum est, ut Erinnys; aut monosyllaba, ut spes res grus. item monosyllaba anima carentia, quae x littera terminantur, ut calx crux fax falx faex lux nux pax vox, quae observata ultimae litterae parte Graeco ritu genetivo

1 veterum] uerum *B* 2 notaret *B*: ‘τῷ t *primo punctum subscriptum et signum spiritui aspero accentu acuto iuncto simile impositum, fortassis voluit* mutaret’ *editor Vindobonensis* 5 Quaecumque — 12 pegmatis *Charis. p.* 38 6 *ων* in um mutant *Charisius* i (*corr.* in um) mutant *B* 8 ποεματων *B* 10 mutamus *Charisius* notamus *B* 11 ποεματος *B* 15 fundere] *Verg. Aen.* II 683 26 Cicero] *cf. Charis. p.* 62 28 huius Chremes] *fortasse* huius Chremi, *quae forma genetivi est in excerptis grammaticis vol.* I *p.* 541, 38 34 incus *v* encus *B*

p. 225 V.

casu procedunt. x enim in chi litteram Graecam vertent, ut genetivum faciant, quae videlicet servans originem priscae nativitatis, eo quod ex Graecis litteris Latinis adiuncta sit et quod c et s Latinis constet. capit ergo ex Graecis chi, de Latinis c s et exprimit genetivum, ut calcis crucis falcis faecis et cetera. haec ergo causa est, cur in cis et non in xis cadunt, ut faciant calxis cruxis faxis. nam faxis verbum suo ordine dicetur.

7 dicetur *v* dr̄ *B*

[PROBI]

DE VLTIMIS SYLLABIS

LIBER AD CAELESTINVM.

B codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 16

ς editiones veteres, ex quibus adhibitae sunt hae,
editio princeps a Iano Parrhasio facta Mediolani a. 1504
editio altera Iani Parrhasii Vicetiae a. 1509
editio Ascensiana Parisiis a. 1516
editio Coloniensis a. 1517

DE VLTIMIS SYLLABIS LIBER AD CAELESTINVM.

p. 1386. 87 P. p. 41. 42 L.

PRAEFATIO.

Accipe nostra tuis audacius edita iussis,
Caelestine potens, et mentibus insere dicta.
quo cumulante mihi semper fortuna favorem
haud invita dedit sese, comitante benigno
quem superi voluere virum mihi condere famam.
ausus enim incipiō, quoniam tua iussa fatigant,
tempora vel numeros verborum et commata verbis,
ut possum, monstrare meis; licet alta subire
mens humilis vetet et res metrica fortius artet:
aptius esse tamen conantes iussa fatemur
alta subire nimis, quam voce animoque silere. ||

DE ELEMENTIS LITTERARVM.

Litterarum elementa tria sunt, quae planius genera memoramus, unum vocalium, alterum semivocalium, postremum mutarum. elementum vocalium litterarum, quibus ex vocalitate inditum nomen est, apud nos quinque litteris continetur, apud Graecos septem. harum | illi aliquas et corripiunt et producunt, aliquas semper longas, aliquas semper breves habent. nos vero, quoniam numero sumus exigui vocalium litterarum, pro natura unius cuiusque syllabae easdem corripere et producere possumus. sunt autem hae, a e i o u. his quaecumque syllaba aut singularibus constat, ut ‘a virgo infelix’ et ‘o dea’; aut adhaerentibus ex qualibet parte consonantibus, ut ‘ne pete conubiis natam’ et ‘en quid ago’; aut duplicatis vocalibus, quas Graeci diphthongos vocant,

1 PRAEFATIO *B* PROBI GRAMMATICI INSTITVTA ARTIVM AD CAELESTINVM *Parrhasius* M. VALERII PROBI GRAMMATICARVM INSTITVTIONVM LIBER I. VALERIVS PROBVS AD COELESTINVM *Putschius* 5 favorem *editio Ascensiana* fabore *B* 13 arta *B* 23 a virgo] *Verg. bucol.* 6, 47 o dea] *Verg. Aen.* I 372 24 ne] *Verg. Aen.* VII 96 en] *Verg. Aen.* IIII 534 25 quod *B*: quod Graeci diphthongon ς

p. 1387. 88 P. p. 42. 43 L.

interdum sine aliqua consonante, ut ‘Oenotri coluere viri’, aliquando praecedentibus consonantibus, ut ‘praeterea genus’, aut interdum consequentibus, ut ‘aestatem increpitans seram’. elementum semivocalium septem litteris constat, quae per se quidem proferri singulae possunt, sine vocali tamen per se syllabam facere nequeunt. ideoque semivocales dictae: quod per se proferantur, vocalitatis nomen attingunt; quod per se syllabam non faciant, mutis similes inveniuntur. sunt autem numero septem, f l m n r s x. elementum mutarum litterarum novem litteris constat, quibus ex natura suum vocabulum cessit. ideo enim mutae dicuntur, quoniam per vocales litteras pronuntiantur neque etiam per se syllabam facere possunt. sunt autem numero novem, b c d g h k p q t. harum omnium diversi elementi litterarum vim naturamque per ordinem memorabo. ||

De vocalibus litteris. vocales litterae quinque sunt. ex his omnibus o littera specialem continet rationem et ω Graecam semper productam, non tamen plenius imitatur. nam etsi naturaliter brevis fuerit, pro longa poni potest: in ultima dumtaxat syllaba saepe contingit quibuscumque partibus orationis. in nominibus masculinis et femininis casu nominativo recte o littera producitur, quia et in genetivo singulari producta est, ut Cato et ratio, ut

quis te, magne Cato, tacitum,

ut

arduus arma tenens non te rationis egentem. |

Lucanus vero brevem posuit o syllabam superioris nominis, ut

arcano sacras reddit Cato pectore voces.

hic eam, quoniam ultima syllaba pedis est, videtur corripuisse; ille, quoniam non solum pedi faciat caput, sed etiam quod manifeste longa sit, produxit. at in hoc nomine, virgo virginis, ubi manifeste brevis est, quoniam genetivo deficit, quem ad modum eam longam poneret Vergilius in hoc versu,

hunc mihi da proprium, virgo sata nocte, laborem,

nisi eam pro longa poni posse secundum eius litterae naturam sciret? non quod initium pedi faciat, ut quibusdam placet. in verbis quoque, licet brevis sit, pro longa ponitur, ut ‘en quid ago’, ‘lustra domosque traho’. ne verearis ergo hanc vocalem ultimam verbi, non pedis, in qualibet parte orationis producere. a autem et e naturam suae vocalitatis sive correptae sive productae custodiunt. duae vero, i et u, nunc vocales nunc pro consonantibus ponuntur, ea ratione, si eas praecedentis aut vocalis aliqua de superioribus consequatur, ut ‘inveni germana viam’;

1 Oenotrii ς: *Verg. Aen.* I 532 2 praecedentibus ς procedentibus *B* praeterea] *Verg. georg.* II 83 3 aestatem] *Verg. georg.* IIII 138 21 quis] *Verg. Aen.* VI 842 23 arduus] *Verg. Aen.* VIII 299 25 arcano] *Lucan. Pharsal.* II 285 30 hunc] *Verg. Aen.* VII 331 laborem] l. b. r̄ *B* 33 en] *Verg. Aen.* IIII 534 lustra] *Verg. Aen.* III 647 34 traho *Parrhasius* domo *B* 38 inveni] *Verg. Aen.* IIII 478

p. 1388—90 P. p. 43. 44 L.

aut harum duarum, de quibus agimus, alteram praecedentem quaelibet fuerit altera consecuta, ut ‘tum Iuno omnipotens’ et ‘altius ad vivum persedit’. nec inmerito prior a posteriore conprimitur, quia facultas || obruendi praecedentem a tergo insidiantibus exhibetur. praeterea vim naturamque i litterae vocalis plenissime debemus cognoscere, quod duarum interdum loco consonantium ponatur. hanc enim ex suo numero vocales duplicem litteram mittunt, ut cetera elementa litterarum singulas duplices mittunt, de quibus suo disputabimus loco. illa ergo ratione i littera duplicem sonum designat, una quamvis figura [forma] sit, si undique fuerit cincta vocalibus, ut ‘acerrimus Aiax’ et

aio te, Aeacida, Romanos vincere posse.

De semivocalibus. semivocales litterae septem sunt, f l m n r s x. harum natura generalis ea est, ut omnes consonantium loco ponantur. nam et semivocales mutae consonantes appellantur. verum tamen istarum quattuor, l m n r, liquidae sunt, si consonantibus aliis, in una tamen sed posteriores dumtaxat syllaba, postponantur. idcirco dictae liquidae, quoniam postpositae | propriam vim potestatemque deperdunt, dum earum sonus liquescit et tenuatur, et nunc brevem nunc longam communemque syllabam [per positionem] eam quae praecesserit pro arbitrio scribentis efficiunt, si tamen consonans una praecesserit liquidam, ut ‘Phoebe gravis Troiae’ et

Evandrum Evandrique domus *et moenia replet.*

nam si duae liquidam praecesserint mutae, necessario fiet praecedens syllaba positione longa. recte igitur liquidae dictae, quod sibi inhaerere non possunt, exceptis duobus nominibus, ut Mnestheus et Mnasylos. x quoque specialem vim tenet, quod, quamvis una consonans sit, tamen pro duplici semper cedit et sola facit positione longam, sive in praecedenti syllaba sit sive in consequenti: in praecedenti, ut ‘nox erat’; in consequenti, ut ‘axem umero torquet’. hanc ergo semivocales litteram duplicem mittunt. ||

Mutae litterae novem sunt, b c d g h k q p t. hae omnes praeter c in oratione positae simplices sunt, quoniam c littera duplex in solis dumtaxat pronominibus invenitur et una pro duabus consonantibus cedit, quoniam crassum sonum reddit ac duplicem, ut ‘hoc illud germana’

2 altera consecuta *Putschius* alteram consecuta *B* tum] *Verg. Aen.* IIII 693 altius] *Verg. georg.* III 442 6 duarum ς duorum *B* 8 disputabimus ς disputauimus *B* 10 acerrimus] *Verg. Aen.* II 414 11 aio] *Enn. annal.* VI 186 *ed. Vahl.* 13 consonantum *B* 15 alis *B* 16 posteriore *B Lindemannus* posterior ς postponantur *Lindemannus* postponatur *B*ς 20 Phoebe] *Verg. Aen.* VI 56 22 Evandrum] *Verg. Aen.* XI 140 et moenia replet *om. B* 25 mnasylas ς 27 semper cedit *Freundius annal. philol. nov.* V (*a.* 1832) *p.* 96 semper praecedit *B* semper procedit *coniecit C. L. Schneiderus gramm. Lat.* I *p.* 371 28 sit ς fit *B* nox] *Verg. Aen.* III 147. VIII 26 *et saepius* 29 axem] *Verg. Aen.* IIII 482 32 in oratione positae simplices ς in rationem poni si simplices *B* 34 hoc] *Verg. Aen.* IIII 675

p. 1390. 91 P. p. 44. 45 L.

et ‘pro Iuppiter ibit hic ait’ et ‘hoc erat alma parens’. in ceteris autem partibus orationis duplicem non optinet potestatem. nam si dicas ‘nec erat alma parens’, ‘nec ait’, pro una cedit, et vis illa soni deficit crassioris. h litteram vero scire debemus consonantis loco poni non posse, quia nota est aspirationis quam solida littera, quam Graeci non figura aliqua litterae quam titulo pronuntiationis ostendunt.

Graecae litterae duae sunt in oratione Latinitatis, y et z, quarum diversa natura est. y enim vocalis est, quae et produci et corripi possit: producitur in hoc, ‘quos neque Tydides’; corripitur in hoc, ‘sic demum lucos Stygiae’. z autem consonans est. has Latinitas de Graeco fonte derivavit non suorum necessitate verborum quam Graecorum nominum ratione. sed z littera apud Graecos duplex est; ita et apud Latinos invenitur, ut est

contemptorque deum Mezentius

et

at medias inter caedes exultat Amazon.

DE SYLLABIS NATVRALIBVS.

Vocalis littera naturae deservit, consonans positioni. ex littera syllaba nascitur, ex syllaba pes, ex pede comma, ex commate versus, ex versu colon, ex colo periodos. comma est, [ut] cum particula versus vim sensus ostendit, ut ‘o pater’; colon, cum in fine versus ex maxima parte sensus concluditur, ut

o pater, o hominum rerumque a. p.

periodos est, cum protractus per multa sensus sequenti versu plenius explicatur, ut

o pater, o hominum rerumque aeterna potestas:
namque aliud quid sit, quod iam inplorare queamus?

natura syllabarum brevium atque longarum in nominibus ceterisque orationis partibus per ordinem nulla potest ratione artis conprehendi, sed sola auctoritate investigari potest. neque enim omnium nominum Graecorum atque nostrorum possumus numerum conprehendere diversorum. ergo licet profunda sit atque difficilis ratio syllabarum naturalium vim qualitatemque monstrare, tamen de postremis syllabis regulariter disputabo. syllaba naturaliter longa est quattuor modis. ea enim aut constat aut incipit aut habet aut desinit. constat dicitur, quando sola vocalis syllabam facit, ut ‘o decus’: incipit, cum in principio syllabae fuerit, ut ‘en ego

1 pro] *Verg. Aen.* IIII 590 hoc erat] *Verg. Aen.* II 664 5 aspirationis non solida ς non tam figura ς 9 quos] *Verg. Aen.* II 197 sic] *Verg. Aen.* VI 154 10 lucus stygiae *Parrhasius* lucos stygios *editio Ascensiana* has latinitas ς has latinas *B* 11 non tam suorum ς 14 contemptorque] *Verg. Aen.* VIII 7 16 ad medias *B: Verg. Aen.* XI 648 18 naturae ς natura *B* 21 o pater] *Verg. Aen.* X 18 27 quod iam iam inplorare *B* 36 o decus] *Verg. georg.* II 40 en] *Verg. Aen.* VII 452

p. 1391. 92 P. p. 45—47 L.

victa situ': habet, cum in medio fuerit, ut 'vos aeterni ignes': desinit, quando in fine posita est, ut 'te quoque magna Pales'.

Nominativus singularis duodecim litteris terminatur. per has omnis novissimarum syllabarum naturas aperiam. nominativus singularis a littera terminatus in omni genere postremam syllabam brevem facit: masculino, ut | 'advena nostri'; feminino, ut

Irim de caelo misit Saturnia Iuno.

neutro quoque in solis nominibus Graecis, quoniam Latina non sunt, brevis est, ut Horatius in arte poetica

sic animis natum inventumque poema iuvandis.

et communi genere eadem syllaba brevis est, ne in exemplis diutissime remoremur. nominativus singularis e littera terminatus masculino et feminino genere nominum Graecorum est et novissimam syllabam semper longam facit, ut 'praeterea sceptrum Ilione' et 'non Beroe vobis'. neutro autem genere Latinorum nominum est et semper brevem recipit, ut

tum vero omne mihi visum c.

et 'nomine quemque vocans'. nominativus singularis i littera terminatus || non fere accidit; tamen si evenerit, novissimam syllabam longam recipit. nominativus singularis Latini nominis o littera terminatus, ut superius dictum est, semper longam recipit, interdum pro necessitate brevem. at si Graeca nomina fuerint, semper longam recipiunt, ut 'Allecto torvam faciem', 'Pyrgo tot Priami natorum'. nominativum singularem aptoti nominis neutri generis u littera terminatum in poemate aliquo non facilius invenies, ut si facias hoc cornu et hoc genu vel hoc gelu. nam haec nomina apud Vergilium septimo casu inveniuntur. verum tamen si nominativum casum conlocare volueris, ultimam hanc syllabam longam ponito, quoniam necesse est in ablativo eam produci, ut Tullius in Arato

iam Tauri laevum cornu dexterque simul pes.

ibidem et corripuit, ut

hac propter laevum genu omnis parte locatus.

in ablativo tamen sine ambiguitate producitur.

Nominativus singularis sex litteris semivocalibus terminatur, l m n r s x. no|minativus singularis l littera terminatus masculino et neutro genere praecedentibus tribus vocalibus a e u novissimam syllabam brevem recipit, ut Lucanus

1 vos] *Verg. Aen.* II 154 2 te] *Verg. georg.* III 1 3 has *Putschius* hos *B* 6 aduena nostris ς: *Verg. bucol.* 9, 2 7 Irim] *Verg. Aen.* VIIII 2 9 in arte poetica] *v.* 377 14 praeterea] *Verg. Aen.* I 653 non ueroe *B: Verg. Aen.* V 646 16 tum] *Verg. Aen.* II 624 17 nomine] *Verg. Aen.* XI 731 20 superius] *p.* 220, 18 interdum — recipiunt *om. Putschius* 21 at ς ut *B* Allecto] *Verg. Aen.* VII 415 22 Pyrgo] *Verg. Aen.* V 645 31 hac] *Cic. Arat.* 27 genu nisi parte ς 36 Lucanus] *Pharsal.* I 304

p. 1392. 93 P. p. 47. 48 L.

quam si Poenus transcenderit Alpes
Hannibal,

et si facis mel et fel. praecedente o littera longa est, ut 'sol medium caeli'. nam natura longa ubique est, non positione; non inmerito, *quia* et in genetivo producitur, ut 'solis equi'.

Nominativus singularis m littera terminatus semper brevem facit. sed si sola restiterit et in synalipham non ceciderit, duram structuram metro facit, et ideo apud Vergilium in synalipham semper cadit a vocali excepta [aut fit positione longa], ut

Ilium *et* omnis humo fumat

et

atque ubi iam patriae per*ventum ad limina sedis.*

in hoc ergo vigilantia Vergiliana laudanda est, quod ubique haec littera finalis a vocali excipiatur aut ab aspiratione, ut sit synaliphae locus et per se stare non possit.

Nominativus singularis n littera terminatus praecedentibus vocalibus varias || naturas syllabarum facit, quas per singulas vocales ostendemus. an syllaba nominativi casus singularis, quae masculino et feminino genere in Graecis nominibus invenitur, semper longa est, ut 'quorum alter Acarnan', et Lucanus 'unde venit Titan'. nominativus singularis en syllaba terminatus Graeci nominis est et masculino sive feminino genere semper longa est: masculino, ut hymen, ut Seneca in Hecuba

quicumque hymen funestus inlaetabilis.

neutro vero genere Latina sunt nomina et syllabam brevem semper recipiunt, ut 'fulmen erat' et 'flumen agit'. sunt et masculina, ut

et tollens apicem generoso vertice flamen.

ergo quae Graeca sunt nomina, ultimam syllabam producunt, Latina corripiunt. | nominativus singularis on syllaba terminatus masculino et feminino genere nominum Graecorum longam habet: masculino genere, ut 'armiger Automedon' et 'hunc vehit inmanis Triton'; feminino, ut Calydon Babylon. neutro sane genere ultima brevis est. nominativus casus singularis in vel un syllabis terminatus non fere contingit.

Nominativus singularis r littera finitus omni genere Graecis Latinisque nominibus brevem habet: Graecis, ut 'Hector ubi est'; Latinis, ut 'ager ille malus' et 'hic vir hic est' et 'ipse doli fabricator Epeos' et

3 sol] *Verg. Aen.* VIII 97 4 quia *om. B, add. Putschius: cf. p.* 225, 16 5 solis] *Verg. Aen.* XII 115 9 aut] et *B: cf. p.* 232 10 Ilium] *Verg. Aen.* III 3 et *om. B, add.* ς 12 adque *B: Verg. Aen.* II 634 iam patria per in hoc *B* iam in patria per hoc ς 19 quorum] *Verg. Aen.* V 298 20 Lucanus] *Pharsal.* I 15 22 in aecuba *B: Troad.* 864 25 fulmen erat] *Verg. Aen.* VIII 427 flumen agit ς fulmen agit *B: Verg. Aen.* VIIII 814 26 et attollens *B* attollens *Putschius: Lucan. Pharsal.* I 604 29 armiger] *Verg. Aen.* II 477 30 hunc ueit *B: Verg. Aen.* X 209 34 Hector] *Verg. Aen.* III 312 35 ager] *Verg. georg.* II 243 hic] *Verg. Aen.* VI 792 ipse] *Verg. Aen.* II 264

p. 1393. 94 P. p. 48. 49 L.

nec gemere aeria cessabit turtur ab ulmo.

Nominativus singularis s littera terminatus per naturas vocalium ultimam syllabam per diversa nomina et producit et corripit. has me necesse est explanare per ordinem vocalium litterarum. as syllaba terminatus nominativus in Graecis nominibus masculino dumtaxat genere longam aliquando recipit, ‘una ingens Periphas’ et ‘filius huic Pallas’; interdum brevem, ut ‘Arcas eques’. ergo in propria qualitate nominis producitur, at in appellativa corripitur. feminino autem genere Graeci quoque nominis || brevis est, ut Horatius ‘Pallas honores’: dipodia dactylica, ut sit dactylus et spondius: ut Vergilius

atque Getae atque Ebrus et Actias Orithyia.

Latinis vero nominibus masculino genere et feminino semper producitur, ut | ‘hanc etiam Maecenas’ et ‘labentem pietas’ sive crudelitas. non frustra ergo producitur, quia eadem a littera vocalis genetivo casu longa est, ut pietatis crudelitatis. item neutro longa est genere, ut ‘sit mihi fas audita’ et in Lucano ‘in commune nefas’. es producta syllaba in Graecis nominibus nominativus singularis semper explicatur, ut ‘Aeneas Anchisiades’ et Priamides. in Latinis autem nominibus alibi altera corripitur, alteram alibi produci necesse est. corripitur in his nominibus quae genetivum singularem in tis syllabam mittunt, ut comes comitis, ut

filius huic Pallas, illi comes ibat Achates.

interdum tamen huius declinationis es syllaba longa est, ut Vergilius posuit in bucolicis

ipse aries etiam nunc vellera siccat

et

arebant herba et victum seges aegra negabant.

ea vero nomina quae genetivum lis aut mis vel dis aut pis ceterisque syllabis finiunt ultimam syllabam producunt, ut Lucretius in sexto libro de rerum natura

sustentata ruet moles et machina mundi,

et Vergilius ‘haec erat illa fames’ et ‘ille velut pelagi rupes i. r.’ illa quoque nomina sine ambiguitate semper producunt ultimam nominativi casus syllabam, quae genetivum singularis in e et i syllabas mittunt, ut facies faciei, ut ‘visa maris facies’. et huius declinationis analogia e

1 nec] *Verg. bucol.* 1, 59 6 una] *Verg. Aen.* II 476 filius] *Verg. Aen.* VIII 466 7 Arcas] *Verg. Aen.* X 239 9 Horatius] *carm.* I 12, 20 10 dactylice *B* Vergilius] *georg.* IIII 463 11 atque erous et a. c. *B* atque hebrus atque actias orithyia ς 13 hanc] *Verg. georg.* IIII 2 labentem] *Verg. Aen.* II 430 15 sit] *Verg. Aen.* VI 266 16 in Lucano] *Pharsal.* I 6 18 Aeneas] *Verg. Aen.* VIII 521 Priamides] *Verg. Aen.* III 346. VI 509 22 filius] *Verg. Aen.* VIII 466 24 in bucolicis] 3, 95 27 harebant *B*: arebant et iam uictum seges aegra negabat *Putschius: Verg. Aen.* III 142 29 finiuntur *B* in sexto libro] V 96 32 haec] *Verg. Aen.* VII 128 ille] *Verg. Aen.* VII 586 rupes immota manebat ς 34 syllabas] syllabam *B* 35 visa] *Verg. Aen.* V 768

p. 1394. 95 P. p. 49—51 L.

litteram in ablativo casu semper producit, superioris autem corripiunt aliquae, aliae producunt: corripiunt, ut ‘mole tenet scopuli’; producunt, ut Lucanus |

ubera sicca fame medios mittentur in ignes.

is syllaba nominativi casus brevis est masculino sive feminino genere atque communi: masculino, ut

namque suam patria antiqua cinis a. h.;

feminino, ut Calvus in Io

frigida iam celeri per‖agrata Borysthenis ora.

in monosyllabis vero invenitur longa, ut

degenerare tamen, ni vis humana quotannis.

os syllaba Graeci nominis masculino genere sive feminino brevis est, si aut nulla consonans vocalem praecesserit aut r littera praecesserit: masculino, ut

Chromis et Mnasylos in antro

et ‘Scorpios et iusta plus’, ‘aut Tmaros aut Rhodope’. si autem n littera vocalem praecesserit, longa est, ut ‘quaesitor Minos urnam movet’. hoc monosyllabo etiam nomine longa est, ut ‘Tros ait Aenea cessas’. feminino brevis, ut

Dulichium Sameque et Neritos ardua saxis

et

desuper omnis eo terrore Aegyptos et Indi.

neutro brevis, ut Vergilius ‘et chaos et Phlegethon’. Latini nominis saepe producta est, ut ‘mos erat Hesperio in Latio’ et ‘vomeris huc et falcis honos’ et ‘os umerosque deo similis’ et ‘luce sedet custos aut summi c.’. et brevis invenitur, ut in hoc nomine, hoc os, unde fit genetivus huius ossis. | us syllaba masculino genere semper et neutro brevis est, ut ‘campus aget gemitus’ et ‘hoc nemus hunc inquit f.’. feminino sane genere ea nomina ultimam syllabam corripiunt, quae aut similem genetivum nominativo habuerint, ut

at manus interea muris T. p.,

aut quae genetivum littera concluserint vocali. ea vero producunt, quae vocalem ultimae syllabae nominativi casus in genetivo produxerint et tis vel ris syllabam habuerint, ut virtus virtutis, tellus telluris, ut Lucanus

1 superiores *B* 2 mole] *Verg. Aen.* VII 589 3 Lucanus] *Pharsal.* III 352 7 namque] *Verg. Aen.* IIII 633 8 Caluus in io *Parrhasius* caluus in i. o. *B* caluus in x ς 9 celeri peragrata borysthenis ora *Parrhasius in editione Vicetina* celeris uergatar. uistinis ora *B: fortasse* celeri superata 11 degenerase *B* degenerasse ς: *Verg. georg.* I 198 15 cromis et mnasylus *B: Verg. bucol.* 6, 13 16 Scorpios] *Verg. georg.* I 35 aud maros *B* aut is maros ς: *Verg. bucol.* 8, 44 17 quaesitor] *Verg. Aen.* VI 432 18 Tros] *Verg. Aen.* VI 52 20 Dulichium] *Verg. Aen.* III 271 22 desuper] *Verg. Aen.* VIII 705 23 et chaos] *Verg. Aen.* VI 265 24 mos] *Verg. Aen.* VII 601 vomeris] *Verg. Aen.* VII 635 25 os] *Verg. Aen.* I 589 luce] *Verg. Aen.* IIII 186 28 campus] *Verg. Aen.* VI 874 hoc] *Verg. Aen.* VIII 351 29 inquit fontem ς 31 at] *Verg. Aen.* XI 597 muris tectisque propinquant ς 34 Lucanus] *Pharsal.* II 263

p. 1395—97 P. p. 51. 52 L.

'ne tanta incassum virtus eat', et Vergilius 'heu quae nunc tellus inquit'. etiam si duplex u fuerit, paenultima quoque corripitur, ut carduus et 'arduus arma tenens'. y Graeca littera vocali et s Latina terminatus nominativus longam habet, ut

teque sibi generum Tethys emat om. .

at masculino || brevis est, ut 'at Capys et quorum m.'. eadem in accusativo brevis est, ut 'aut Capyn aut c.'. t littera terminatus nominativus non tantum modo in nomine sed ubique novissimam syllabam brevem facit, ut 'hoc caput o c.'. x littera finitus nominativus, licet longam semper positione faciat syllabam, tamen naturaliter nunc corripit nunc producit: corripit in hoc, 'nox erat'; producit in hoc, 'hic primum nova lux oculis' et 'si fratrem Pollux'. | et ea quae producuntur nominativo casu eandem vocalem etiam in genetivo producunt paenultimae syllabae, ut

intonuit radiisque ardentem lucis et auro

et

talis Amyclei domitus Pollucis h. .

hactenus de nominativo. iam de genetivo disputandum est.

Genetivus singularis ae syllaba terminatus diphthongum faciente semper longam recipit in omni genere. i quoque littera semper longa est. at si duplex i fuerit, paenultima syllaba brevis erit, posterior, ut dixi, longa, 'Dardaniique rogum'. necessarium esse existimo rationem horum nominum et declinationis exponere, quae genetivi singularis vel nominativi et vocativi pluralium i litteram ultimam debeant duplicare. ea nomina, quae nominativo casu singulari i litteram vocalem ante ultimam syllabam habuerint, in omni genere i litteram debent necessario geminare, non solum metri gratia sed etiam propter vitium barbarismi, et ut ne sit contra rationem nominativo brevior genetivus, ut 'Chaoniique patris', quia dicimus hic Chaonius. ergo rite i litteram geminavit, ut et Massylius Massylii. at si ante ultimam syllabam in nominativo casu i littera non fuerit, nullo modo duplicari potest. ||

O littera genetivus terminatus Graecus est, eamque produci necesse est, ut 'in foribus letum Androgeo': est enim proprie Graecus genetivus, licet aliqui sic legunt, 'in foribus letum Androgei', Graecae declinationis ignari: et 'portusque subimus Chaonio', pro Chaonii

1 Vergilius] *Aen.* II 69 3 carduus et spinis *Putschius: Verg. bucol.* 5, 39 arduus] *Verg. Aen.* VIII 299 latina ς latini *B* 5 teque] *Verg. georg.* I 31 hemat *B*: emat omnibus undis ς 6 at masculino ς as masculino *B* at Capys] *Verg. Aen.* II 35 7 aut Capyn] *Verg. Aen.* I 183 9 hoc] *Verg. Aen.* XII 572 11 nox] *Verg. Aen.* VIII 26 *et saepius* hic] *Verg. Aen.* VIIII 110 12 si] *Verg. Aen.* VI 121 15 intonuit radiisq. a. l. e. a. et *B: Verg. Aen.* VII 142 17 talis] *Verg. georg.* III 89 22 Dardaniique] *Verg. Aen.* IIII 640 28 haoniique patriis *B: Verg. georg.* II 67 29 aonius *B* Massylius] *Verg. Aen.* IIII 132 30 at *Putschius* ac *B* 33 in foribus] *Verg. Aen.* VI 20 35 portusque] *Verg. Aen.* III 292 haonio pro haonii *B*

p. 1397. 98 P. p. 52—54 L.

patris portus; quamvis legatur ‘portusque subimus Chaonios’. est ergo genetivus Chaonio.

Genetivus singularis es syllaba terminatus Graecam declinationem habet et longam recipit, ut Lucanus ‘aestiferae Libyes’, ut Andromaches et Beroes. | tis vel ris aut dis et similis syllaba, qualibet praecedente consonante vocalem *i*, in eodem casu genetivo semper brevis est, ut

quamquam o si solitae quicquam virtutis adesset

et

inseritur vero ex fetu nucis arbutus h.

et

evaditque celer ripam inremeabilis undae

et

nec non ad templum summasque ad Palladis a.

et

aspice ventosi ceciderunt murmuris aurae.

genetivus singularis os syllaba terminatus in Graeca declinatione inveniri potest, et eadem masculino genere et feminino corripitur, ut

Parrhasio dictum Panos de more Lycaeo;

feminino, ut Lucanus

ut Pagasea ratis peteret cum Phasidos,

et in tertio

quaque fretum torrens Maeotidos;

et Vergilius ‘cum Daphnidos arcum’. us syllaba terminatus genetivus Graeci nominis non cito apud poetas Latinos invenitur; tamen si fuerit, longa est, ut si facias Didus et Allectus. Latini etiam nominis longa est, ut huius manus et huius currus, ut discrepet a nominativo genetivus, ut

attonitae magna ora domus et talia f. .

Dativi casus omnis postrema syllaba, quacumque vocali terminata fuerit, semper longa est in omnibus generibus. ||

Accusativus singularis a littera correpta terminatur in omni genere et est Graecae declinationis: masculino, ut ‘Hectora circum’; feminino, ut ‘lampada quassans’; neutro sine dubio brevis. accusativus singularis e littera correpta terminatus in generibus neutris invenitur, ut ‘infelix nati funus crudele’ et ‘hoc genus acre virum’. accusativus casus singularis i littera terminatus genere neutro in aptotis nominibus invenitur et longam habet ultimam, ut si facias hoc sinapi. o littera

1 patris *Parrhasius* paris *B* maris ς haonios *B* 2 haonio *B* 4 Lucanus] *Pharsal.* I 206 6 i *om. B* 7 quamquam] *Verg. Aen.* XI 415 9 inseritur] *Verg. georg.* II 69 arbutus horrida ς 11 evaditque] *Verg. Aen.* VI 425 undae ς und. *B* 13 nec] *Verg. Aen.* XI 477 15 aspice] *Verg. bucol.* 9, 58 18 Parrhasio] *Verg. Aen.* VIII 344 lycaci ς 19 Lucanus] *Pharsal.* II 715 20 Pegasea *Putschius* 21 et in Terentio ς et in Pu. Terentio Attacino *editio Ascensiana: Lucan Pharsal.* III 277 23 Vergilius] *bucol.* 3, 12 27 attonitae] *Verg. Aen.* VI 53 31 Hectora] *Verg. Aen.* VI 166 32 lampada] *Verg. Aen.* VI 587 34 infelix] *Verg. Aen.* XI 53 hoc] *Verg. georg.* II 167

p. 1398. 99 P. p. 54. 55 L.

terminatus accusativus Graeci nominis et feminini generis invenitur, quam produci necesse est, ut 'luctificam Allecto'. u littera terminatus accusativus singularis in genere neutro tantum modo invenitur et nominativo consentit, cuius de postrema syllaba superius disputatum est. scire autem oportet, quod in generibus neutris Graecis Latinisque tres casus similes sui, nominativus accusativus et vocativus, utroque numero ultimam syllabam brevem habent. l littera terminatus accusativus genere tantum neutro comprehenditur et semper brevem recipit. m littera terminatus accusativus in omni genere semper brevem habet. n littera consonante terminatum accusativum omnibus generibus reperies, sed naturae diversae. etenim masculino et feminino genere Graecorum nominum longa erit ultima, a littera praecedente, ut 'Aenean hominum quisquam'; e littera praecedente, ut 'Priamiden Helenum', 'et patrio Andromachen'; o littera praecedente brevis, ut Vergilius 'Pelion hinnitu fugiens': feminino genere, ut Horatius primo || carminum 'sperne dilectam Cypron'. neutro autem genere Latina syllaba et ubique, ut supra dixi, brevis. r littera terminatus accusativus vel s aut t in generibus neutris semper brevem habet, ut superius dictum est.

Vocativus casus a littera terminatus Latinus quidem brevem syllabam recipit, ut

et scelerum poenas *et te, Catilina, minaci*

et 'o dea'. in Graecis vero nominibus longa est, ut 'o Lycida' | et 'quo fugis Aenea'. e littera vocativi casus longa est Graeci dumtaxat nominis, ut 'Tydide mene Iliacis'. nec inmerito longa est, nisi quia et in nominativo singulari producitur. Latina sane si fuerit, brevis est, *ut* 'Turne quod optanti' et 'Aeole namque'. i littera terminatus vocativus singularis interdum brevem habet, interdum longam: brevem in hoc 'Tybri pater' et 'o crudelis Alexi' et 'Daphni quid antiquos s. r.'; item genere feminino, ut 'Iri decus caeli': longam in hoc, ut

anne lacus tantos te Lari maxime.

recte hic producitur postrema, quia nominativus ri et postea us syllabis explicatur, hoc est hic Larius huius Larii. ergo ea nomina producunt i litteram, quae in genetivo duplicaverint. nam quae is syllabam habuerint

2 luctificam] *Verg. Aen.* VII 324 4 superius] *p.* 223, 22 10 terminatus accus. omnibus *B* 12 aeneam hominum quisquisquam *B: Verg. Aen.* X 65 13 Priamiden] *Verg. Aen.* III 295 et patrio] *Verg. Aen.* III 297 14 breues *B* Pelion] *Verg. georg.* III 94 15 primo carminum] 30, 2 16 supra] *p.* 224, 31 21 et scelerum] *Verg. Aen.* VIII 668 et te Catilina minaci *om. B, add. Putschius* 22 o dea] *Verg. Aen.* I 372 o Lycida] *Verg. bucol.* 9, 2 23 quo] *Verg. Aen.* X 649 24 Tydide] *Verg. Aen.* I 97 nisi *om.* ς 26 ut *om. B, add.* ς Turne] *Verg. Aen.* VIIII 6 Aeole] *Verg. Aen.* I 65 28 Tybri] *Verg. Aen.* VIII 540 o crudelis] *Verg. bucol.* 2, 6 Daphni] *Verg. bucol.* 9, 46 29 Iri] *Verg. Aen.* VIIII 18 31 anne] *Verg. georg.* II 159 33 producunt ς producuntur *B*

p. 1399. 400 P. p. 55. 56 L.

eodem casu genetivo, corripiunt. o littera terminatus vocativus nominativo congruit. u littera terminatus Graecis nominibus longam habet, ut ‘quo res summa loco, Panthu?’ neutro vero genere nominativo atque accusativo respondet nominum Latinorum. vocativus singularis Latini nominis sive Graeci, quacumque fuerit consonante finitus, brevem habebit, ut nominativus.

Ablativus singularis qualibet vocali terminatus ultimam syllabam longam habet praeter e litteram correptam. haec enim sola in isto casu duplex est. producitur vero specialiter, si nominativus ‖ habuerit es syllabam longam et genetivum suum e et i syllabis explicuerit, ut macies maciei, species speciei, ut

cum subito e silvis macie conf.,

ut |

causa fuit neque enim specie f. .

potest etiam in his produci nominibus, quae genetivo casu ab hac declinatione desciscunt, ut haec fames huius famis. nam longa est ultima nominativo et ablativo, ut ‘haec erat illa fames’ et

amissis, ut fama, apibus morboque fameque.

in aliquibus nominibus es syllaba ut in nominativo brevis est, ita et in ablativo, ut

impius haec tam culta novalia miles,

et alibi

ingentes uterumque armato milite conplent.

inveniuntur etiam nomina quae in ablativo postremam e litteram vocalem corripiunt, cum in nominativo longa sit, ut ‘rupe sub aeria’ et ‘mole tenet scopuli’. quare in his ambiguitatibus auctoritas inquirenda est. verum si in nominibus Graecis ablativum nostrum, quem illi non habent, formaveris, novissimam syllabam brevem esse intelleges, ut

Daphnis me malus urit, ego hanc in Daphnide laurum

et

postera cum primo lustrabat lampade terras.

Latina vero nomina, praesertim ea quae nominativo es et genetivo tis syllabas recipiunt, in ablativo casu semper brevem habent.

De numero plurali. plurali numero in ultimis nominum syllabis nullam difficultatem reperies. etenim nominativus accusativus et vocativus omni in genere exceptis nominibus Graecis et neutro genere nostro postremam syllabam semper longam recipiunt. Graeca enim et neutra semper brevem nominativo casu, ut

2 quo res] *Verg. Aen.* II 322 4 respondit *B* 12 cum] *Verg. Aen.* III 590 confecta suprema ς 14 causa] *Verg. Aen.* IIII 170 17 haec] *Verg. Aen.* VII 128 18 amissis] *Verg. georg.* IIII 318 19 ita et in ablativo brevem e facit *coniecit Lindemannus*, ita et e in ablativo *Freundius annal. philol. nov.* V (*a.* 1832) *p.* 97 21 impius] *Verg. bucol.* 1, 71 23 ingentes] *Verg. Aen.* II 20 25 rupe] *Verg. georg.* IIII 508 mole] *Verg. Aen.* VII 589 29 Daphnis] *Verg. bucol.* 8, 83 31 postera] *Verg. Aen.* VII 148

p. 1400. 1 P. p. 56. 57 L.

Tyrrhenique omnes *et versis Arcades armis*,

accusativo 'Arcadas accensos monitu', vocativo 'Arcades haec inquit': feminino item genere per nominativum casum, ut |

pulsant et pictis bellantur Amazones.

et tamen Graeca nomina, quae nominativo casu plurali novissimam syllabam longam per diphthongum || habent, hanc quoque in accusativo producunt, ut Vergilius

Arctos Oceani metuentis aequore tingi.

item es syllaba, ut supra diximus, Graeca brevis est in accusativo, 'Cyclades et crebris legimus'; et vocativo, ut 'Nymphae noster amor Libethrides' et 'Naides indigno'. neutro genere in casibus supra dictis sine ambiguitate brevis est Graecis Latinisque nominibus: per nominativum, ut 'carmina vel caelo p.'; per accusativum, ut 'arma manu'; per vocativum

o patria, o divum domus *Ilium et incluta bello.*

Graeci etiam nominis exempla subiciamus: Ennius in primo annalium

latos *per* populos terrasque poemata nostra cluebunt,

et in Vergilio

Arcada piscosae cui circum flumina Lernae.

nominativus pluralis i littera terminatus duas formas habet, ut 'cunctique fremebant'; aut interdum duplicem, ut

o socii, neque enim ignari sumus ante *malorum.*

utraque tamen forma novissimam syllabam longam recipit. geminata autem i littera paenultimam syllabam brevem facit. *de* huius autem declinationis ratione in genetivo singulari plenissime disputatum est. nominativus pluralis diphthongo finitus semper longam habet. genetivus pluralis semper brevem Latino seu Graeco nomine; sed huic aut positio subvenire debet, ut longa fiat, aut a vocali excipi, ut synalipham faciat, sicut in accusativo singulari diximus. dativus et ablativus pluralis duabus tantum, sed diver-

1 Tyrrhenique] *Verg. Aen.* XI 93 et — armis *om. B* 2 Arcades accensos ς: *Verg. Aen.* X 397 Arcades] *Verg. Aen.* X 491 4 pulsant] *Verg. Aen.* XI 660 8 Arctos] *Verg. georg.* I 246 9 Cyclades] *Verg. Aen.* III 127 10 Nymphae] *Verg. bucol.* 7, 21 11 Naiades *Putschius: Verg. bucol.* 10, 10 13 carmina] *Verg. bucol.* 8, 69 arma] *Verg. Aen.* VIII 220 15 o patria] *Verg. Aen.* II 241 Ilium — bello *om. B* 16 in primo nam latos populos res atque poemata nostra cluebant *B* in primo annalium Latos per populos terrasque poemata nostra Clara cluebunt *H. Ilbergius Ennii annalium libri primi fragmenta* (*Bonnae a.* 1852) *p.* 13 *et* 14 *conl. Lucret.* I 117 *Verg. Aen.* I 228 17 Nam Latii populos res atque poemata nostra Cluvebunt *Ianus Dousa apud Merulam p.* 90 *ed. Spang.* 18 cluebat *Columna.* clueo *producta u dictum esse ab antiquis docuit Corssenius de pronuntiatione Lat. ling.* II *p.* 160 19 in Vergilio] *Aen.* XII 518 21 cunctique] *Verg. Aen.* X 96 23 o socii] *Verg. Aen.* I 198 sumus añ utraque *B* 25 de huius autem declinationis ratione *Freundius annal. philol. nov.* V (*a.* 1832) *p.* 97: de *om. B* 26 rationem *B* pluralis ς singul. *B* 29 in accusativo] *in nominativo p.* 224, 6

p. 1401. 2 P. p. 57—59 L.

sis syllabis terminantur, is et bus. *is* syllaba semper longa est: sed haec interdum unam i litteram habet, ut |

it comes et paribus curis vestigia figit;

interdum duplicem secundum singularis genetivi et nominativi pluralis formam, ut ‘correptis subito mediis’ [ut] et

saxum ingens volvunt alii *radiisque rotarum.*

hic quoque casus, ut nominativus pluralis, paenultimam brevem facit. bus autem syllaba semper brevis est: paenultima quoque corripitur.

De postremis syllabis || nominum, in quantum voluimus, disputatum est. nunc ad pronomina veniamus.

DE PRONOMINE.

Pronomina quoniam non plurima sunt neque multiplicibus syllabis late distenta, idcirco non tantum de postremis syllabis eorum, sed de omnibus disputabo.

Pronomina personalia sunt haec, ego tu ille. primae personae ego duabus brevibus constat, ut ‘en ego victa situ’ et ‘hic ego namque tuas s.’. aliquando tamen ultima longa esse potest secundum naturam o litterae vocalis, quae frequenter in ultimo quidem produci quam corripi potest. genetivus huius pronominis ex brevi et longa constat, ‘securi pelagi atque mei’. dativus interdum ex duabus brevibus constat, ut ‘est mihi namque domi’; interdum ex brevi et longa, ut ‘dic age namque mihi fallax’. hoc autem regulariter accipiendum est, quod haec pronomina, mihi tibi, novissimas syllabas et corripiunt et producunt. longae sunt in his versibus, ‘dic age namque mihi’ et ‘Aeole namque tibi’; breves in his, ‘sunt mihi bis septem’ et ‘nam tibi Tymbre caput’. accusativus vocativus ablativus longam habent, me o a me, ut | ‘me me adsum qui feci’ et ‘o decus Italiae’ et ‘me duce Dardanius’. item pluralis nominativus et accusativus primae et secundae personae syllabis longis constant, vos et nos. genetivus in omnibus personis m littera terminatus brevem habet ultimam, i littera finitus longam, ut ‘nil nostri miserere’ et

atque utinam ex vobis unus vestrique fuissem.

dativus et ablativus duabus longis constant. item secunda persona nominativi singularis longam habet, ut ‘tu quoque’. genetivus ex brevi et longa constat, ut

1 is *altero loco om. B* 3 it] *Verg. Aen.* VI 159 5 correptis] *Verg. Aen.* X 407 6 saxum] *Verg. Aen.* VI 616 radiisque rotarum *om. B* 16 en] *Verg. Aen.* VII 452 hic] *Verg. Aen.* VI 72 18 quidem tam produci ς 19 securus ς: *Verg. Aen.* VII 304 21 est] *Verg. bucol.* 3, 33 dic] *Verg. Aen.* VI 343 24 Aeole] *Verg. Aen.* I 65 25 sunt] *Verg. Aen.* I 71 nam] *Verg. Aen.* X 394 26 accusatib. uocatib. (*corr.* ablatib.) longam *B* 27 me me] *Verg. Aen.* VIII 427 o decus] *Verg. Aen.* XI 508 28 ut me *B: Verg. Aen.* X 92 31 nihil *B; Verg. bucol.* 2, 7 32 uestrique ς nostrique *B* 34 tu quoque] *Verg. Aen.* VII 1

p. 1402. 3 P. p. 59. 60 L.

o genitor nec te miseret gnatique tuique.

de dativo [ut] supra dictum est. accusativus et ablativus longa constant, ut 'te quoque magna Pales'. tertia persona ille illa illud: nominativus || casus singularis novissimam syllabam brevem habet in omni genere, ut 'ille meum comitatus iter' et 'illa vel intactae segetis' et 'ver illud erat'. genetivus dactylum recipit, ut 'illius arma'. sed mediam metri causa corripuit, quam in prosa producimus. potest alibi ergo media longa poni. accusativus trochaeum recipit, dativus et ablativus spondium. nominativus et accusativus pluralis genere masculino et feminino duabus longis constant; neutro vero genere ex longa et brevi, ut 'illa manent inmota locis'. genetivus omnium generum ex duabus longis et brevi constat, dativus et ablativus ex duabus longis. |

Infinitae qualitatis pronomina quis vel qui, quae *quid* vel quod: vocali finitae syllabae longae sunt, consonanti breves, ut 'sed quis ad Hesperiae'. genetivus omnium eo, quod i littera vocalis duplicis consonantis loco ponitur, ex longa et brevi constat, ut

cuius Aristaeo quoniam est oblata facultas.

dativus interdum ex duabus brevibus, ut 'et cui putre solum'; interdum ex brevi et longa, ut

nunc locus arvorum *ingeniis quae robora cuique,*

in synalipha longa. accusativus brevem postremam recipit, ablativus in omnibus pronominibus et generibus longam. nominativus pluralis longam naturaliter capit ultimam syllabam masculino et feminino genere, neutro autem tribus casibus brevem, illa. genetivus ex longa et brevi constat, quorum vel quarum, ut 'externi veniunt quorumque a s. n.' et 'quarum quae fandi d. C.'. accusativus masculino et feminino longam habet, quos vel quas, ut 'quas ego'. dativus et ablativus, si is syllaba terminantur, iambum recipiunt, ut 'quis ante ora patrum'; si bus, pyrrichium, ut 'hic quibus invisi fratres'.

Item talis et qualis, tale et quale eiusdem infinitae qualitatis recipiunt nominativo et genetivo singulari trochaeum, ut 'talis in adversos' et 'qualis erat' et 'tale tuum nobis carmen' et 'quale sopor

1 o genitor] *Verg. Aen.* VII 360 3 te quoque] *Verg. georg.* III 1 5 ille] *Verg. Aen.* VI 112 illa] *Verg. Aen.* VII 808 6 ver] *Verg. georg.* II 338 illius] *Verg. Aen.* I 16 11 illa] *Verg. Aen.* III 447 13 quid *om. B* 14 sed] *Verg. Aen.* III 186 17 cuius] *Verg. georg.* IIII 437 18 et cui] *Verg. georg.* II 204 20 nunc locus arborum in sunalifam longa *B: Verg. georg.* II 177. *cf. quae de mensura pronominis* huic *dicta sunt infra p.* 235, 8 21 aut si ceciderint in synaloepham, ex una longa *coniecit Freundius annal. philol. nov.* V (*a.* 1832) *p.* 98 22 pronominibus et *delevit Freundius l. c.* 24 breuem ut illa ς. *fortasse* brevem syllabam. *sed videtur grammaticus uberius de mensura pronominum* qua *et* quae *dixisse* 25 externi] *Verg. Aen.* VII 98 Externi veniunt generi, qui sanguine nostrum Nomen in astra ferant, quorumque ab stirpe nepotes n.] p. *B* 26 quarum] *Verg. Aen.* X 225 27 quas] *Verg. Aen.* VI 692: quos ego sed motos ς 28 quis] *Verg. Aen.* I 95 29 hic] *Verg. Aen.* VI 608 31 talis] *Verg. Aen.* XII 456 32 qualis] *Verg. Aen.* II 274 tale] *Verg. bucol.* 5, 45 quale]

p. 1404. 5 P. p. 61. 62 L.

fessis'. | accusativo trochaeum recipit, dativo || et ablativo spondium, tali et quali. plurali numero nominativus masculino et feminino genere spondium recipit, neutro dactylum, ut 'talia per Latium' et 'qualia multa mari nautae'. accusativus masculini et femini generis spondium habet, ut talis et qualis; ceteri omnes dactylum recipiunt.

Item minus quam finitae qualitatis pronomina is ea id: masculino et neutro genere nominativus singularis brevem syllabam recipit, feminino utrasque brevis. genetivus omnium trochaeum capit, eius; dativus iambum, ei; accusativus pyrrichium, eum vel eam; ablativus iambum, ab eo. item pluraliter nominativo casu masculino quidem genere longa est et una fit syllaba de duabus vocalibus, ut ii: genere feminino iambum recipit, ut eae, neutro pyrrichium; genetivus casus in omnibus generibus amphibrachym; accusativus masculino et feminino iambum, neutro pyrrichium; dativus et ablativus iambum.

Item pronomina finita iste ista istud: nominativus singularis omnium generum novissimam brevem recipit. genetivus palinbacchio constat interdum, ita ut media longa sit, istius; interdum dactylus poni potest, ut media syllaba corripiatur, ut 'illius aram' et 'ipsius ante oculos'. dativus spondium habet, accusativus trochaeum, ablativus spondium. item pluralis nominativus masculini et feminini recipit spondium, neutro trochaeum; genetivus palinbacchium: accusativus nominativo consentit: dativus et ablativus spondio constat.

Item pronomina possessiva noster vester, nostra vestra, nostrum vestrum: nominativus singularis ubique trochaeum recipit, genetivus spondium, dativus eundem, accusativus trochaeum, ablativus spondium. pluraliter masculino et feminino genere nominativus spondium habet, neutro tribus casibus similibus trochaeum, genetivus palinbacchium, accusativus ceterique spondium.

Item triptota pronomina sibi se a se. sibi pronomen dativo casu utroque numero frequenter duabus brevibus constat, ut || 'hoc sibi pulchra suum'; interdum ex brevi et longa, quem ad modum est mihi tibi, quorum de natura supra dictum est, ut Calvus in Io

mens mea dira sibi praedicens omnia vaecors. |

se autem et a se utroque item numero syllaba longa constat.

Item pronomina *possessiva* suus sua suum nominativo singulari pyrrichium recipiunt, et neutro genere u littera geminatur, ne sit verbum, ut 'auguriumque suum': genetivo dativo sive ablativo iambum, accusativo pyrrichium. item pluraliter *nominativus* masculino et feminino iambum

Verg. bucol. 5, 46 3 talia] *Verg. Aen.* VIII 18 qualia] *Verg. Aen.* VII 200 18 illius] *Verg. bucol.* 1, 7 ipsius] *Verg. Aen.* I 114 30 hoc] *Verg. Aen.* VI 142 32 Caluus in X ς 33 omina *coniecit Weichertus poet. Lat. rel. p.* 144 35 possessiva *om. B* 37 auguriumque] *Verg. Aen.* VII 260 38 nominativus *om. B*

p. 1405. 6 P. p. 62. 63 L.

recipit, neutro tribus casibus pyrrichium; genetivus amphibrachym, ceteri vero casus iambum.

Item pronomina finita atque demonstrativa hic haec hoc: nominativo singulari masculino sive neutro genere eadem syllaba brevis est, feminino longa. genetivus casus omnium trochaeum recipit non tam natura quam positione, quod i littera duplex sit, ut

huius odorato radices incoque;

dativus pyrrichium, huic: sed possunt ambae syllabae in synalipham cadere, ut

atque huic responsum paucis ita reddidit.

accusativus et ablativus brevem syllabam recipiunt natura, sed positione longam. item pluraliter hi et hae et haec nominativus longam recipit, genetivus ex longa et brevi constat, ceteri omnes syllabam longam recipiunt.

Item pronomina possessiva et ad aliquid referentia meus mea meum: nominativus singularis sive accusativus et vocativus pyrrichium recipiunt, genetivus sive ablativus iambum. pluralis nominativus et accusativus et vocativus masculino et feminino genere ex brevi et longa constat, neutro ex duabus brevibus; genetivus omnium ex brevi et longa et brevi; dativus et ablativus ex brevi et longa, ut

sive meum corpus spoliatum lumine mavis,
redde meis.

item pronomina quantus tantus nominativo casu singulari et accusativo ultimam brevem recipiunt, ut ‘quantus ab occasu’, ‘tantus amor terrae’. feminino et neutro genere supra dictis casibus eadem syllaba brevis est, genetivo quoque [brevis] ‖ dativo et ablativo longa. item pluralis nominativus accusativus et vocativus masculini et feminini generis longam habent naturaliter ultimam: nam prima positione fit longa. neutro vero genere his casibus brevis erit ultima. genetivus omnium ex duabus longis et brevi constat, ut ‘miserere laborum tantorum’. | dativo et ablativo extrema longa est.

Non inmerito pleraque pronomina comprehendi, ut aliquantulum patesceret naturalium ratio syllabarum. cetera autem ex his facile colliguntur.

DE VERBO.

De ultimis syllabis dicam paene ultimisque verborum. verba omnia cunctis significationibus coniugationibusque modis temporibus atque per-

7 huius] *Verg. georg.* IIII 279 radices inqoque *B* radix est ς 8 pyrrichium] iambum *Putschius* 10 atque] *Verg. Aen.* VI 672 21 sive] *Verg. Aen.* XII 935 24 quantus ab occaso *B: Verg. Aen.* VIIII 668 tantus] *Verg. georg.* II 301 29 ex duabus longis et breui ς ex duabus breuibus et longa *B* 30 miserere] *Verg. Aen.* II 143

p. 1406. 7 P. p. 63. 64 L.

sonis decem litteris terminantur, vocalibus quinque, consonantibus quinque: a littera vocali semper producta, ut ‘da nunc Tymbre pater’; e littera producta, ut ‘tu vatem tu, diva, mone’; e littera correpta, ut ‘en age segnis’; i littera semper producta tempore praesenti, ut ‘namque sub Oebalia memini’, praeterito perfecto, ut ‘laeta dedi’; o littera frequenter producta, ut ‘lustra domosque traho’, aliquando correpta. nam, ut superius dictum est, o littera postrema vocalis in nominativis casibus nominum sive pronominum, personis quoque verborum, et corripi et produci potest. u littera semper longa; sed haec in verbis inpersonalibus invenitur, ut clamatu et monitu. cuius declinationis forma apud Vergilium nostrum non facilius invenitur. item de consonantibus. verba m littera terminata brevem syllabam recipiunt, cuius rationem supra memoravi, ut aut in synalipham cadat, aut positione longa reddatur syllaba. c littera terminata saepe producitur, ut ‘duc age duc ad nos’ et ‘dic age namque mihi f.’; interdum corripitur, ut ‘fac ergo ut fuerit’. in aliis personis temporum et modorum eadem syllaba ita ut imperativo modo et corripi et produci pro sua natura potest. as vel es syllabae in omnibus verbis et coniugationibus || praeter sum et quae ex ipso nascuntur, ut adsum prosum, quia et defectiva sunt et coniugatione carent, semper producuntur, ut

vicinosque ignare paras invadere p.

et

formosam resonare doces Amaryllida silvas.

at in illis defectivis brevis est, ut ‘huc ades o Galatea’. is syllaba, si fuerit tertiae coniugationis productae, producitur: etiam in monosyllabis verbis, quae coniugatione carent, potest syllaba produci, ut ‘vis et Tarquinios’. at si fuerit tertiae correptae, corripitur, ut

his germana malis oneras atque obicis hosti.

mus vel tis syllabae plurali numero inveniuntur, sed semper breves sunt, ut

nox ruit, Aenea, nos flendo ducimus horas

et

lumina labentem caelo quae ducitis annum.

verba r littera terminata qualibet praecedente vocali novissimam syllabam brevem recipiunt: ar syllaba, ut ‘inferar et quos Sidonia vix u.’;

2 da] *Verg. Aen.* X 421 tymthymbre *B* tymbraee ς 3 tu] *Verg. Aen.* VII 41 4 en] *Verg. georg.* III 42 5 namque] *Verg. georg.* IIII 125 laeta] *Verg. Aen.* VIIII 89 6 lustra] *Verg. Aen.* III 647 7 superius] *p.* 220, 15 12 supra] *p.* 224, 6 14 duc] *Verg. georg.* IIII 358 dic] *Verg. Aen.* VI 343 16 ita ut ς ita in *B* 21 vicinosque] *Verg. Aen.* III 382 23 formosam] *Verg. bucol.* 1, 5 24 at in illis defectiuis uerbis breuis est ut ς et in illis defectiuis uerbis est et *B* huc] *Verg. bucol.* 9, 39 26 vis] *Verg. Aen.* VI 818 28 his] *Verg. Aen.* IIII 549 osti *B* 31 nox] *Verg. Aen.* VI 539 33 lumina] *Verg. georg.* I 6 35 insequar *Putschius: Verg. Aen.* IIII 545 uix ū ū *B* uix urbe reuelli ς

p. 1407. 8 P. p. 64. 65 L.

er syllaba, *ut* 'magicas invitam accingier'; or, ut 'testor utrumque caput'; ur syllaba, ut 'ducitur infelix aevo c. A.'. t littera postremam semper brevem syllabam reddit praecedentibus tribus vocalibus, a e i, ut

Lydorumque manus collectos armat agrestes

et | 'admonet ira deum' et

nec Turnum segnis retinet mora sed rapit acer.

disputavimus generaliter de postremis syllabis. nunc specialiter disceptabimus per significationes modos tempora atque personas.

Prima persona modo pronuntiativo, id est indicativo, tempore praesenti activorum *et* neutralium verborum saepissime longam recipit, ut 'lustra domosque traho'. secunda persona primae et secundae vel tertiae coniugationis productae semper producit ultimam syllabam, ut donas mones audis, tertiae autem coniugationis correptae corripit, ut

causando nostros in longum ducis amores.

tertia persona omnibus quattuor ordinibus coniugationum ultimam syllabam corripit. plurali numero prima et secunda in tribus ordinibus coniugationum productis, excepta tertia coniugatione correpta, paenultimam syllabam || producunt, novissimam corripiunt, ut donamus donatis, monemus monetis, audimus auditis; tertia vero correpta coniugatione paenultima semper corripitur, ut 'nos flendo ducimus horas' et

labentem caelo qui ducitis annum.

tempore praeterito imperfecto numero singulari paenultimam syllabam in omnibus personis utriusque numeri universae coniugationes longam recipiunt, ut donabam monebam audiebam legebam: item pluraliter, donabamus monebamus audiebamus legebamus. novissima syllaba singulari numero persona prima semper brevis est in omnibus coniugationibus, ut clamabam et cetera. secunda persona singularis omnium coniugationum producit ultimam, ut clamabas monebas audiebas rapiebas. tertia autem persona singularis et prima vel secunda pluralis semper brevem habent, ut clamabat clamabamus clamabatis. tertia autem pluralis positione longa fit, ut clamabant. in defectivis sane verbis, si consideres sum et adsum vel prosum, paenultima corripitur, ut eras aderas vel proderas. in ceteris personis similiter. praeteritum perfectum tempus semper longam recipit ultimam, sive i littera postrema simplici prima persona terminatur, ut 'Tityre tu patulae cecini s.', sive geminata, ut | 'quo feror? unde abii?' scire autem necesse est, quaenam coniugatio ultimam i litteram

1 er syllaba magis inuita *B*: magicis inuitam ς: *Verg. Aen.* IIII 493 testor] *Verg. Aen.* IIII 357 2 ducitur] *Verg. Aen.* XI 85 aeuo maturus Acactes ς 5 Lydorumque] *Verg. Aen.* VIIII 11 6 admonet] *Verg. Aen.* XI 233 7 nec] *Verg. Aen.* X 308 11 et *om. B* 12 lustra] *Verg. Aen.* III 647 15 causando] *Verg. bucol.* 9, 56 21 nos] *Verg. Aen.* VI 539 22 labentem] *Verg. georg.* I 6 quae ducitis ς 33 uel profueras *B* 36 Tityre] *Verg. georg.* IIII 566 te ς quo] *Verg. Aen.* X 670

p. 1408—10 P. p. 66. 67 L.

debeat duplicare. sola tertia coniugatio producta seu correpta, non tamen in omnibus verbis, geminare potest, ut ‘adpetii et Veneris v. v. d.’ et, ut supra dictum est, ‘quo feror? unde abii?’ in tertia quoque persona singularis eandem i litteram duplicat, ut ‘adiit agnovit’ et ‘obstipuit subiit cari’. sed in tertia persona singularis, in quibus i littera duplicatur, paenultima semper corripitur. in prima autem coniugatione producitur, ut clamavi donavi. in secunda coniugatione corripitur, ut monui splendui. || at si primae coniugationis declinationem hanc induxeris, quae ex auctoritate, non ex ratione descendit coniugationis, domui, paenultimam corripies. in secunda persona singularis semper ultima producitur in omnibus verbis. in tertia persona coniugationis primae paenultima syllaba aliquando corripitur, ut ‘intonuit laevum’, non numquam producitur, ut armavit ornavit. in omnibus autem coniugationibus novissima brevis invenitur. plurali numero prima persona coniugationum omnium paenultimam sive ultimam syllabam semper corripit, ut ‘hac te nos fragili donavimus’ et ‘iunximus hospitio’. secunda persona ultimam semper corripit. tertia persona paenultimam semper ubique producit, ut ‘et socii amissi petierunt’. tertia vero duplex persona, quam alii quartam nominant, paenultimam semper ubique producit et ultimam corripit, ut

Romanos ad templa deum duxere triumphos.

praeterito plusquamperfecto tempore numero singulari prima persona paenultimam ultimamque in omnibus coniugationibus corripit, ut donaveram splendueram audieram iunxeram. secunda persona paenultimam corripit, novissimam producit, ut ‘audieras et fama fuit’. tertia persona primae consentit, ut |

ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.

plurali numero prima persona secundaque in omnibus coniugationibus paenultimam longam et ultimam brevem recipit, ut donaveramus donaveratis, splendueramus splendueratis, audieramus audieratis, traxeramus traxeratis: tertia persona paenultimam semper corripit, ut donaverant traxerant. tempore futuro primae et secundae coniugationis in omnibus personis paenultima syllaba longa est, ut clamabo monebo. postrema quoque bo syllaba longa est; sed si necesse fuerit ut pro brevi ponatur, licebit secundum quod in prima verbi positione disceptavimus. ceterae sane personae supra dictarum coniugationum utroque numero novissimam || semper corripiunt, ut clamabis monebis, clamabit monebit. at in numero plurali etiam paenultima corripitur, ut clamabimus monebimus, clamabitis mone-

2 adpet et *B*: *Verg. Aen.* XI 277 4 *fortasse* audiit agnovit: *cf. Verg. Aen.* XII 449 audiit agnovitque sonum obstipuit] *Verg. Aen.* II 560 8 at] ac *B* 9 descendit conuincto domui *B* 12 intonuit] *Verg. Aen.* II 693 15 hactenus fragili *B*: *Verg. bucol.* 5, 85 16 iunximus] *Verg. Aen.* III 83 18 et socii] *Verg. Aen.* XI 272 21 Romanos] *Verg. georg.* II 148 25 audieras] *Verg. bucol.* 9, 11 27 ter] *Verg. Aen.* I 483

p. 1410. 11 P. p. 67. 68 L.

bitis. tertiae coniugationis productae seu correptae prima persona novissimam syllabam corripit, ut audiam rapiam. paenultima vero syllaba tertiae productae semper corripitur, ut sentiam audiam, ut

audiam et haec Manis veniat mihi fama s. i. .

tertiae autem coniugationis correptae paenultima syllaba, ut fuerit natura syllabae in aliis, ita alia corripitur alia producitur: corripitur in hac, 'mortalem eripiam formam', producitur in hac, ducam scribam, quoniam primae sunt verborum syllabae nec declinationibus inmutatae. secundae personae singularis coniugationis tertiae duplicis novissima syllaba semper producitur, ut audies scribes, quae syllaba verborum ultima ubique producitur; paenultima sane syllaba primae personae congruit. tertia quoque persona similiter in ambabus syllabis consentit. pluralis personae omnes sine ambiguitate paenultimam semper producunt et ultimam corripiunt, ut audiemus audietis, rapiemus rapietis. tertiae vero personae paenultima syllaba singularis personae consentit.

Modo imperativo tempore praesenti numero singulari persona secunda omnes coniugationes productae, praeter tertiam correptam, ultimam syllabam producunt, ut 'litus ama' et 'tu vatem tu diva mone'. tertiae sane coniugationis correptae persona secunda singularis ultimam corripit, *ut* |

continuoque greges villis lege m. a.

tertia persona singularis omnium coniugationum ultimam syllabam corripit, ut donet moneat audiat rapiat. secunda persona pluralis in prima et secunda vel tertia coniugatione producta paenultimam syllabam semper producit et ultimam corripit, ut donate monete audite; ultima autem brevis est. in tertia coniugatione correpta et ultima et paenultima breves sunt, ut 'dicite felices animae' et 'cingite fronde com.'. || futuro tempore numero singulari secunda persona in tribus ordinibus coniugationum productis et ultimam et paenultimam syllabam semper producit, ut clamato moneto audito; in tertia coniugatione correpta paenultimam corripit, ut 'postremus metito'. tertia persona coniugationis primae numero singulari paenultimam producit, si a litteram, quae coniugationem ostendit, habuerit: eam et aliquando corripit, ut Lucanus in quinto 'Caesar habet': et si o vocalem habuerit, producit, ut donet. quoniam, ut supra diximus, primae verborum syllabae in fundamento, non in declinationis flexibilitate consistunt, merito suam naturam paenultimo loco custodiunt. at in aliis verbis eiusdem primae coniugationis, ubi declinatio inflectitur,

4 audiam] *Verg. Aen.* IIII 387 veniet ς 7 mortalem] *Verg. Aen.* VIIII 101 eripiam *Putschius* eripiat *B* 10 syllabae uerborum ultimae *B* 11 sane syllabae *B* 18 litus] *Verg. Aen.* V 163 ara ς tu] *Verg. Aen.* VII 41 20 ut *om. B* 21 continuoque] *Verg. georg.* III 386 24 productis *B* 26 correptae ultima *B* 27 dicite] *Verg. Aen.* VI 669 cingite] *Verg. Aen.* VIII 274 31 postremas *B: Verg. georg.* II 410 33 in quinto] *v.* 31 Caesar amet *coniecit Freundius annal. philol. nov.* V (*a.* 1832) *p.* 98 36 flexubilitate *B*

p. 1411. 12 P. p. 68. 69 L.

paenultima syllaba brevis invenitur, ut clamitet quaeritet. ceterae vero coniugationes huic formae consentiunt, ut paenultimam brevem habeant, ut

ire [iter] neque ab terra moneat c. f.

et

audiat haec genitor qui foedera f. s. .

novissima etiam syllaba, quae t littera consonante semper finitur, in omnibus brevis est. in omnibus autem coniugationibus numero plurali persona secunda paenultimam syllabam semper longam et ultimam brevem recipit, ut clamatote monetote auditote scribitote.

Optativo modo tempore praesenti et praeterito imperfecto productis coniugationibus prima persona singularis paenultimam longam et postremam brevem habet, utinam amarem docerem audirem; tertia correpta corripit paenultimam, ut arriperem cingerem. secunda persona duabus longis terminatur, utinam amares moneres audires. hae enim vocales, quibus coniugatio producta cognoscitur, ubique produci debent praeter tertiam correptam, quae e litteram correptam recipit. tertia vero coniugatio correpta paenultimam corripit, utinam cingeres. tertia persona singularis primae consentit. plurali numero prima et secunda persona omnium coniugationum || paenultimam longam et ultimam brevem recipiunt, ut utinam clamaremus clamaretis, moneremus moneretis, audiremus audiretis, raperemus raperetis. | tertia persona in productis coniugationibus paenultimam producit, in tertia correpta corripit, utinam cingerent. tempore praeterito perfecto et plusquamperfecto omnibus coniugationibus persona prima singularis postremam brevem habet, secunda persona longam; es enim syllaba producta terminatur, ut amasses audisses. tertia persona primae congruit. pluraliter in omnibus coniugationibus prima secundaque persona paenultimam longam et postremam brevem habet, ut amassemus amassetis, rapuissemus rapuissetis. tempore futuro prima persona paenultimam syllabam in omnibus coniugationibus corripit, utinam clamitem moneam audiam eripiam. si vero prima verbi syllaba in paenultimo loco fuerit, pro natura sui longa invenitur, utinam clamem, utinam donem: a littera corripitur, ut

flumina amem silvasque inglorius.

ultima omnium semper brevis est. in persona secunda eadem erit paenultima syllaba, quae in prima fuerit. secunda persona, sive es sive as syllabas habuerit, ultimas producit. in tertia persona paenultima syllaba eadem quae in superioribus erit, ultima vero semper brevis. pluraliter autem et prima et secunda persona in omnibus coniugationibus paenultimam longam recipit et ultimam brevem, ut utinam donemus donetis, moneamus moneatis, audiamus audiatis, legamus legatis. *tertia* tertiae personae singulari in paenultima syllaba similis invenitur.

3 ire] *Verg. georg.* I 457 5 audiat] *Verg. Aen.* XII 200 14 moneres audires moneres *B* haec *B* 33 flumina] *Verg. georg.* II 486 40 tertia *om. B*,

p. 1412. 13 P. p. 69. 70 L.

Adiunctivo modo praesens et praeteritum imperfectum seu plusquamperfectum tempus optativo modo congruit. perfectum vero tempus numeri singularis in omnibus personis omnium coniugationum paenultimas ultimasque syllabas breves habet, ut cum clamaverim clamaveris clamaverit, ut cum monuerim monueris monuerit, ut cum audierim audieris audierit, ut cum scribserim || scribseris scribserit; plurali autem numero in omnibus quattuor coniugationum modis personas duas, primam et secundam, quae paenultimam semper producunt; ultima vero corripitur. tertia vero persona paenultimam corripit, ut cum donaverint monuerint audierint legerint. tempore futuro alio (nam duo recipit, quoniam primum futurum tempus futuro tempori modo pronuntiativo consentit) prima persona singularis sola novissimam syllabam longam habet, ut donavero monuero; ceterae duae singularis * eademque primam paenultimam brevem recipiunt, ut donavero donaveris donaverit. plurali numero prima et secunda persona omnium coniugationum paenultimam longam et ultimam brevem habent, ut clamaverimus clamaveritis, monuerimus monueritis, audierimus audieritis, dixerimus dixeritis. tertia persona omnium paenultimam brevem habet.

Infinitivus modus tempore praesenti productis tribus coniugationibus paenultimam longam habet, ut ‘plausae sonitum cervicis amare’; item docere monere. interdum tamen in secunda coniugatione paenultima syllaba corripitur, ut ‘fervere Leucaten’ | et ‘cum litora fervere late’. sed in hoc verbo recte corripitur, quoniam antiqui tertiam coniugationem magis quam secundam esse voluerunt, ut Lucilius

fervit nunc, fervet ad annum,

et Terentius in Adelphis

dum fervit maxime tam placidum q. r. .

ergo errare noscuntur hi qui Vergilium nostrum longam pro brevi posuisse putant, ut in his versibus longam pro brevi sane posuit,

illae autem paribus quas fulgere cernis

et ‘auroque effulgere’. nam sine dubio huius verbi secunda est coniugatio, quae debet produci. iam tertiae coniugationis productae exemplum subiciam,

et stabulo frenos audire sonantes.

tertia coniugatio correpta tempore praesenti paenultimam brevem recipit, ut

tu calamos inflare leves, ego dicere versus.

ultima autem syllaba in omnibus coniugationibus brevis est. tempore praeterito postrema semper ubique brevis est, ut ||

add. Lindemannus 8 semper producitur *B* 12 caeterae duae singularis eandem primam atque penultimam ς: ceterae duae singularis, eademque prima, paenultimam brevem recipiunt *Freundius annal. philol. nov.* V (*a.* 1832) *p.* 99. *for.asse* ceterae duae singulares brevem, eaedemque et prima 19 plausae] *Verg. georg.* III 186 21 fervere] *Verg. Aen.* VIII 677 cum] *Verg. Aen.* III 409 23 Lucilius] *cf. Priscian. vol.* I *p.* 479 *H* 25 in Adelphis] III 1, 18 26 tam] tm *B* 29 illae] *Verg. Aen.* VI 827 30 auroque cf. *B: Verg. Aen.* VIII 677 33 et] *Verg. georg.* III 184 35 tu] *Verg. bucol.* 5, 2 ego d. c. c. m. ultima *B*

p. 1414. 15 P. p. 70. 71 L.

superas caeli venisse sub auras.

interdum autem praeteritum tempus i litteram duplicat paenultimae syllabae, sed in his dumtaxat verbis, quae praeterito perfecto modi pronuntiativi i duplicaverint, ut supra dictum est, non solum metri causa quam rationis, ut 'nos abiisse rati'. futuro quoque tempore paenultima longa et ultima brevis est. sed non facilius huius temporis et modi verbum in poematibus invenitur.

DE DECLINATIONE PASSIVORVM DEPONENTIVM COMMVNIVMQVE VERBORVM.

Modo pronuntiativo, id est indicativo, tempore praesenti numero singulari persona prima paenultimam syllabam in aliquibus verbis longam recipit, ut ducor clamor, si tamen prima verbi syllaba fuerit; in aliquibus brevem, ut 'quo feror? unde abii?'. si multarum verbum aliquod fuerit syllabarum, frequenter paenultimam corripit, postrema autem semper brevis est et erit. secunda tertiaque persona singularis excepta tertia coniugatione correpta paenultimam longam et postremam brevem recipiunt. tertia enim correpta duabus brevibus postremis terminatur, ut 'ducitur infelix aevo c.'. numero plurali persona prima in productis coniugationibus paenultimam longam habet, ut secunda et tertia persona singularis, ut clamamur monemur audimur; in tertia autem correpta brevem recipit, ut legimur et 'ferimur per opaca l.'. persona secunda paenultimam brevem et ultimam longam admittit, ut amamini et monemini. omnis enim syllaba in verbis, ut in aliis partibus orationis, i littera vocali finita semper producitur. tertia persona postremam brevem habet. tempore praeterito imperfecto omnibus in coniugationibus personisque praeter secundam persona pluralis paenultimam semper longam et ultimam brevem invenies, ut ducebar ducebaris ducebatur; item plurali ducebamur. secundae vero personae pluralis syllaba in tertio ab ultima loco producitur, ut ducebamini. tertia persona pluralis ultimam brevem habet. tempore praeterito perfecto et || plusquamperfecto numero singulari prima et tertia coniugatio producta paenultimam longam et postremam brevem habet, ut donatus auditus; secunda autem coniugatio vel tertia correpta paenultimam syllabam aliquando brevem recipit, ut admonitus, aliquando positione longam, ut scribtus. plurali autem numero ultima longa est, ut admoniti; paenultima brevis est. tempore futuro prima et secunda coniugatio persona prima numero singulari paenultimam longam habet, ut amabor et docebor, secunda et tertia persona brevem, ut Horatius in arte poetica

nec semper feriet quodcumque minabitur arcus.

scire autem oportet, quod litterae vocales, quae tres coniugationes productas ostendunt, frequenter produci debeant. numero plurali prima per-

1 superas] *Verg. Aen.* VII 768 4 causa sed et ratione ς 5 nos] *Verg. Aen.* II 25 rates *corr.* rati *B* 12 quo] *Verg. Aen.* X 670 16 ducitur] *Verg. Aen.* XI 85 20 ferimur] *Verg. Aen.* II 725 36 in arte poetica] *v.* 350

p. 1415. 16 P. p. 71. 72 L.

sona postremas breves habet, ut amabimur monebimur, secunda persona brevem et longam, tertia persona ultimam brevem recipit. tertia coniugatio producta vel correpta eiusdem temporis futuri primam personam duabus postremis brevibus explicat, ut nutriar rapiar. in dissyllabis autem verbis interdum paenultima longa et postrema brevis erit, ut in Horatio primo carminum ‘scriberis Vario fortis’. plurali numero prima persona paenultimam longam et postremam brevem habet, ut audiemur et rapiemur: secunda persona tertiam ab ultima longam, paenultimam brevem, postremam longam habet, ut audiemini et rapiemini: tertia persona ultimam brevem habet, ut audientur rapientur.

Imperativus modus tempore praesenti numero singulari persona secunda vel tertia in coniugationibus productis paenultimam longam et ultimam brevem habet, ut amare ametur, monere moneatur, audire audiatur. in tertia autem coniugatione correpta secunda persona | utraeque postremae breves sunt, ut scribere legere: in tertia persona paenultima longa et postrema brevis est, ut legatur. plurali numero persona prima omnium coniugationum || paenultimam longam et ultimam brevem habet, ut amemur moneamur audiamur scribamur: persona secunda tertiam ab ultima longam, paenultimam brevem et postremam longam habet: tertia persona postremam syllabam semper brevem recipit. tempore futuro in omnibus coniugationibus productis secunda vel tertia persona singularis paenultimam longam habent et ultimam brevem, ut ‘contemplator item cum’. tertia autem coniugatio correpta paenultimam syllabam brevem habet, ut legitor scribitor. pluralis numerus persona secunda coniugationi tertiae correptae conpetit.

Optativo modo tempore praesenti et praeterito imperfecto numero singulari personae omnes in tribus coniugationibus productis paenultimam longam recipiunt, ut utinam donarer monerer audirer: similiter in ceteris personis singularibus. item pluralis prima persona singulari congruit: secunda persona tertiam a fine longam habet, paenultimam brevem et ultimam longam, ut utinam amaremini moneremini audiremini. ultima autem syllaba praeter secundam personam pluralem brevis est. tertia autem coniugatio correpta a superioribus longe discrepat. nam ut illae litteram vocalem producunt, quae est index coniugationis, ita et ista corripit, prima tamen persona singulari, ut utinam scriberer, utinam legerer; secunda autem persona vel tertia singularis paenultimam syllabam producunt, ut utinam rapereris raperetur. numerus pluralis superioribus coniugationibus consentit, utinam scriberemur. praeteritum perfectum et plusquamperfectum tempus modi pronuntiativi duobus temporibus congruit. prima

5 primo carminum] 6, 1 22 contemplator] *Verg. georg.* I 187 24 coniugatione tertia *B. nisi accuratius olim de mensura pluralis numeri imperativi futuri expositum erat, hoc dicere videtur grammaticus, secunda persona paenultimam non minus in productis coniugationibus quam in tertia correpta brevem esse.*

p. 1416–18 P. p. 72. 73 L.

persona futuri temporis in prima coniugatione postrema syllaba brevi explicatur, paenultima autem interdum positione longa, ut utinam contempler, aliquando brevi, ut utinam amer, interdum longa, ut utinam exclamer. secunda vel tertia persona singularis in omnibus coniugationibus paenultimam || syllabam semper longam recipiunt, sive a sive e vocales habeant. prima coniugatio e litteram productam habebit, ut utinam contempleris contempletur; ceterae vero a litteram productam habent, ut utinam monearis, utinam audiaris, utinam legaris. de postrema autem omnium non dubitaveris, quin brevis sit eadem. litterae vocales a et e vim suam etiam numero plurali custodiunt, ut utinam contemplemur contemplemini, utinam doceamur doceamini, utinam audiamur audiamini, utinam scribamur scribamini. secundae personae paenultima brevis est et ultima longa.

Adiunctivus modus tempore praesenti optativi modi futuro tempori conpetit. praeteritum imperfectum tempus praesenti tempori modi superioris congruit. praeteritum autem perfectum et plusquamperfectum superiorum modorum temporibus in sua specie consentiunt. futurum tempus primum huiusce modi pro suis coniugationibus tempori futuro modi pronuntiativi | congruit, ut *cum* contemplabor, cum monebor, cum audiar, cum legar. aliud autem futurum vel ulterius praeteritis temporibus perfectis consentit.

Infinitivus modus, quem et perpetuum quidam vocant, tempore praesenti coniugationibus tribus, quas productas semper esse diximus, paenultima postremaque longis syllabis explicatur, ut clamari doceri moneri, ut ‘ne quaere doceri’ et ‘mutarive putas bellum’ et ‘hinc exaudiri’. tertia autem coniugatione correpta tempore item praesenti, si paenultima syllaba ubique producta fuerit et in capite verbi fuerit, hic quoque producenda est, ut

progeniem sed enim Troiano a *sanguine duci.*

at si ubique corripitur, corripienda, ut in Lucano ‘Romano spectante rapi’. interdum autem et positione longa est, ut

tantane tam patiens nullo certamine tolli.

postrema autem syllaba in omnibus sine ambiguitate longa est. praeterito tempore prima et tertia coniugatio producta paenultimam longam et ultimam brevem semper || recipiunt, ut reclamatum esse, auditum esse: secunda coniugatio paenultimam syllabam interdum brevem recipit, ut monitum esse, interdum positione longam, ut doctum esse: tertia autem coniugatio correpta semper positione longam efficit, ut ductum esse, direptum esse. futurum secundum rationem coniugationum in prima parti-

3 amer interdum natura longa ς 9 a et s *B* 18 ut contemplabor commonebor *B* 20 consentiunt *B* 24 ne] *Verg. Aen.* VI 614 ut mutariue *B*: *Verg. Aen.* X 627 hinc] *Verg. Aen.* IIII 460 28 progeniem] *Verg. Aen.* I 19 troiano a s. adsi ubique *B* 29 in Lucano] *Pharsal.* I 484 31 tantane] *Verg. Aen.* V 390

p. 1118. 19 P. p. 73. 74 L.

cula verbi simile est praeterito tempori; in postrema particula spondio constat, ut clamatum iri, monitum iri, scribtum iri.

Verba inpersonalia in ratione syllabarum activis et neutralibus verbis tertiae tantum personae in omni declinatione praeter infinitum modum similia sunt et interdum paenultimam syllabam brevem recipiunt, ut 'non pudet obsidione iterum'. item trisyllabo brevis est, ut paenitet. aliquando naturaliter longa est paenultima diphthongi ratione, ut taedet; aliquando positione longa, ut oportet. verba sane infinitae declinationis, quae alii inpersonali modo vindicant, ut amatur amabatur, docetur docebatur, in omni declinatione temporum passivis et deponentibus et communibus verbis cohaerent.

Participia omnium verborum quattuor formulis syllabarum ultimarum explicantur natura diversis. prima est, quae praesenti tempore duplex invenitur: aut enim ans syllaba producta finitur, ut | 'ardet amans Dido', aut ens eadem quoque producta, ut 'bella movens'. secunda formula est, quae tempore futuro ex omnibus significationibus veniente verborum uniformis erumpit. haec semper rus syllaba explicatur, paenultimam longam et ultimam brevem syllabam reddens, ut 'si visurus eum vivo'. ea autem participia huius temporis, quorum verba primam coniugationem recipiunt, etiam tertiam syllabam ab ultima semper producunt, ut amaturus contemplaturus; non immerito, quia et in verbis a littera, quae est coniugationis index, necessario producitur. tertia formula duplex, quem ad modum prima, et temporis praeteriti esse cognoscitur. interdum enim tus syllaba finitur, ut 'et ductus || cornu stabit', interdum sus syllaba, ut 'furit mugitibus aether concussus': utraque syllaba brevis est. paenultimarum autem rationem syllabarum in verbis temporis praeteriti perfecti passivi scilicet ostendimus, ne eadem repetita documenta opusculum nimium dilatent. quarta formula est simplex et futurum patiendi tempus ostendens: haec dus syllaba semper brevi finitur. horum omnium participiorum postremae syllabae per declinationes casuales secundum rationem nominum ita, seu longae seu breves, intelleguntur. duo tamen participiis desunt, quod e productam vocalem in fine dumtaxat numquam recipiunt et quod nullus casus eorum t vel l vel u terminatur.

DE ADVERBIIS.

Quoniam statuimus per omnes partes orationis decurrere et de natura postremarum sive paenultimarum syllabarum, ut fert ratio, disceptare, quae tradi solae regulariter possunt (nam ceterarum praecedentium docet auctoritas rationem), idcirco decere existimavi etiam de adverbiis, quae tamen

5 non] *Verg. Aen.* VIII 598 10 in acomni *B* in communi ς 14 ardet] *Verg. Aen.* IIII 101 15 bella] *Verg. Aen.* XII 333 18 si] *Verg. Aen.* VIII 576 24 et] *Verg. georg.* II 395 25 furit] *Verg. georg.* III 150 33 teorum te. l. uel u terminantur *B* eorum t l uel u terminatur ς

p. 1419. 20 P. p. 74—76 L.

comprehendi possunt, aliquantulum disputare. ergo per omnes significationes adverbiorum eundum est.

Adverbia temporis hodie cras mane nuper olim aliquando. hodie constat anapaesto, ut 'hodie victor spolia illa sup.'. cras constat syllaba longa, ut in Horatio primo carminum 'cras ingens'. | mane constat trochaeo, ut 'mane ruunt portis': etiam cum nomen fuerit, eundem recipit, ut 'dum mane novum'. nuper quoque adverbium trochaeo constat. heri spondeo constat. vesperi constat cretico. olim constat trochaeo, 'olim arbos'. adverbium ut, cum temporis fuerit et posteaquam significaverit, productam vocalem recipit, licet habeat positionem, ut in octavo,

ut belli signum Laurenti Turnus ab arce;

at si fuerit similitudinis, brevem vocalem || habebit, ut 'at velut ille canum morsu'.

Adverbia localia. hic adverbium a pronomine distat, quod pronomen corripiatur et adverbium producatur, ut 'hic ego namque tuas sortes'. illic vel illuc et huc adverbia postremas longas recipiunt, ut

huc illuc media ipsa ingentem s.

et 'huc atque huc acies circumtulit', et Seneca in Hecuba hendecasyllabo Sapphico versu

Ilium est illic, ubi fumus alte.

ibi vel ubi sine dubio primas syllabas breves habent: ultimas autem scire oportet et longas et breves poni posse; longas, ut 'cernit ibi maestos', breves, ut 'his ubi tum' et 'atque ubi iam patriae perventum'. inde et unde adverbia postremas syllabas breves recipiunt, ut 'inde ubi clara dedit' et 'unde laborum'. quo vel qua et hac adverbia longis syllabis constant, ut | 'quo fugis Aenea?' et 'qua victrix redit illa' et 'hac iter Elysium nobis'. item adverbia localia quae sub imagine nominum latent, cum inciderint, ad rationem nominum referuntur. item eminus et comminus dactylo constant, ut 'illum eminus' et 'totum cui comminus ensem'. procul adverbium pyrrichio constat, ut 'haut procul hinc saxo'. nuper adverbium temporis et donec pyrrichio constant, ut Horatius

4 hodie] *Verg. Aen.* X 862 illa superbi ς illa superba *Lindemannus* 5 primo carminum] 7,32 6 mane] *Verg. georg.* IIII 185 7 dum] *Verg. georg.* III 325 8 spondeo] iambo ς 9 olim aruos *B: Verg. Aen.* XII 210 12 ut] *Verg. Aen.* VIII 1 13 at si ς aut si *B* ad uelut *B* ac uelut *Putschius: Verg. Aen.* X 707 16 hic ego] *Verg. Aen.* VI 72 18 huc illuc aciem circumtulit et huc ades et Seneca ς: *Verg. georg.* II 297 ipsing. s. *B* 19 huc atque] *Verg. Aen.* XII 558 in Hecuba] *Troad.* 1057 23 cernit ubi ς: *Verg. Aen.* VI 333 24 his] *Verg. Aen.* VI 898 atque] *Verg. Aen.* II 634 peruent. *B* 25 inde] *Verg. Aen.* V 139 26 unde] *Verg. Aen.* III 145 27 quo] *Verg. Aen.* X 649 qua] *Verg. Aen.* XI 764 28 hac] *Verg. Aen.* VI 542 30 illum] *Verg. Aen.* XII 342 totum] *Verg. Aen.* VIIII 347 31 haut] aut *B: Verg. Aen.* VIII 478 32 donhaec pyrricho *B*: trochaeo *editio Ascensiana* 33 Horatius] *carm.* I 14, 17

p. 1420. 21 P. p. 76. 77 L.

nuper sollicitum quae mihi taedium

et

donec ut aestivis effusus nubibus imber.

Adverbia numeri, quae l vel r vel s litteris terminantur, breves syllabas ultimas recipiunt, ut in Lucano 'semel omnia victor Iuserit' et

moenia Dardanidum quater ipso in limine portae.

in dissyllabis autem etiam primae syllabae breves sunt. illa autem, quae ens vel es syllabis finiuntur, ultimas syllabas longas habent, ut 'noviens Styx'. constat autem anapaesto. iterum adverbium numeri tribus brevibus constat, ut

sublimis animas iterumque ad tartara.

Adverbia ordinis. denuo constat cretico. deinde constat palinbacchio, ut 'deinde satis fluvium inducit'. rursus constat trochaeo, ut 'rursus abundabat'. || adverbia negandi non et haut longis syllabis constant, ut 'non ego Myrmidonum' et | 'haut equidem credo'. item nequiquam et nequaquam constant palinbacchio, ut 'nequiquam trepidat'. frustra adverbium constat spondio, ut 'vane Ligus frustraque animis'. etiam adverbium tribrachyn recipit, ut 'hic etiam inventum Priamon'. utique constat tribus brevibus. adverbia demonstrandi. en longam habet, ut 'en agros'. ecce adverbium constat trochaeo, ut 'ecce Dionaei proc.'. adverbia hortantis age eia. age adverbium constat duabus brevibus, ut

te sine nil altum mens inchoat; en age segnes.

item heia constat spondio. ultima sane syllaba in synalipham cadit duobus his versibus, 'heia age [segnes] et 'hostis adest heia'. adverbium optandi utinam constat ex tribus brevibus, ut 'atque utinam ex vobis unus'. adverbium interrogativum cur constat syllaba longa, ut 'cur, inquit, diversus abis?'. quare adverbium constat trochaeo, ut 'quare age et inceptum'. quianam adverbium constat tribrachy, ut 'heu quianam tanti cinx.'. adverbium dubitantis fortasse ultima syllaba brevi finitur. item forsitan constat dactylo, ut 'forsitan et Priami'. forte constat trochaeo, ut 'forte sub arguta'. adverbium vocandi heus longam habet, ut | 'heus etiam mensas'. heu respondentis ad-

3 donhaec ut haestiuis *B*: *Verg. georg.* IIII 312 5 in Lucano] *Pharsal.* II 147 7 moenia] *Verg. Aen.* II 242 9 noviens] *Verg. georg.* IIII 480 *Aen.* VI 439 12 sublimis] *Verg. Aen.* VI 720 14 deinde] *Verg. georg.* I 106 15 rursus] *Verg. georg.* III 484 16 non] *Verg. Aen.* II 785 haut] *Verg. georg.* I 415 17 nequiquam] *Verg. Aen.* XII 403 18 vane] *Verg. Aen.* XI 715 19 hic] *Verg. Aen.* VIIII 742 21 en] *Verg. Aen.* XII 359 22 ecce] *Verg. bucol.* 9, 47 24 te] *Verg. georg.* III 42 inchoat eia age *Putschius* 25 heia] *cf. p.* 256, 8 26 heia age] *Verg. Aen.* IIII 569 heia age, rumpe moras hostes *B*: *Verg. Aen.* VIIII 38 27 atque] *Verg. bucol.* 10, 35 28 cur] *Verg. Aen.* XI 855 29 quare] *Verg. Aen.* XII 832 verum age et inceptum frustra submitte furorem 30 heu] *Verg. Aen.* V 13 32 forsitan] *Verg. Aen.* II 506 33 forte] *Verg. bucol.* 7, 1 34 heus] *Verg. Aen.* VII 116 mens. *B*

p. 1421. 22 P. p. 78. 79 L.

verbium longa constat, ut Lucanus ‘heu demens n.’. adverbium prohibendi ne constat longa, ut ‘ne pete c.’; coniunctio autem si fuerit, corripitur, ut ‘coniuxne Creusa’. adverbium communicationis, ut una simul pariter. una adverbium spondio constat, ut

his ubi tum natum Anchises unaque Sibyllam.

simul constat pyrrichio, ut ‘illa furens simul arva fuga’. pariter constat tribrachy, ut ||

dixerat atque animis pariter certantibus.

adverbium separationis seorsum et separatim. seorsum primam syllabam longam et postremam brevem recipit. item separatim constat ditrochaeo. adverbium similitudinis sic constat syllaba longa, ut ‘sic ait’. veluti constat anapaesto, ut ‘ac veluti magno in p.’. etiam separatim uti dicimus, ut Sallustius in Iugurthino ‘utique rem sese habere’. item quasi constat pyrrichio, ut Tullius

nam quasi vos sibi dedecori genuere parentes.

adverbia comparationis magis potius omnibus constant brevibus, ut ‘tam magis illa fremens’ et ‘sive antro potius succedimus’: nam ultima positione fit longa. nam et quam natura breves syllabae sunt. adverbium eventus forte constat trochaeo, ut ‘forte fuit iuxta tumulus’. adverbia quantitatis parum nimium omnibus brevibus constant, ut Lucanus in quinto

quid satis est, si Roma parum?

et Vergilius |

esse sinent. nimium vobis Romana propago.

item nimis et satis minus et amplius omnibus brevibus constant, ut ‘sit satis Aenide’ et ‘iam minus atque minus’ et

neque me indecorem germana videbis amplius.

Adverbia qualitatis sive quantitatis pleraque gradus recipiunt, praesertim si a nomine veniant. nam perpauca sunt adverbia, quae ab se orta gradus recipiant. et quoniam quae ex aliis partibus orationis derivantur adverbia innumerabilia sunt, merito omnia comprehendi non possunt. tamen horum adverbiorum regulariter de postremis syllabis disputabimus. absolutus gradus, quem alii positivum vocant, in adverbio sex litteris terminatur, vocalibus tribus, *e*, ut saepe bene; o semper producta vocali, ut

1 Lucanus] *Pharsal.* V 228 2 ne] *Verg. Aen.* VII 96 3 coniuxne] *Verg. Aen.* II 597 5 his] *Verg. Aen.* VI 898 6 illa] *Verg. georg.* III 201 8 dixerat] *Verg. Aen.* XII 574 12 ac veluti] *Verg. Aen.* I 148 13 in Iugurthino] *c.* 17 15 vos] bos *B* quos *coniecit Lindemannus* siui dedocori genuere *B* sibi dedecor ingenuere *Parrhasius* sibi dedecor ingemuere ς 16 tum magis ς: *Verg. Aen.* VII 787 17 sive] *Verg. bucol.* 5, 6 19 forte] *Verg. Aen.* III 22 22 in quinto] *v.* 274 24 esse] *Verg. Aen.* VI 871 25 item minus et satis et amplius ς sit] *Verg. Aen.* VIIII 653 26 Aeneide ς iam] *Verg. Aen.* XII 616 27 neque] *Verg. Aen.* XII 679 33 disputauimus *B* 35 e *om. B, add.* ς

p. 1422. 23 P. p. 79. 80 L.

raro falso, ut ‘falso queritur de n.’; u semper producta, ut ‘anceps pugna diu’. || consonantibus autem tribus explicatur, m littera correpta, ut

illa levem fugiens partim secat aethera pinnis

et ‘tractimque susurrant’; r littera correpta, ut ‘lacerum crudeliter ora’; s littera correpta, ut ‘nec funditus omnes’. adverbia e littera terminata absoluto gradu pleraque longa syllaba finiuntur, ut

ante omnes stupet ipse Dares longeque recusat

et

et si non alium late iactaret odorem.

non sine ratione Vergilius eandem productam in a litteram correptam vertit, ut ‘et pede terram Crebra ferit’. pauca brevem habent, rite bene inpune saepe, ut

carpebat somnos rebus iam rite paratis |

et

et bene apud memores veteris stat

et ‘saepe fugam Danai’ *et*

et saepe alterius ramos impune videmus
vertere in alterius.

media vero longa est. adverbia o littera terminata semper longam habent, ut

Scipiades, cladem Libyae, parvoque potentem
Fabricium;

quamvis et nomen esse possit absolute positum. cetera autem quae consonantibus finiuntur adverbia supra dicto gradu breves semper ultimas syllabas recipiunt, quorum iam exempla supra dicta sunt. comparativus gradus in omnibus adverbiis, qui semper ius litteris terminatur et explicatur, semper brevi syllaba finitur, ut ‘mollius et solito m.’. postremam enim syllabam in adverbiis omnibus consonanti littera finitam brevem esse oportet. paenultima quoque syllaba comparativi sive superlativi gradus adverbiorum, ut in omnibus gradibus, brevis semper invenitur, ut

atque ubi iam breviorque dies et mollior aestas

et

maximus agricolis pelagoque parabitur imber.

superlativus gradus adverbiorum, qui uniformi syllaba terminatur, e litteram postremam semper longam recipit. eadem enim syllaba in nomine

1 falso] *Sallust. Iug.* 1 anceps] *Verg. Aen.* X 359 4 illa] *Verg. georg.* I 409 pin. *B* pennis ς 5 tractimque] *Verg. georg.* IIII 260 lacerum] *Verg. Aen.* VI 495 6 nec] *Verg. Aen.* VI 736 8 ante] *Verg. Aen.* V 406 9 et] ut *B* 10 et si] *Verg. georg.* II 132 12 et pede] *Verg. georg.* III 499 14 carpebat] *Verg. Aen.* IIII 555 15 et *om. B* 16 et bene] *Verg. Aen.* IIII 539 17 saepe] *Verg. Aen.* II 108 et *om. B* 18 et saepe] *Verg. georg.* II 32 22 Scipiades] *Verg. Aen.* VI 844 28 mollius] *Verg. Aen.* VII 357 31 ut in nominum gradibus *coniecit Lindemannus* 32 atque] *Verg. georg.* I 312 34 maximus] *Verg. georg.* I 429

p. 1423. 24 P. p. 80—82 L.

superlativi gradus vocativo casu brevis est, ut 'optime Graiugenum' et 'maxime Teucrorum ductor'. ergo in adverbiis necessario me syllaba ad discretionem partium producetur.

De adverbiis promiscuis plenissime disputandum est ex auctoritate collectis. vero constat spondio, ut 'si vero viciamque || seres'. sero adverbium constat spondio; at si nomen fuerit, constabit iambo, ut 'pasce sero pingui'. tamen constat pyrrichio, ut 'nos tamen haec'. | alibi constat anapaesto, ut 'arborei foetus alibi'. interea sive praeterea constat choriambo, ut 'interea medium Aeneas' et 'praeterea genus haut unum'. penitus constat tribrachy. funditus constat dactylo. nihil pro non positum constat pyrrichio, ut 'nihil mea carmina curas?'. dum et cum adverbia breves syllabas habent, sed sine positione poni non possunt. satius constat tribrachy, ut 'nonne fuit satius?'. pridem constat trochaeo, ut 'iam pridem resides populos'. quotiens vel totiens constat anapaesto, ut 'quotiens oculos coniecit in hostem' et 'quid natum totiens crudelis'. certe constat spondio, ut 'certe sive mihi Phyllis'. paulatim constat palinbacchio, ut

paulatim et sulcis frumenti quaereret herbam.

modo adverbium constat pyrrichio, ut 'tu modo nascenti puero'; at si nomen fuerit, iambo.

Sane quoniam adverbia omnia, quae partim ex se oriuntur, partim ex aliis deducuntur, comprehendi non possunt, merito singillatim non existimo persequenda. sed tamen de postremis syllabis breviter dicam. adverbia a littera finita, quae pro e littera ponitur, brevem habent, ut 'transversa tuentibus hircis'; at si ex se oriuntur, longam habebunt, ut 'contra iussa monent'. e littera finitum adverbium, ut supra dictum est, saepissime longam recipit, interdum brevem, ut 'rite cavis und. d. f. p. s.'. l littera finita adverbia semper brevem habent. m littera similiter correpta finiuntur. o littera producta in gradibus sane finiuntur, ut | 'hic vero victus genitor': alibi enim et brevis invenitur,

tu modo quos in spem statues submittere gentis.

r littera finita adverbia semper brevem habent, ut 'semper equos atque arma virum' et 'lacerum crudeliter ora'. s littera finita adverbia semper brevem recipiunt, ut

quae totam luctu concussit funditus urbem

1 optime] *Verg. Aen.* VIII 127 2 maxime] *Verg. Aen.* VIII 470 5 si] *Verg. georg.* I 227 6 pasce] *Verg. georg.* III 406 7 nos] *Verg. bucol.* 5, 50 8 arborei] *Verg. georg.* I 55 9 interea] *Verg. Aen.* V 1 praeterea] *Verg. georg.* II 83 10 haut] aut *B* 11 nihil] *Verg. bucol.* 2, 6 13 nonne] *Verg. bucol.* 2, 14 14 iam] *Verg. Aen.* VII 693 15 quotiens] *Verg. Aen.* XII 483 16 quid] *Verg. Aen.* I 407 cru. *B* certe sibe *B: Verg. bucol.* 10, 37 18 paulatim] *Verg. georg.* I 134 19 tu] *Verg. bucol.* 4, 8 24 transversa] *Verg. bucol.* 3, 8 26 contra] *Verg. Aen.* III 684 monent ς 27 rite] *Verg. Aen.* VIII 69 30 hic] *Verg. Aen.* II 699 31 tu] *Verg. georg.* III 73 32 semper] *Verg. Aen.* VIIII 777 33 lacerum] *Verg. Aen.* VI 495 35 quae]

p. 1424. 25 P. p. 82. 83 L.

et ‘mollius et solito m.’. u littera finita adverbia semper || longam recipiunt, ut

namque diu luctans lentoque in stirpe moratus.

omnium autem praecedentium syllabarum naturas magistra docebit auctoritas.

DE CONIVNCTIONIBVS.

Copulativae coniunctiones et que ac brevibus syllabis constant, ut

fortuna omnipotens et ineluctabile f.,

item ‘iamque catervatim’. disiunctivae coniunctiones ne nec neque vel sed omnes correptas syllabas habent. ne coniunctio eo adverbio discrepat, quod haec corripiatur et adverbium producatur, ut ‘ne mihi tum molles’: coniunctionis exemplum, ut ‘coniunxne Creusa’. aut coniunctio, quoniam diphthongo valet, longa est, ut

nunc manet insontem gravis exitus aut ego veri.

Expletivae coniunctiones quidem equidem quoque tamen nempe. quidem duabus brevibus constat, ut ‘ista quidem quia nota mihi’. equidem tribus brevibus constat, ut | ‘protendens equidem merui’. quoque duabus brevibus constat, ut ‘tu quoque litoribus nostris’. tamen duas breves habet, ut ‘haut tamen audaci’. nempe coniunctio trochaeo concluditur, ut quippe et certe, ut ‘quippe vetor fatis’ et ‘certe sive mihi Phyllis’.

Causales coniunctiones. igitur constat tribrachy, ut ‘Iliacas igitur classes’. si coniunctio producitur, ut ‘si quibus eiectus’. etiam coniunctio tres breves habet, ut ‘hic etiam inventum’. siquidem coniunctio constat dactylo. quandoquidem ex longa et tribus brevibus constat, ut ‘quandoquidem Ausonio’. quando coniunctio et longam et brevem novissimam potest recipere secundum naturam postremae vocalis. longa est in hoc,

meque timoris

argue tu, Drance, quando tot stragis acervos;

est enim coniunctio causalis, hoc est quandoquidem, non adverbium temporis: ceterum dum componitur, brevis est. quin coniunctio natura longa syllaba || est, ut

Verg. Aen. XII 594 1 mollius et solito mt. *B: Verg. Aen.* VII 357 3 namque] *Verg. Aen.* XII 781 6 DE CONIVNCTIONIBVS *om. B* 7 ab *corr.* ac *B* 8 fortuna] *Verg. Aen.* VIII 334 9 iamque] *Verg. georg.* III 556 11 ne] *Verg. georg.* III 435 12 coniunxne] *Verg. Aen.* II 597 14 nunc] *Verg. Aen.* X 630 16 ista] *Verg. Aen.* XII 808 17 protendens] *Verg. Aen.* XII 931 18 tu] *Verg. Aen.* VII 1 19 haut] *Verg. Aen.* X 276 20 quippe, ut quippe uetor fatis, certe spondeo, ut certe siue ς quippe] *Verg. Aen.* I 39 21 certe] *Verg. bucol.* 10, 37 22 Iliacas] *Verg. Aen.* IIII 537 23 si] *Verg. Aen.* I 578 24 hic] *Verg. Aen.* VIIII 742 25 dactylo] tribracho ς 26 quandoquidem Ausonios ς: *Verg. Aen.* VII 547 29 meque] *Verg. Aen.* XI 383 30 strages acerb. *B*

p. 1126 P. p. 83—85 L.

quin ego non alio digner te funere, Palla.

sin syllaba longa est, ut

sin has ne possim naturae accedere partes.

seu syllaba longa est, ut ‘seu vos Hesperiam magnam’. sive constat trochaeo, ut

sive sub incertas zephyris motantibus umbras.

namque ex longa et brevi constat, ut | ‘namque sub Oebaliae’. ni coniunctio longa est, ut ‘ni fuga subsidio’. nisi coniunctio duas breves habet, ut ‘et nisi me qua’. sed brevis est, ut

ipsa acie nondum falcis temptanda sed uncis.

Rationales coniunctiones. praesertim coniunctio primam syllabam diphthongo longam habet, novissimam brevem, ut ‘praesertim incertis si mensibus’. enim duabus brevibus constat, ut ‘et enim molles tibi’. quia coniunctio constat pyrrichio, ut ‘nam quia nec fato merita nec’. quapropter * *quippe* primam naturaliter longam et postremam brevem habet, ut ‘quippe solo natura subest’. quoniam coniunctio *tribus* brevibus constat, ut

nunc victi tristes quoniam fors om. .

quoniamquidem omnes breves habet. ergo coniunctio postremam syllabam longam sine dubio habet, in hoc praesertim versu,

quae regio Anchisen, quis habet locus? illius ergo.

quamvis *ἀδιάφορος in* hoc est, cum in fine sit versus, cuius numquam natura requiritur, tamen longa esse debet: significat enim ‘illius causa venimus’. haec sane sola coniunctio contra rationem Latinitatis ultimam syllabam circumflectit. at si alio intellectu conlocata erit, in synalipham frequentius apud Vergilium cadit, ut ‘ergo ubi delapsae sonitu’ et ‘ergo age care pater’. | verum tamen in simplici intellectu repetitae rei sine dubio longa posita est in hoc versu, ‘ergo non hiemes illam’. ideo coniunctio constat anapaesto, ut ‘atque ideo tauros procul’. scilicet coniunctio constat dactylo, ut ‘scilicet is superis labor est’. propterea constat choriambo. quare constat trochaeo, ut ‘quare age’. quid semper brevis est, ut ‘ne quid inexpertum f.’. ‖

1 quin] *Verg. Aen.* XI 169 3 sin assne *B: Verg. georg.* II 483 4 seu] *Verg. Aen.* I 569 6 sive] *Verg. bucol.* 5, 5 7 namque] *Verg. georg.* IIII 125 8 ni] *Verg. Aen.* XII 733 9 et] *Verg. bucol.* 9, 14 10 ipsa] *Verg. georg.* II 365 temptanda *recentiore manu in margine adscriptum habet B* 12 diphthongo ς difthongum *B* praesertim certis ς: *Verg. georg.* I 115 13 etenim molles tibi *Lindenannus* et enim mollib. *B* enim mollibus ς: *Verg. Aen.* VII 390 14 nam] *Verg. Aen.* IIII 696 15 quapropter primam *B* quippe primam ς. *lacunam indicavi, qua definitio coniunctionis* quapropter *excidisse videtur.* 16 quippe] *Verg. georg.* II 49 17 tribus breuibus ς brebis *B* 18 nunc uidi *B: Verg. bucol.* 9, 5 tristis ς 21 quae] *Verg. Aen* VI 670 22 in *om. B* 26 ergo ubi] *Verg. Aen.* III 238 souitu ut ergo *B: Verg. Aen.* II 707 28 ergo non] *Verg. georg.* II 293 illum ς 29 atque] *Verg. georg.* III 212 30 scilicet his *B* scilicet hic ς: *Verg. Aen.* IIII 379 31 quare] *Verg. Aen.* VII 429 32 ne] *Verg. Aen.* IIII 415

p. 1427 P. p. 85. 86 L.

DE PRAEPOSITIONIBVS.

Praepositiones duobus generibus constant. etenim aliae sunt loquellares, quae ornandi sensus aut augendi vel minuendi gratia ceteris partibus praeponuntur; aliae autem casuales vocantur, quod casibus serviant. loquellares sunt an con re se di dis. an praepositio brevis est, sed semper positione longa fit, ut 'obvius ambustum' et 'quae rapidus flammis ambit'. re praepositio semper brevis est, in quibuscumque partibus orationis fuerit: in nomine, ut

is primam ante aciem digna atque indigna relatu;

in verbo, ut

colla armosque lavant, gemitu nemus omne remugit;

participio, ut

nunc rapidus retro atque aestu revoluta resolvens.

se praepositio semper longa est, *ut* |

et cum frigida mors anima seduxerit artus.

di praepositio semper longa est, ut

tum vero in curas animum diducitur omnes.

dis praepositio brevem syllabam habet; sed eam positione longam fieri oportet, ut 'disiecitque rates' et 'discissos nudis laniabant': non fere enim in vocalem cadit. con et in praepositiones, loquellares cum fuerint, ita ut per compositionem loquellis inhaereant, ambae unius naturae sunt hoc genere: si in f vel s litteras consonantes ceciderint, naturaliter producentur, ut 'inferretque deos Latio' et 'insignem p.', item 'considunt tectis' et 'num vulnus acerbum Conficit'; at si a ceteris consonantibus excipiuntur, positione longae fient nec produci in praepositione possunt sine vitio barbarismi. in vero, cum casualis fuerit, brevis est, si a vocali excipiatur.

Praepositiones accusativi casus. ad praepositio semper brevis est, sive loquellis sive casibus serviat, ut

Eumenidum aspicies ripamve iniussus

et

Iuppiter omnipotens si nondum exosus ad *unum*.

apud praepositio duabus brevibus constat, ut 'qualis apud gelidi cum fl.': ultima sane positione longa fit. ante naturaliter || duabus brevibus

1 DE PRAEPOSITIONIBVS *om. B* 5 an co con ς 6 obvius] *Verg. Aen.* XII 298 quae] *Verg. Aen.* VI 550 9 his primam *B* hic primam ς: *Verg. Aen.* VIIII 595 11 colla] *Verg. Aen.* XII 722 13 nunc] *Verg. Aen.* XI 627 resorbens *Putschius* 14 ut *om. B* 15 et cum] *Verg. Aen.* IIII 385 17 tum] *Verg. Aen.* V 720 19 disiecitque] *Verg. Aen.* I 43 discissos] *Verg. georg.* III 514 23 inferretque] *Verg. Aen.* I 6 insignem] *Verg. Aen.* I 10 24 considunt] *Verg. Aen.* X 5 num] *Verg. Aen.* XI 823 25 longa *B* 26 in vero *Lindemannus* in uerbo *B* 30 Eumenidum] *Verg. Aen.* VI 375 32 Iuppiter] *Verg. Aen.* V 687 non exosus ς unum *om. B* 33 qualis] *Verg. Aen.* XII 331

p. 1428. 29 P. ς p. 86—88 L.

constat; sed prior positione longa fit, ut ‘ante sinistra cava monuisset’. citra praepositio postremam longam habet. cis praepositio brevem syllabam recipit. circa postremam syllabam longam recipit, ut |

corpora multa virum circa seniorque.

contra eadem etiam ultima syllaba longa clauditur, ut ‘contra nulla est oleis cultura’. erga praepositio superiori similis est. intra eadem quoque similis, ut ‘iamque intra iactum’. hoc ergo nobis observandum est, ut omnes praepositiones a littera finitas scias ultimas syllabas longas habere. inter postremam brevem recipit, ut ‘inter odoratum lauri nemus’. infra ultimam longam habet, ut supra memoravi. iuxta eadem superiori congruit, ut ‘iuxtaque Creusam’. ob brevis est, ut ‘ne quis ob inceptum’. per eadem quoque brevis est, ut ‘atque per ambages’. penes duabus brevibus constat. prope duas breves habet. propter ultima brevis est, ut ‘propter aquae rivum’. super constat duabus brevibus, ut ‘aut super Idalium’. subter ultima brevi finitur. praeter trochaeo constat. pone trochaeo constat: nam accentu solo ab adverbio discernitur, quoniam interdum in adverbium cadit, ut ‘pone subit coniunx’. secundum primam syllabam et novissimam breves habet, ut

saltibus in vacuis pascunt et plena secundum.

ultra praepositio ultimam longam habet, ut dixi. usque ultimam brevem recipit, ut

usque sub extremum brumae intractabilis imbrem.

De praepositionibus ablativi casus. ab praepositio semper brevis est, ut

nec non et sterilis quae stirpibus exit ab imis.

a sive e praepositiones semper longae sunt, sive separatim seu adhaerentes [praepositioni] praeponantur: separatim, cum casibus serviunt, ut

hic tantum in tenebris conversum a lumine

et |

at genus e silvis Cyclopum || e montibus altis;

a loquellis adhaerens, ut

amovet et fidum capiti subduxerat.

absque postremam syllabam brevem habet, quem ad modum usque. coram constat trochaeo, ut ‘coram quem quaeritis adsum’. clam syllaba

1 ante] *Verg. bucol.* 9, 15 4 corpora] *Verg. Aen.* VII 535 5 contra nonnulla ς: *Verg. georg.* II 420 7 iamque intra tectum ς: *Verg. Aen.* XI 608 9 inter] *Verg. Aen.* VI 658 11 iuxtaque] *Verg. Aen.* II 666 12 ne] *Verg. Aen.* XII 566 atque] *Verg. georg.* II 46 14 propter] *Verg. bucol.* 8, 87 15 aut] *Verg. Aen.* I 681 17 a uerbo discernitur ς 18 pone] *Verg. Aen.* II 725 20 saltibus] *Verg. georg.* III 143 23 usque] *Verg. georg.* I 211 26 nec] *Verg. georg.* II 53 29 hic iuuenem in *Putschius: Verg. Aen.* VIII 259 31 at]*Verg. Aen.* III 675 et montibus ς 33 amovet] *Verg. Aen.* VI 524 35 coram] *Verg. Aen.* I 595

p. 1429. 30 P. p. 88. 89 L.

brevis est. de semper longa est, sive loquellaris sive casualis sit: loquellaris ‘deducunt socii naves’, casualis, ut

at subitae horrifico lapsu de montibus adsunt.

ex praepositio brevis est per naturam, sed positione longa fit. pro praepositio, cum casualis fuerit, semper producitur, ut

nobis ad belli auxilium pro nomine tanto.

at cum loquellaris fuerit, varie ponitur: alibi enim longa, alibi brevis invenitur. est operae pretium edocere, quando brevis debeat, quando longa constitui. si hanc praecedentem syllabam secuta fuerit altera syllaba *natura longa*, necessario prior corripitur, ut in Lucretio

omnia veridico qui quondam ex ore profudit.

at cum positione syllaba longa fuerit consecuta, frequenter producitur in verbis sive participiis, ut

procurrunt Laurentum; hinc densi rursus inundant.

alibi autem brevis, alibi longa est in nominibus: brevis in hoc, ut

ni faciat maria ac terras caelumque profundum;

longa in hoc, ut

procursu rapido coniectis eminus hastis.

haec autem syllaba in ultimo verbo brevis ponitur. in his sane varietatibus quam maxime auctoritas quaerenda est. prae sine dubio producta est, quod diphthongum habeat. palam constat duabus brevibus, ut ‘luce palam’. sine duas breves habet, ut

nam sine vi non ulla dabit responsa.

tenus praepositio, quae ablativo et interdum genetivo casui pulchre coniungitur, ut est ‘crurum tenus’, duabus brevibus constat. sub praepositio semper brevem syllabam habet, ut

hasta sub exsertam donec perlata papillam. ||

DE INTERIECTIONE.

Interiectiones, quae adfectum animi vario motu designant (interdum enim || gaudium, aliquando dolorem mentis ostendunt), quoniam multae sunt, ex his paucas ostendam. interiectio composita syllabis tribus hahahae longas recipit. verum in comico carmine solo collocari potest, leni scilicet et humili vel iucundo. in lyrico autem, quamvis et ipsum lene sit, quod numquam possit tumidioribus cothurnatisque verbis ornari, numquam tamen haec interiectio apud Horatium reperitur. quanto magis nec heroico tragicoque carmini necessaria habetur fortia tumidaque verba quaerenti. item vah sive vaha ex brevi et longa constat. sed huius vis interiectionis

2 deducunt] *Verg. Aen.* III 71 3 at] *Verg. Aen.* III 225 6 nobis] *Verg. Aen.* VIII 472 9 natura longa *om. B, add.* ς 10 in Lucretio] VI 6 11 uerbidico *corr.* uerdico *B* 14 procurrunt] *Verg. Aen.* XII 280 16 ni] *Verg. Aen.* I 58 18 procursu] *Verg. Aen.* XII 711 21 luce] *Verg. Aen.* VIII 153 23 nam] *Verg. georg.* IIII 398 25 crurum] *Verg. georg.* III 53 27 hasta] *Verg. Aen.* XI 803 34 conturnatisque *B* 35 nec] ut *B* 36 habeutur *B* habeatur ς

p. 1430. 31 P. p. 89. 90 L.

superiori congruit. heu sive eheu interiectiones productas syllabas habent, ut 'heu quae nunc tellus inquit' et 'eheu quam pingui ma. e.'. sed haec omni generi poetarum aptari potest; etiam liberae a numeris orationi, quam maxime historicae, ut Sallustius in bello Iugurthino, 'heu me miserum', 'heu me infelicem'. item interiectio admirationis papae duabus longis constat, prima per unam productam vocalem, postrema per diphthongum. sed et haec lenioribus apta videtur esse carminibus. item hortationis interiectio heia constat trochaeo; et quia Vergilius ultimam sciebat esse brevem, ubique ei vocalem subiecit, ut 'heia age rumpe moras' et 'hostis adest heia ingenti'. potest tamen in necessitate pro longa poni. nefas, cum fuerit interiectio, eandem naturam quam habet in nomine reservabit; constat autem ex brevi et longa, ut

Bactra vehit sequiturque, nefas, Aegyptia coniunx.

cum aliae vero interiectiones inciderint, auctoritatis fide poterunt reserari.

DE POSITIONIBVS SYLLABARVM.

Positionis ratio decem modis comprehenditur in his syllabis, || quae cum breves natura sint, tamen eas necessario fieri longas oportet. saepe tamen invenitur positio in syllabis | natura longis; sed si naturaliter producuntur, positionem superfluam habebunt. illic enim est quaerenda positio, ubi longitudo naturae defecerit, ut quod natum non fuerit excludatur. nam quem ad modum vocales naturae deserviunt, ita positioni consonantes. primus modus positionis est, si correpta vocalis desinat in consonantem et excipiatur ab altera consonanti, ut

arma virumque ferens.

desinit autem vocalis, cum in se, hoc est in consonantem suae syllabae, ceciderit; excipitur, cum in consonantem consequentis syllabae transierit. secundus modus est, si correpta vocalis desinat in duas consonantes, ut

est in Carpathio Neptuni g. v. .

tertius modus est, cum correpta vocalis excipiatur a duabus consonantibus, ut

Acrisioneis Danae fundasse colonis.

quartus modus est, cum correpta vocalis desinit in duplicem litteram x, ut 'nox erat'. quintus modus est, cum excipitur a duplici, ut 'axem humero torquet'. hanc rationem et in z observabis. sive enim [dum] in eam vocalis desinit sive ab ea excipiatur, quoniam duplex est, facit

2 heu] *Verg. Aen.* II 69 eheu] *Verg. bucol.* 3, 100 3 genere *B* 4 in bello Iugurthino] *c.* 14, 9 9 heia] *Verg. Aen.* IIII 569 10 hostes *B: Verg. Aen.* VIIII 38 13 uactra *B: Verg. Aen.* VIII 688 15 DE POSITIONIBVS] *Charis. p.* 2 *sq. Mar. Victor. p.* 2473 *sq.* 24 arma] *Verg. Aen.* XI 747 28 est] *Verg. georg.* IIII 387 31 Acrisioneis] *Verg. Aen.* VII 410 colonis] c. l. *B* 33 nox] *Verg. Aen.* III 147. VIII 26 axem] *Verg. Aen.* IIII 482. VI 798 34 dum *om. Parrhasius*

p. 1431. 32 P. p. 90. 91 L.

positione longam. et sane in hac est aliquid obscurum, quod in Latino non est, quia la* diducunt syllabae inhaereat, haec autem ita duplicem efficit sonum, ut cui accommodata sit ignoretur, ut ‘Mezenti ducis exuvias’. ergo illi errare noscuntur qui hanc dupliciter scribunt. sextus modus est, cum correpta vocalis desinit in consonantem et excipitur a vocali vice posita consonantis, ut

nec veni, ni fata locum sedemque dedissent.

septimus modus est, cum correpta vocalis desinit in unam consonantem, in qua pars orationis finitur, quem ad modum fert opinio multorum, ut ‘omnia vicit amor’ et

muneribus tibi pampineo gravidus auctumno.

octavus modus est, cum correpta vocalis || finem verbo fecerit, ut | ‘horresco referens’ et ‘liminaque laurusque’; quae tamen syllabae communibus syllabis possunt inseri. nonus modus est, cum vocalem brevem secuta fuerit i littera vice posita consonantis, ut ‘Harpyiaeque colunt’. non immerito fit positione longa py syllaba, nisi quia, ut supra diximus, i littera, cum fuerit in medio vocalium, ita ut consonans sit, duplicem sonum reddit. decimus modus est, si post vocalem subiecta sit consonanti *i* vocalis vel u et correptam vocalem habeat consequentem, ut ‘parietibus textum caecis’. in hoc versu quoniam prima pars orationis correptam habet, hoc genere positionis primam syllabam longam efficimus. secundam namque syllabam resecamus per medium et praecedentem consonantem primae syllabae conglutinamus, vocalem autem ad tertiam revocamus et loco consonantis defigimus. hic sane modus positionis apud Vergilium non in superiori exemplo tantum sed in multis versibus invenitur, ut ‘arietat in portas’ et

transtra per et remos et pictas abiete puppes,

item

genua labant, vastos quatit aeger anhelitus artus

et

tenuis ubi argillae dumosis calculus arvis.

1 quod in Latinis non est, quia illae diducunt sonum ita, ut dubitari non possit, cui syllabae inhaereat *coniecit O. Ribbeckius mus. Rhenan. noviss.* XII (*a.* 1857) *p.* 420 quod in latino non est, quia illa dilucide syllabae inhaereat *Freundius annal. philol. nov.* V (*a.* 1832) *p.* 100 quod in latino non est quia illa diducunt cui syllabae inhaereant *Parrhasius* quod in latina non est, quia illa diiudicatur cui syllabae inhaereat s, *quae secuti sunt G. I. Vossius de arte gramm.* I 21 *vol.* I *p.* 90 *et C. L. Schneiderus gramm. Lat.* I *p.* 381 2 quia lla (*corr.* la, *ut videtur*) diducunt *B* 3 Mezenti] *Verg. Aen.* XI 7 7 nec] *Verg. Aen.* XI 112 locum s. d. d. s. septimus *B* 10 omnia] *Verg. bucol.* 10, 69 ut muneribus *B: Verg. georg.* II 5 12 horresco] *Verg. Aen.* II 204 13 liminaque] *Verg. Aen.* III 91 15 arpyiaeque *B: Verg. Aen.* III 212 16 supra] *p.* 221, 4 18 duplicem *editio Ascensiana* decimum *B et Parrhasius* 19 i *om. B* 20 parietibus] *Verg. Aen.* V 589 26 arietat] *Verg. Aen.* XI 890 27 transtra] *Verg. Aen.* V 663 29 genua] *Verg. Aen.* V 432 hanelitus *B* 31 tenuis] *Verg. georg.* II 180

DE COMMVNIBVS SYLLABIS PER NATVRAM.

Communes syllabae naturales duobus modis incurrunt, aut in singulis vocalibus aut duabus coniunctis, quas Graeci diphthongos vocant. communis syllaba per singulam vocalem sic intellegitur, si producta vocalis excipiatur a vocali correpta. est enim longa in hoc versu, |

Glauco et Panopeae et Inoo Melic.;

in isto autem brevis eadem [producta], 'te Corydon o Alexi'. communis syllaba per diphthongum sic intellegi potest, si geminae vocales a vocali excipiantur. etenim in hoc longa est,

ulla moram fecere neque Aoniae Aganippe;

in isto autem || brevis est, 'insulae Ionio in magno'. sed tamen contemplanda est poetae nostri diligentia. superiore etenim versu recte longam posuit, quia consequens vocalis brevis est; in isto autem lae syllabam brevem posuit, quoniam eadem syllaba producta a longa vocali excipitur. ergo recte consequentis longitudo naturam prioris oppressit.

DE COMMVNIBVS SYLLABIS POSITIONVM.

Syllaba desinens in vocalem brevem, si excipiatur a duabus consonantibus, ita tamen, si praecessit liquidam muta. est namque longa in hoc,

inmemores socii vasto Cyclopis in antro:

haec eadem brevis est alibi,

lustra domosque traho vastosque ab rupe Cyclopas.

et in aliis nominibus deficit ratio positionis hoc ordine consonantium, ut 'Phoebe gravis Troiae'. at si liquida praevenerit mutam, obtinebit vim suam positio. possunt etiam videri communes eae syllabae, quae c littera terminantur, hic vel hoc; quarum de natura disputatum est. hae enim syllabae apud Vergilium et longae et breves ponuntur, si a vocali excipiantur. longae sunt in his, 'pro Iuppiter ibit hic ait' et 'hoc illud germana fuit'; alibi autem breves,

hic vir, hic est, tibi quem promitti saepius audis.

haec tamen ratio in pronominibus tantum, non etiam in coniunctionibus invenitur. nam nec | coniunctio communis esse non poterit, quia in pronomine solo c littera reddit duplicem sonum, in coniunctione simplicem: merito ergo brevis est. scire autem oportet quod pronomen hic apud

1 DE COMMVNIBVS SYLLABIS] *Mar. Victor. p.* 2474 *sq.* 6 Glaucoque et Panopae et Inoo melicerti ς: *Verg. georg.* I 437 7 breues eadem producta *B* breueis eadem productae ut ς te] *Verg. bucol.* 2, 65 10 ullam *B*: *Verg. bucol.* 10, 12 11 insulae] *Verg. Aen.* III 211 18 muta communis est. namque longa ς 20 inmemores] *Verg. Aen.* III 617 22 lustra] *Verg. Aen.* III 647 24 Phoebe] *Verg. Aen.* VI 56 28 pro] *Verg. Aen.* IIII 590 hoc] *Verg. Aen.* IIII 675 30 hic] *Verg. Aen.* VI 792

p. 1433. 34 P. p. 93. 94 L.

Vergilium duobus tantum locis pro brevi est positum: nam ubique longa syllaba est non solum apud Vergilium sed etiam apud alios.

DE PRODVCTIONE VEL CORREPTIONE SYLLABARVM.

Sunt aliquae syllabae apud Vergilium, quae necessitate metrica cum vitio barbarismi, qui apud poetas metaplasmus || appellatur, contra rationem corripiuntur. sunt aliquae, quae, cum breves sint, necessario producuntur. corripiuntur in his,

matri longa decem tulerunt fastidia menses,

item 'illius arma' et 'ipsius ante oculos': mediam syllabam pronominum, cum sit longa, corripuit. item 'obstipui steteruntque comae': te syllabam longam in verbo corripuit. item

egerimus, nosti, et nimium meminisse necesse est:

ri syllabam longam corripuit. item 'urbemque Fidenam': fi syllaba, cum sit longa, hoc loco brevis est. item

cum subito adsurgens fluctu nimbosus Orion:

o syllabam corripuit, quae alibi longa est, ut

armatumque auro circumspicit Oriona.

deinde de brevibus dicam, quae pro longis sunt positae. 'Italiam fato profugus': primam syllabam, cum sit brevis, longam posuit, quamvis caput pedis faciat; alibi enim brevis est, ut

antiqua e cedro Italusque paterque Sabinus.

item 'exercet Diana choros': di syllabam produxit, quia longa est; nam alibi eam brevem posuit, ut |

tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianae.

etiam positione longas de brevibus facit, ut 'relliquias Troiae' et 'relligione sacrae': l litteram consonantem contra rationem geminavit. ideo haec intellegenda esse arbitror, ut caveri possint. Vergilius enim propter operis magnitudinem et auctoritatem sui, qua multum valet, non sine necessitate metrica naturam syllabarum convertit diverso genere.

Sunt praeterea syllabae, quae in una specie positae cum intellectu mutantur, ita ut nunc produci nunc corripi possint, ut est sinus. sinum enim cum pro gremio vel recessu positum intellexerimus, prima syllaba brevis erit, ut 'hinc sinus Herculei' et 'ipse sinu prae se portat': cum pro vase sinum intellexerimus dictum, primam syllabam producamus, ut

1 est] esse *B* 8 matri] *Verg. bucol.* 6, 61 9 illius] *Verg. Aen.* I 16 ipsius] *Verg. Aen.* I 114 10 obstipui] *Verg. Aen.* II 774. III 48 12 egerimus] *Verg. Aen.* VI 514 13 urbemque] *Verg. Aen.* VI 773 15 cum] *Verg. Aen.* I 535 17 armatumque] *Verg. Aen.* III 517 18 Italiam] *Verg. Aen.* I 2 21 antiquae caedro *B* antiqua cedro ς: *Verg. Aen.* VII 178 22 exercet] *Verg. Aen.* I 499 24 tergeminamque] *Verg. Aen.* IIII 511 25 reliquias *B*: *Verg. Aen.* VII 244 26 religione *B*: *Verg. Aen.* VII 608 33 hinc] *Verg. Aen.* III 551 ipse] *Verg. Aen.* XI 544 34 producemus *corr.* producamus *B*

p. 1434. 35 P. p. 94. 95 L.

sinum lactis et haec te liba, Priape.

item malum pro pomo et arboris malo et malas pro || genis cum accipimus, prima syllaba longa erit, ut

malo me Galatea petit lasciva puella

et

adversique infigitur arbore mali

et

tu quoque flaventem prima lanugine malas:

at si pro pernicie vel labore dictum fuerit, brevis erit, ut 'quae prima malorum causa fuit' et 'adsuetumque malo Ligurem'. alia cum intellexerimus nomen esse, primam syllabam longam esse existimamus, ut

alia serpyllumque herbas contundit olentes:

cum vero pronomen est, brevis erit, ut

perque nives alium perque horrida castra secuta est.

vobis pronomen a nomine et scriptura et accentu discernitur. | item notus, cum pro cognito ponitur, ut sit participium, primam syllabam longam habebit, ut 'nota tibi': at cum pro vento intellegitur, brevis erit, ut 'tendunt vela Noti'. item plaga, cum pro verbere posita fuerit, primam syllabam longam habebit, ut 'dant animos plagae': cum vero pro zona caeli, id est circulo, brevem, ut 'et siquem extenta plagarum'. item arbos in omnibus casibus bo syllabam brevem habet et per b litteram scribitur, ut 'arboris haut ullae' et 'adversique infigitur arbore' et 'arboribus positis': si autem ab arvo feceris genetivum pluralis, vo syllaba longa erit et per v litteram scribenda est, ut 'hactenus arvorum cultus'.

Sunt alia nomina, quae in uno intellectu per casus syllabae naturam vertunt, ut propago: in nominativo prima syllaba brevis est, ut

esse sinent nimium vobis Romana propago;

at in ablativo longa est, ut 'melius propagine vites Respondent'.

In verbis quoque similiter eadem syllaba cum tempore immutatur, ut est moveo: tempore praesenti et futuro prima syllaba corripitur, ut 'hinc movet Euphrates' et

longius et volvens fatorum arcana movebo;

1 siuum] *Verg. bucol.* 7, 33 te] tibi ς 2 arbore mali ς 4 malo] *Verg. bucol.* 3, 64 6 aduersaque *Parrhasius* aduersaeque ς: *Verg. Aen.* V 504 8 tu] *Verg. Aen.* X 324 flauentes ς 9 quae] *Verg. Aen.* VII 481 10 adsuetumque] *Verg. georg.* II 168 11 intellegerimus *B* 13 alia] *Verg. bucol.* 2, 11 15 perque] *Verg. bucol.* 10, 23 16 a nomine est et *B* 18 nota] *Verg. Aen.* I 669 19 tendunt] *Verg. Aen.* III 268 uerbero *B* 20 dant] *Verg. Aen.* VII 383 at cum uero *B* 21 et si] *Verg. Aen.* VII 226 23 arboris aut *B*: *Verg. georg.* II 124 aduersaeque ς: *Verg. Aen.* V 504 24 arboribus] *Verg. georg.* II 278 26 hactenus] *Verg. georg.* II 1 29 esse] *Verg. Aen.* VI 871 30 melius] *Verg. georg.* II 63 32 hinc] *Verg. georg.* I 509 34 longius] *Verg. Aen.* I 262

p. 1435, 36 P. p. 95—97 L.

tempore praeterito producitur, ut

venit amor subitaque animum dulcedine movit.

in participiis quoque praesens tempus brevem habet, ut 'bella movens immittit equos'; praeteritum tempus longam habet, || quem ad modum nomen, unde oritur, ut |

stagna refusa vadis graviter commotus

et 'hi motus animorum'. futuri vero temporis participium a verbo dissentit: nam longam recipit, ut Lucanus

temptandasque ratus moturi militis iras.

item fugio tale est: primam enim syllabam praesenti tempore et futuro corripit, ut 'quo fugis Aenea?' et 'vox quoque Moerim Iam fugit ipsa'; praeterito producit, ut 'qualis ubi abruptis fugit p. v.' et 'subitoque omnis de corpore fugit'. in utroque tempore participiorum, ut in nomine, semper brevis est, ut 'dimitte fugam' et 'ille simul fugiens'. in omnibus ergo modis et temporibus haec diversa syllabarum natura servanda est. item verbum video syllabam primam tempore praesenti ubique corripit, ut 'sed siquis quae multa vides' et 'post aliquot mea regna videns'; praeterito perfecto et plusquamperfecto producit, ut 'vidit ab adverso venientis', et Lucanus 'viderat inmensam ten.'; tempore futuro brevis est modis omnibus, ut

Laurentisne iterum muros aut castra videbo?

infinito modo tempore praesenti et participio eius temporis prima corripitur, ut 'iuvat arva videre' et 'cui vates horrere videns'. tempore praeterito infiniti modi producitur, ut 'nec vidisse semel'; | futuro tempore sive infiniti modi sive participiorum producitur, ut 'si visurus eum vivo' et 'casus abies visura marinos'. item participium nitens, si a neutrali verbo venerit, quod est niteo, primam syllabam corripit, ut

altera candenti perfecta nitens elephanto.

si a passivo verbo venerit, quod est nitor, quem ad modum in verbo, producit, ut 'impressoque genu nitens terrae'. passiva ergo significatione in verbis et in participiis omnibus eadem syllaba semper producitur. in nominibus quoque propriis et appellativis eadem est: appellativo, ut

2 venit] *Verg. Aen.* XI 538 3 bella] *Verg. Aen.* XII 333 6 stagna] *Verg. Aen.* I 126 7 hi] *Verg. georg.* IIII 86 8 Lucanus] *Pharsal.* II 529 9 rates *B* 11 quo] *Verg. Aen.* X 649 vox] *Verg. bucol.* 9, 53 12 qualis] *Verg. Aen.* XI 492 adruptis *B* v.] f *B* 13 subitoque] *Verg. Aen.* XII 421 14 dimitte] *Verg. Aen.* XI 706 ille] *Verg. Aen.* XII 758 17 sed] *Verg. Aen.* VIIII 210 18 post aliquod me *B*: *Verg. bucol.* 1, 70 19 vidit] *Verg. Aen.* XII 446 Lucanus] *Pharsal.* II 79 21 Laurentisne] *Verg. Aen.* X 671 23 iuvat] *Verg. georg.* II 438 cui] *Verg. Aen.* VI 419 24 nec] *Verg. Aen.* VI 487 25 si] *Verg. Aen.* VIII 576 26 casus] *Verg. georg.* II 68 29 altera] *Verg. Aen.* VI 896 perfecto *B* 31 impressoque] *Verg. Aen.* XII 303 33 eadem est appellatio *B*

p. 1436—38 P. p. 97. 98 L.

stat gravis Entellus nisuque immotus eodem;

proprio, ut 'Nisus ait'. item verbum venio tempore praesenti et futuro syllabam primam corripit, ut 'pelagine venis erroribus actus?' et 'iam venit aestas Torrida' et 'terram Hesperiam venies'. tempore praeterito imperfecto in omnibus verbis eadem illa syllaba, ut in praesenti fuerit, invenitur, ut

redditaque Eurydice superas veniebat ad auras.

praeterito perfecto et plusquamperfecto producitur, ut 'venisti tandem' et 'venerat antiquis'. item verbum cogo superioribus verbis diversum est: nam tempore praesenti et futuro primam syllabam producit, ut 'cogit hiems' et 'cogitur inque sinus'; praeterito autem tempore eandem corripit, ut Lucanus |

ad mortem Sylla felicior ire coegit

et 'cornuque coacto'. harum sane varietatum rationes exempla quoniam legenti atque disceptanti occurrere facilius possunt, pauca de multis ostendimus. illud sane nobis est plenius observandum, ut orthographia numquam nostros oculos sensusque deludat.

DE METAPLASMIS.

Quamvis supra dixerim esse poetis licentiam metaplasmorum rationibus naturas sive litteras invertere syllabarum, tamen superfluum esse non iudico specialiter de ipsis metaplasmis, qui necessarii huic arti valde sunt, disputare, sine quibus exitus faciles, cum in artem venerint poemata, inveniri non possunt.

Prosthesis est metaplasmus verbi principio adiciens litteram syllabamve; litteram, ut 'gnatique patrisque'. si enim n litteram consonantem brevis syllaba praecedat verbi superioris, quae vocali correpta terminetur, accedente g littera positione poterit longa fieri, licet mutam liquida consequatur, quae semper communem syllabam facit, ut si facias 'rura gnate colis'. aliquando syllabam adicit non tam sensus causa quam metri, ut 'cornuque recurvo' et 'aut || altis referens' et 'numquam tetulissem pedem'.

Parenthesis est, quando inseritur medietati syllaba litterave: littera, ut

hac casti maneant in relligione nepotes;

syllaba, ut Lucretius

1 stat] *Verg. Aen.* V 437 2 Nisus] *Verg. Aen.* VIIII 184 3 pelagine] *Verg. Aen.* VI 532 4 iam] *Verg. bucol.* 7, 47 horrida *corr.* torrida *B* et ad terram *Putschius: Verg. Aen.* II 781 7 redditaque] *Verg. georg.* IIII 486 8 venisti] *Verg. Aen.* VI 687 9 venerat] *Verg. Aen.* X 719 10 cogit] *Verg. georg.* IIII 36 11 cogitur] *Verg. georg.* IIII 420 12 Lucanus] *Pharsal.* II 582 14 cornuque] *Lucan. Pharsal.* I 537 22 poeticam *corr.* poemata *B* 24 adicies *B* 25 gnatique] *Verg. Aen.* V I 116 28 rure *corr.* rura *B* 30 cornuque] *Verg. Aen.* VII 513 aut] *Verg. Aen.* X 766 numquam] *Ter. Andr.* IIII 5, 13 33 ac *corr.* hac *B: Verg. Aen.* III 409 religione *B* 34 Lucretius] I 82

p. 1438. 39 P. p. 98—100 L.

indugredi sceleris quod contra saepius illa.

indugredi enim dixit pro ingredi. interdum diducta syllaba inmissae litterae syllabam adiciunt, ut 'Mavortis in antrum' et 'navita tum stellis'.

Prosparalepsis est, cum ultimae syllabae superflua syllaba adicitur, ut 'magicas invitam accingier artis'. |

Aphaeresis est metaplasmus, cum principio verbi syllaba subtrahitur, ut 'et non temnere divos' pro contemnere. et in nominibus invenitur, ut Plautus dixit a Praenestinis coneas pro ciconeas appellari.

Syncope est medio syllabam subtrahens verbo, ut extinxti et 'vixet cui vitam deus'.

Apocope est interdum aliquid ultimae parti auferens, ut 'namque suam do', hoc est suam domum, et Lucretius in primo

nam fierent iuvenes subito ex infantibu parvis;

sic enim versus scandi potest: aliquando imminuens, ut Vergilius 'aspice num mage'; mage pro magis.

Ectasis est, cum per licentiam brevis producitur, ut 'exercet Diana choros'.

Systole est e contrario, quando syllaba longa corripitur, ut 'aquosus Orion': cum prima produci debeat, corripitur.

Diaeresis est sive diazeuxis, cum in duas syllabas una diducitur, ut 'dives pictai vestis et auri'. quam declinationem Vergilius quattuor locis tantum posuit in Aeneidis, 'aulai medio' et 'atque aurai simplicis ignem' et 'furit intus aquai' et 'dives pictai vestis et auri'.

Episynaliphe est una syllaba ex duabus facta, ut | 'fixerit aeripedem' pro aëripedem: tetrasyllabon ex pentasyllabo fecit. ‖

Synaliphe est, cum inter duo verba in concursu duarum vocalium nulla intercedente consonante unius fit vocalis elisio, ut 'atque ea diversa penitus'. fiunt autem synaliphae his modis: interdum enim brevis in brevem cadit,

obsedere alii telis angusta viarum;

interdum brevis in longam, ut

Taenarias etiam fauces alta ostia Ditis;

1 indugressi *B* 2 dicucta *B* 3 Mavortis] *Verg. Aen.* VIII 630 navita dum ς: *Verg. georg.* I 137 5 prosparalempsis *B* 6 magicas] *Verg. Aen.* IIII 493 8 et] *Verg. Aen.* VI 620 9 Plautus] *Trucul.* III 2, 23 ut Praenestinis coniast ciconia conias pro ciconias ς 10 extinxti] *Verg. Aen.* IIII 682 vixet] *Verg. Aen.* XI 118 12 namque] *Enn. annal. v.* 563 *ed. Vahl.* 13 et] ut *B* Lucretius in primo] *v.* 186 14 infantib. *B* 15 Vergilius] *Aen.* X 481 17 exercet] *Verg. Aen.* I 499 19 aquosus] *Verg. Aen.* IIII 52 22 dives] *Verg. Aen.* VIIII 26 23 in aeneiidis *B* in Aeneide ς aulai in medio ς: *Verg. Aen.* III 354 et *om. B* atque] *Verg. Aen.* VI 747 24 furit] *Verg. Aen.* VII 464 dives] *Verg. Aen.* VIIII 26 26 fixerit] *Verg. Aen.* VI 803 29 atque] *Verg. Aen.* VIIII 1 31 cadit ς habet *corr.* cadet *B* 32 obsedere] *Verg. Aen.* II 332 34 Taenarias] *Verg. georg.* IIII 467

p. 1439. 40 P. p. 100 L.

interdum longa in brevem, ut

oppositasque evicit gurgite moles;

interdum diphthongus in simplicem longam, ut 'Dardanidae e muris'; aliquando brevis in diphthongum, ut 'arva neque Ausoniae semper'; interdum diphthongus in diphthongum. operae pretium est scire dactylicum versum synaliphas ubique posse recipere. || interdum sane vocales inter se concurrentes synalipham fieri vetant, et, si versus inpleri nequiverit, nulla eliditur, ut

et sucus pecori et lac subducitur agnis.

Ecthlipsis est, cum inter se aspere concurrentium syllabarum intercedente sola m littera consonante et vocalem et consonantem, quam diximus, elidi necesse est, ut 'multum ille et terris'.

Antithesis est litterae pro littera inmutatio, ut

impete nunc vasto ceu concitus imbribus amnis.

Metathesis est litterarum ordo inmutatus, ut

nam tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis.

2 oppositasque] *Verg. Aen.* II 497 3 Dardanidae] *Verg. Aen.* X 263 4 arva] *Verg. Aen.* III 496 7 inter se ς in se *B* 9 et] *Verg. bucol.* 3, 6 10 eclipsis *B* 12 multum] *Verg. Aen.* I 3 in *corr.* et *B* 14 impete] *Ovid. metam.* III 79 16 nam] *Verg. Aen.* X 394 FINIS ARTIVM PROBI *Parrhasius*

NOTARVM LATERCVLI

EDENTE

TH. MOMMSENO.

Quoniam notarum laterculos, quos habemus Romanae aetatis, ad grammaticorum corpus adiunxerunt tam Gothofredus quam Putschius neque inconsulto neque incommode (nam pendere eos ex grammaticorum commentationibus M. Valerii Probi eius generis tractatus demonstrat et quaerunt sibi omnino flagitantque quodammodo libelli illi certam et stabilem sedem et quasi aliquod in litteris domicilium), noluit ab hac sua grammaticorum Latinorum editione illos abesse Henricus Keilius. Qui cum sciret me post curatam a. 1853 in actorum societatis Saxonicae volumine quinto commentarioli Probi editionem per aliquot annos subsidiis, quae ad eas tabulas castigandas servant bibliothecae, colligendis operam dedisse, tam pro rei litterariae commodo quam pro veteris amicitiae iure a me postulavit, ut magni operis particulam hanc in me susciperem. Quod feci libenter; nam etsi fieri potest, ut a me usurpatis meliores notarum codices adhuc lateant, cum praesertim huius generis libelli brevissimi fere et plerumque auctoris nomine carentes in bibliothecis casu potius inveniantur quam data opera investigentur, tamen quae reperi subsidia iam mihi sufficere visa sunt ad horum libellorum crisin, quae adhuc nulla fuit, non absolvendam, sed inchoandam et certo fundamento stabiliendam.

I.

M. VALERII PROBI
DE LITTERIS SINGVLARIBVS FRAGMENTVM.

M. Valerius Probus Berytius, qui floruit imperante Nerone et ad Domitianum usque vitam videtur protraxisse, cum auctorum exemplaribus emendandis et distinguendis maxime vacaret, teste Suetonio (gramm. 24) ‘pauca tantum et exigua de quibusdam minutis quaestiunculis edidit, reliquit autem non mediocrem silvam observationum sermonis antiqui’, quibus quantum aetatis labentis grammatici Diomedes maxime et Priscianus debeant, docuit Keilius in vol. I praef. p. LII sq. Eiusdem esse hunc de litteris singularibus tractatum cum codices probant, quorum qui fide digni sunt ‘Valerii Probi’ eum esse scribunt, tum ipsum argumentum. Nam primum nullum indicium extat in libello, quod ad aetatem ducat Nerone posteriorem; recentissima enim quae ibi occurrunt, sunt lex Iulia Augusti de adulteriis coercendis (3, 10) et nota CL. pro Claudio (2, 8), quod unicum ibi reperitur nominis non plene scripti exemplum, coniuncta sane cum notae eiusdem usu in nummis non Claudii imperatoris, sed in quibusdam quamvis raris et ipsis Neronis. Item quod legis actionum mature abolitarum notas scriptor curiose persequitur, curiarum quoque et similium non plane praeteriit, denique non de edicto perpetuo loquitur, sed secundum antiquam consuetudinem de edictis perpetuis (§ 5 inscr. cf. Cic. ad Att. 6, 1, 15; Ascon. in Cornel. p. 58 Orell.; Gai. 1, 6), ut alia mittam eius generis non pauca, quae curiose investigantem non fugient, auctorem indicant optimae aetatis. Tractatum autem, quem habemus, non integrum esse prima verba luculenter demonstrant; denique inscriptio, quae in bonis libris haec est ‘*de iuris notarum*’ vel ‘*iuris notarum*’, neque argumento libelli satis apta est neque omnino Latina. Sublatum eum esse ex Probi ‘commentationum’, quas citat generali nomine Gellius 15, 30, aliquo volumine vix dubium est, cuius cum ratio et inscriptio hodie demonstrari non possint, hoc tantum conicere licet fortasse coniunctum eum fuisse cum Probi commentario qui citatur apud Gellium 17, 9 ‘*de occulta litterarum significatione in epistularum C. Caesaris scriptura*’. Argumentum quomodo persecuturus sit, ipse Probus indicat quodammodo verbis praefationis: *quod in praenominibus, legibus publicis, pontificumque monumentis et in iuris civilis libris etiamnunc manet;* nam *praenomina* pertinent ad notationes eas, quae in monumentis plurimis et in historiarum libris sacrisque publicis reperiuntur, id est ad notationes usus generalis, quae deinde § 2 aut enumerantur aut certe indicantur; contra quae sequuntur conveniunt in §§ 3. 4. 5 sic inscriptas: *litterae singulares in iure civili* 1) *de legibus et plebiscitis;* 2) *in legis actionibus;* 3) *in edictis perpetuis*, ut legibus et plebiscitis respondeant praefationis leges publicae, legis actionibus pontifi-

cum monumenta, edictis perpetuis iuris civilis libri. Quam ob rem cum commentationis extrema pars interciderit, tamen non puto deesse nisi edictalium notationum partem; neque obstat coniecturae eorum quae ex parte deperdita servata sunt fragmentorum natura. Labentis aetatis iurisconsultum aliquem tractatum hunc ex Probi operibus excerpsisse probabile est; non solum quod infima aetate iureconsulti magis quam grammatici attendebant ad litteras singulares in iuris libris frequentissimas* quam propter inscriptionem supra relatam noviciam et propter ipsa verba *iuris civilis* § 2 extr. male inserta.

Reperisse videtur Probi de notis commentariolum Kiriacus Anconitanus in itinere eo, quod a. 1442. 1443 per Tusciam Liguriamque instituit ad indagandas eorum locorum antiquitates; certe ante id tempus nemo quod sciam mentionem eius fecit et ita comparata sunt exempla quae supersunt omnia, ut et propter aetatem et propter originem et naturam facile credi possint descripta ex primario Kiria-

* In libris grammatici argumenti notarum laterculi quod sciam extant nulli excepto hoc brevissimo ex codice olim Bobiensi nunc Vindobonensi n. 16 f. 47 edito in analectis Vindobonensibus p. 212:

·*C*· *et littera et nota quae centum significat*
·*A*· *sola Aulum significat*
·*D*· *sola Decium significat et quingentos*
·*F*· *sola Flavium*
·*G*· *Gaium*
·*I*· *nota numeri, cum unum notamus*
·*P*· *Publium*
·*L*· *et praenomen Lucium et nota numeri quinquaginta*
·*M*· *praenomen Marcum*
·*Q*· *Quintum et Quirites*
·*X*· *nota numeri, cum decem significamus*
·*P*· *Publium significat, et cum* ·*R*· *populum Romanum, et cum* ·*C*· *patres conscriptos, et anteposita* ·*R*· *rem publicam.*

Quem aetatis infimae esse indicant duae notae Gaii G., non C. et Flavii F., quas in lapidibus non reperies ante saeculum tertium. — Maiore cum probabilitate ex Probo repetas, quae ex eius generis laterculo in originibus (1, 23) protulit Isidorus sub titulo *de notis iuridicis*, quaeque commodum erit hoc loco exhibuisse prout leguntur in antiquissimo libro Guelferbytano (Weissenburg. 64 saec. VIII): *Quaedam autem litterae in libris iuris* [*iuris* supra versum] *verborum suorum notae sunt, quod inscriptio celeris brevisque fiat. Scribebatur autem verbi gratia*

per B et F bonum factum
per S et C senatus consultum
per R et P res puplica
per P et R populus Romanus
per D et T dum taxat
per supinam M litteram Ɯ *mulier*
per P secundum naturam pupillus
per Ƅ *averso capite pupilla*
per unum K caput
per duo K K calomniae kausa
per I et E iudex esto
per D et M dolum malum.

Cuius generis plurimas consimiles notas in libris antiquis invenimus. Has iuris notas novitii imperatores a codicibus legum abolendas sanxerunt, quia multos per has callidae ingenio ignorantes decipiebant, atque ita iusserunt scribendas in legibus litteras, ut nullos errores, nullas ambages adferant, sed sequenda et vitanda aperte demonstrarent. Ex his pro exemplorum paucitate satis multa redeunt apud Probum; sed alia differunt, ut *calumniae causa* apud Isidorum notatur *K·K*, apud Probum *K·C*, neque Probum crediderim docuisse in notis ad femininum genus significandum litteras singulares inverti, ut invertuntur Ɯ et Ƅ apud Isidorum. Nam meliore aetate ad distinguendas feminas usurpabant litteras non inversas, sed conversas dextrorsum, ut sunt Ↄ Gaia vel potius mulier, ꟼ pupilla, Ꟈ filia.

cano. Iam neque extare videtur codex antiquus in Italiae septentrionalis aliqua bibliotheca a Kiriaco investigatus et ipsius Kiriacani exempli memoria superest pertenuis; nam liber Compagnonii episcopi Auximatis, qui servavit nobis itinerarium illud Kiriacanum, hodie et ipse aut periit aut latet cumque ex eo facta habeamus excerpta Suaresiana (cod. Vat. 9130 f. 282—290) et editionem Olivierianam (Pisauri 1763 fol.), illa Probi omnino non meminerunt, Olivierius autem breviter tantummodo significat (p. 1 n. 2) reperisse se apud Kiriacum inter alia etiam ‘Valerii Probi notas iuris’, sed utpote editas et vulgares omisisse. Reicimur itaque ad libros tertii ordinis, qui videntur descripti ex Kiriacano; quorum adhibui vel certe examinavi hos saeculi XV exeuntis vel adeo incipientis XVI omnes.

1) Mediol. Ambros. J 115 sup. post Aristotelica quaedam a Leonardo Aretino Latine conversa continet carmen de ponderibus et mensuris (*pondere Poeoniis — nec non et sine aquis*) et Valerium Probum de iuris notarum. Codex a me collatus omnium quorum mihi copia fuit praestantissimus est et ab interpolatione plane immunis. — Notavi *A* varietatemque rettuli integram, etiam orthographicam.

2) Rom. Chigian. I. VI. 204 praeter descriptionem urbis Romae eiusque excellentiae, Signorilianam urbanorum epigrammatum syllogen, chronica carminaque varia, regiones urbis, alia continet item f. 53 v.—55 ‘Valerii Probi iuris notarum’. Praecedenti non multo inferior visus est et ab interpolationibus item immunis, quamquam minus emendate scriptus. — Contuli ipse et notavi *C*.

3) Rom. Vat. 2725 praeter Prisciani Rufini Donati Remmii Marii Victorini libellos complures indicatos ab Henrico Keilio (mus. Rhen. nov. 5, 319), item glossarium Petronianum (mus. cit. 16, 5 sq.) f. 76 sq. exhibet Probi de quo agimus commentariolum descriptum mihi a Freiburgero. Liber etsi ab interpolatore quibusdam locis corruptus tamen a nobis adhibitus est, magis ut de corruptionis emendationisve primordiis constaret quam propter propriam eius in constituenda lectione utilitatem. — Notavi *V*.

4) Rom. Vallicell. R. 26 in fasciculo a bibliopega demum in hoc volumen coniecto f. 347—349 continet tractatum eundem, quem contulit mea causa Reifferscheidius. Adest 5, 24 textusque in universum satis sincerus est, nec tamen varia lectio digna fuit quae apponeretur tota, cum scriba huius libri ubi discedit ab *AC* traditam lectionem aut emendarit ex coniectura aut temere corruperit.

5) Rom. Vat. 5326 ante syllogen inscriptionum saec. XVI confectam exhibet ‘Valerii Probi iuris notarum librum’, profectum non ex Marcanova, ut vel ex inscriptione illa patet, sed tam neglegenter scriptum et temere interpolatum, ut indignus esset, cuius variam lectionem referrem.

6) Flor. Maruc. A. 76. 1 post syllogen inscriptionum urbanarum saec. XV confectam f. 86—88 Probum exhibet non depromptum ex ea, de qua statim videbimus Marcanovana recensione et satis emendatum; praefatio tamen omissa est substituto barbaro exordio hoc: *notandum est etiam quo pacto nonnulle littere principales interpretantur que ut plurimum in monumentis et in hystoriarum libris sacrisque publicis reperiuntur, ut patebit.* Contuli, sed protuli inde selecta tantum.

7) Monac. Lat. 716 scriptus a. 1504 ab Hartmanno Schedel Norimbergensi f. 102. 103 simili forma Probi commentarium exhibet: scilicet pro § 1 haec leguntur: *littere quorundam interpretaciones que plurimum in monumentis et in hystoriarum libris sacrisque publicis reperiuntur,* sequuntur notae ordine mutato neque integrae. Pauca tantum inde placuit enotare.

8) Iohannes Marcanova medicus Patavinus inscriptionum syllogae quam c. a. 1457 elaboravit ex copiis maxime a Kiriaco paratis inseruit etiam Probi de notis libellum, qui legitur in codice hodie Bernensi B 42 Marcanovanorum omnium et antiquissimo et optimo f. 160—162, in descriptis inde Mutinensi f. 208. 209, collegii

Romani f. 179. 180. Exempli Bernensis a me collati plenam varietatem rettuli sub nota *M*. Marcanova etsi accurate satis libellum exhibuit omnino depromptum ex autographo Kiriacano, tamen et traditam inscriptionem immutavit et notam extremam, quae in antiquo codice reperta est mutila, abiecit totam; nisi quod huius in adnotatione marginali, quam habet solus Bernensis, aliquod vestigium superesse adnotatio critica ostendit. — Post Marcanovam ex inscriptionum collectoribus quicumque Probum receperunt, ab illo eum sumpserunt: ita Felix Felicianus, qui eum posuit tam in libro Marciano Lat. X. 196 quam in inde descripto bibl. capit. Veronensis n. 269*; Petrus Sabinus cod. Marc. Lat. X. 195 f. 18; Peutingerus in codice bibliothecae municipalis Augustanae n. 526 f. 110. 111. Extant etiam codices quidam, in quibus Probus genuinus refertur ex recensione Marcanovana, sed solitarius neque inter inscriptiones collocatus; qualis est praeter Vat. Ottob. n. 874, quem non novi nisi ex brevi amici cuiusdam notitia, codex qui fuit Conradi Celtis († 1508), postea Sebastiani Tengnagel, nunc est bibliothecae Caesareae Vindobonensis n. 114 (n. 358 Endlich.). Cui libro cum primum ad Probum edendum accessi nimium tribui, libris melioribus destitutus tum et eo maxime deceptus, quod Probi genuini et ab recentis aetatis adiectionibus liberi eo tempore copia mihi nulla fuit nisi ex solo libro Vindobonensi. Iam vero postquam iustum codicum numerum excutere licuit, apparuit tam reliquos quos hoc capite enumeravi quam ipsum Vindobonensem pendere ex Marcanova; nam et inscriptionem libri habent non ex antiquitate traditam ‘iuris notarum’, sed ‘de notis antiquis’ et carent nota extrema mutila. Unde excepto Bernensi Marcanovae exemplo hoc genus universum abieci nec variam lectionem inde rettuli praeter perpauca notitiae causa retenta. — Multo magis suppressi quae ex Probo genuino recepta sunt in personatum alphabetico ordine digestum, de quo infra agetur; venerunt enim in eum per solum Marcanovam neque quidquam utilitatis habent ad lectionem constituendam. Solum adnotabo hoc loco apud posterioris aetatis inscriptionum collectores inde a Ferrarino raro reperiri Probum forma genuina, expulsum fictitio illo specie auctiore, re interpolato.

Einsidlensis laterculus (*E*), quem infra n. VII integrum edidimus, quae habet Probi aut redeuntia in eo qui superest commentario aut desumpta ex parte extrema hodie deperdita, suis quaeque locis ut par erat hoc capite exhibuimus.

De editionibus Probi genuini melius infra dicemus, ubi disputabimus de Pseudoprobo alphabetico in iis cum vero hoc fere confuso magis quam coniuncto. Propriam utilitatem habent nullam; quaedam tamen tam ex Accursiana quam ex Ernstiana in varia lectione attulimus.

* Felicianus transposuit libri Marciani folia, in quibus Probum descripserat, ita ut fierent 120—124 vere sic ordinanda: 121. 120. 123. 122. 124. In codice Veronensi, ubi Probus legitur in primis tribus foliis non numeratis quarto deperdito, recte ordinatis foliis hodie a bibliopega traiectis et quarti iam deficientis ratione habita transpositio adest eadem omnino, sed ita comparata, ut in hoc libro ei non medeare foliis eius aliter ordinatis. Quod adnotavi, quoniam vel inde constat, quod etiam ex aliis indiciis permultis deprehendi, Veronensem descriptum esse ex Marciano.

VALERII PROBI [DE IVRIS NOTARVM].

§ 1. Est etiam circa perscribendas vel paucioribus litteris notandas voces studium necessarium. quod partim pro voluntate cuiusque fit, partim pro usu publico et observatione communi. namque apud veteres cum usus notarum nullus esset, propter scribendi *diffi*cultatem, maxime in senatu qui scribendo aderant, ut celeriter dicta comprehenderent, quaedam verba atque nomina ex communi consensu primis litteris notabant et singulae litterae quid significarent, in promptu erat. quod *in* praenominibus legibus publicis pontificumque monumentis et in iuris civ*ilis* libris etiamnunc manet. ad quas notationes publicas accedit etiam studiosorum voluntas; set unusquisque familiares sibi notas pro voluntate *quas signarit*, comprehendere infinitum est. publicae sane tenendae, quae in monumentis plurimis et in historiarum libris sacrisque publicis reperiuntur, ut

§ 2.

1	P·	Publius
2	C·	Gaius
3	M·	Marcus
4	CN·	Gnaeus
5	Q·	Quintus
6	MV·	*Manius*
7	TI·	Tiberius
8	CL·	Claudius
9	SP·	Spurius
10	SEX·	Sextus
11	SER·	Servius
12	OP·	Opiter
13	A·V·C·	ab urbe condita
14	P·R·E·	post reges exactos
15	P·C·	patres conscripti
16	S·P·Q·R·	senatus populusque Romanus

1 Incipit ualerii probi de iuris notarum *A et omisso* de *C;* '*Valerii Probi notas iuris*' *descripsisse Kiriacum refert Olivierius;* Valerii probi iuris notarum liber *Vat.* 5326 Valerii Probi grammatici nobilissi (*sic*) de regulis iuris notarum *V et ita fere Accursius ms.* Valerius Probus de notis antiquarum litterarum *Accursius ed.* Valerius Probus de notis antiquis *M* M. Valerii Probi de notis antiquis opusculum *Celtes. Inscriptionem omisit Vallicell.* 2 est — 5 esset *habet E* praescribendas *M* 3 uocis *E* quo *E* cuiusque *om. E* parem *E* 4 uso *V* puplice *E* nanque *AV* nam quos *E* 5 *ante* propter *videtur excidisse* postea *vel* deinde scribendi facultatem *libri* 8 erant *CV* quod nō in *AM* quod non in *C* quod in *V.* nō *illud in textum venit ex margine. inter* praenominibus *et* legibus *inserendum* et, *nisi plura exciderunt* 9 uiris *M* ciuilibus *ACM* ciuilis *V alii* 10 et studiosorum *V* uoluntas et *ACM* uoluntas ut *margo A* ('c[orrige] ut') *V* iure etiam *ante* unusquisque *inserit Celtes* 11 uoluntate signaret quas comprehendere (conprehendere *C*) *libri* 12 que *A* plurimis *libri boni,* publicis *Celtes* 13 hystoriarum *A*

§ 2 *post* 1 L· Lucius *inserit Celtes* 2 G· *AMV* C· *C* 4 GN· gneus *libri* 6 MA· *libri* macunius *ACV* macuuius *M Maruc.* *post* 8 T· Titus *inserit Celtes cum Accursio Peutingeroque* 9. 10 *habet E* 12 *habet E, om. M Celtes* 14 *habet E* exactor *E* 16 *inde* P·Q·R· populusque romanus *E*

17 EQ·R· eques Romanus
18 V·R· urbs *Roma*
19 C·R· civis Romanus
20 COL· colo*niae* vel coloni
21 MVN· municipia vel municipes
22 N·L· nominis Latini
23 L·C· Latini colo*niari*
24 S·N·L· socii nominis Latini

et similia. secundum haec curiarum nomina, tribuum, comitiorum, sacerdotiorum, potestatum, magistratuum, praefecturarum, sacrorum, ludorum, rerum urbanarum, rerum militarium, collegiorum, decuriarum, fastorum, numerorum, mensurarum, [iuris civilis] et similium ceterorum notationes proprias habent.

§ 3. Litterae singulares in iure civili de legibus et plebiscitis.

1 P·I·R·P·Q·I·S·I·F·P·R·E·A·D·P· populum iure rogavit populusque iure *scivit* in foro pro rostris ex ante diem pridie
2 E·H·O·L·N·R· eius hac omnibus lege nihilum rogatur
3 S·R·L·R·I·C·Q·O·R·E· si *remps* lex *res* ius causaque omnium rerum esto
4 S·N·L· socii nominis Latini
5 L·P·C·R· Latini prisci cives Romani
7 M·E·M·D·D·E· munici*pibus* eius municipii dare damnas esto
8 C·E·C· colonis eius coloniae
9 Q·E·R·F·E·D· quod eius recte factum esse dicetur
10 L·I·D·A·C· lex Iulia de adulteriis cohercendis

18 urbs Romana *libri* 20 colone (coloniae *V*) uel coloni (columen *M*) *ACMV Marucell.* 21—24 *habet E* 21 M·N *E* uel municipes *E* uel municeps *reliqui* 23 colonarii *EAC* coloniarii *MV* colomiari *Maruc.* coloniari *Celtes* 24 sotii *AC* sociis *E s*

Claudae v. 1 secundum haec (hec *A*) *libri boni* etiam hic *Celtes* comitiarum *V* sacerdotum pontificum potestatum *Celtes* 2 magist^{r}atu^{u}m *A* magistratum *Marucell.* 3 fastorum (nomina) *num scripserit Probus dubito* 4 iuris ciuilis (nomina) *etiam minus admitti potest et videtur esse interpolatum ex iis quae sequuntur.*

§ 3. *inscr. addendum fuit praeterea* et senatus consultis 1 *inde* P·I·R populus iure iurabit *E* P·I·P·Q·[///RI[E *m.* 2]·S·I·F *V* populus *pro* populum *EC* rogauit *om. V* suscepit *pro* sciuit *libri* pride *A* pridem *V.* ante diem *et* pridie *ne coniunge, sed significatur ponendum esse vel hoc vel illud; desiderantur itaque* k. n. id., *nisi eiusmodi quid latet in* ex *vocabulo omnino corrupto.* 2 ^{h}ac *A* 3 *inde* S·R·L·R·R·I si rem lex sex ius; R·R·L·I rem rex lex ius; L·R·I lex rex iustus *E* R·I·C· *ACV m.* 1, R·E·C· *V m.*2 *Marucell.*, E·E·C· *M* si rem lex rex ius *repperit in archetypo E et ita Ernstius omnino ex coniectura*, si rem lex rex (res *V* ex *M*) eius *libri nostri* 5 ciues Romani *M* cines Romanorum *E* ciuis Romanus *ACV. ne separes in notationes duas, obstat cum* 2, 19 *tum quod compendium* C·R· *Probus referre non potuit inter notationes iuri civili proprias* 7 *habet E* M·E·N· *E* municipis *AC* municipes *E* municipiis *M* municeps *V Marucell.* 8 colonie *A* 9 *inde* R·F·E· recte factum (*sic*) ; F·E·D factum est diceñ *E: cf.* 5, 3. 19 10 *habet E* D·A·G· *E*

11 V·D·P·R·L·P· unde de plano recte legi possit
12 A·A·A·*F·F·* aere argento auro flando ferundo
13 I·N·Q·Q· iustis nuptiis quaesitos quaesitas
14 S·Q·S·S·E·Q·N·I·S·R·E·H·L·N·R· si quid sacri sancti est, quod non iure sit rogatum, eius hac lege nihil rogatur
15 V·P·R· veteri possessori redditum
16 V·A· veterano adsignatum
17 V·F· usus fructus
18 S·C· senatus consultum
19 P·S· plebi scitum
20 Q·D·E·R·F·P·D·E·R·V·I·C· *quid* de ea re fieri plac*eret*, de ea re universi ita censuerunt
21 Q·F·E· quod factum est
22 I·S·F· in senatu fuerunt
23 D·C·S· de consilii sententia
24 S·Q·M·D·E·R·A·P·P·V·L·O·E·COS·PR·TR·PL·Q·N·S·Q·E·V·A·P·P·V·F·*Q·S·N·T·COS·PR·TR·PL·Q·D·E·Q·E·V·A·P·P·V·F·* si quid mee de ea re ad populum ple*bemve lato* opus est, cos. praetores tribuni plebis qui nunc sunt, quod *eis* videbitur, ad populum ple*bemve* ferant; quod si non tulerint, *cos.* praetores tribuni plebis qui deinceps erunt, quod eis videbitur, ad populum plebemve ferant.
25 S·F·S· sine fraude sua

§ 4. In legis actionibus haec:

1 A·T·M·D·O· aio te mihi dare oportere
2 Q·N·T·S·Q·P· quando negas, te sacramento quingenario provoco
3 Q·N·*Q*·A·N·Q·N· quando neque ais neque negas
4 E·I·M·C·V· ex iure manu consertum vocavit

12 F·F *om. AC* feriundo *V ex emend.* fertundo *A* fertondo *M* ferrundo *C* 13 *habet E* I·N·Q·Q *EV* I·N·Q *ACM* quesitos *A* quaesitas *E* quesitus *ACM* quaesitus *V* 14 *inde* S·Q·S·S·E si quis sacri sancti est; Q·S·S·E quid sacris sanctis est; Q·N·I·S·R quod non iure sit rogatum *E* si quis sacro sancti *V* 15 *inde* P·R possessori redditam *E* v *et* veteri *om. M* uaeteri *A* relictum *pro* redditum *Marucell.* 16 *habet E* uaeterano *A* 18. 19 *continuant libri, etiam E* 19 plebis *EM* 20—23 *om. V* 20 *inde* Q·D·E·R quod ea re; D·E·R de ea re; V·I·C uniuersis ita consuerunt *E* Q·E·D·R quod ea dé re *AC* Q·D·E·R quod de (de *om. E*) ea re *EM* placere *libri* censuere *M* 21. 22 *continuant libri* 21 *om. C;* Q·F·T quod siccatum est *E* 22 *habet E* 23 *habet E* consilii *E* consiliis *AC* consulis *M* 24 *inde* PR·TR·PL praetores tribuni plebis *E* L *ante* O·E *om. M* CONS *M* P·L·F *pro* P·V·F *M* *post* V·F *quae sequuntur omittunt libri* mee *libri, nisi quod* meae *M* me *V* plebum ualeto opus est conspreto tribuni plebis q. n. s. q. eius u. ad p. plebis f. q. s. n. t. eos pretores — ferant *libri praeter V qui* plebemue lato opus est, consules praetores tribuni plebis q. n. s. q. eis u. ad p. plebemve ferant *reliquis omissis*

§ 4 actionibus *MV* sanctionibus *AC* 1 *inde* T·M·D·O te mihi dare oportere; M·D·O michi dare oportere *E* milia *pro* mihi *C* opportere *AM* 2 *inde* Q·N quando negas *E* quinquagenario *Accursius* 3 Q·NQ·A·NQ·N *M* Q·N·A·NQ·N *AC* Q·N·A·N·N (*ultima littera postea adiecta*) *V* agis *A solus* 4 *inde* M·C·V manum consertũm uocauit *E* uocarit *V*

5 S·N·S·Q· si negat, sacramento quaerito
6 S·S·C·S·D·E·T·V· secundum suam causam sicut dixi ecce tibi vindicta
7 Q·I·I·T·C·P·A·F·A· quando in iure te conspicio, postulo anne far auctor
8 T·PR·I·A·V·P·V·D· te *praetor* iudicem arbitrumve postulo uti des
9 I·D·T·S·P· in diem tertium sive perendinum
10 A·L·A· arbitrum liti aestimandae
11 Q·B·F· quare bonum factum

§ 5. In edictis perpetuis haec:

1 I·D·P·E· iure dicundo praeerit
2 I·D·C· iuris dicundi causa
3 Q·R·F·E·V· quod recte factum esse videbitur
4 V·B·A· viri boni arbitratu
5 D·M·F·V·C· dolo malo fraudisve causa
6 I·D· iudicium dabo
7 I·D· iuris dictio
8 Q·E·R·E·T·P·I·R·D· T·Q·P·D·T·D·D·P·F· quanti ea res erit, tantae pecuniae iudicium recuperatorium dabo testibusque publice dumtaxat decem denuntiandi potestatem faci*am*
9 Q·S·S·S· quae supra scripta sunt
10 I·C·E·V· iusta causa esse videbitur
11 N·K·C· non calumniae causa
12 C·C· consilium cepit vel causa cognita
13 F·C· fraudare creditores vel fiduciae causa vel fidei commissum
14 P·C· patres conscripti vel pactum conventum vel pecunia constituta

5 *habet E* Q·S quaerito sacramento *V* 6 *habet E bipertitam* causa *E* sicuti *M* dixisti ecce ibi *E* 7 *inde* Q·I·I·T·C quando in iura et rex conspicis *E* quanto *A* anne far auctor *ACM* anne fas auctor *Marucell. Monac.* anne fiat auctor *V* an fias author *Accursius.* anne *post postulandi vocabulum neque a grammaticis satis potest defendi neque una littera notandum fuit, sed duabus.* 8 *inde* T·P·R·I·A tē pr̄ cor iudicem arbitrus; P·R·I·A p̄t̄ iudicem arbitrum *E* *sic scripsi ad E;* T·PR·I temptor iudicem *AC* T·I temptor iudicem *V* T·I tentor iudicem *M* ut *V* 9 *habet E* die tercio *E* perendimium *M* perhendinus *E* 10 A·L·A *A, ubi in margine est:* c(orrige)E, *et Vallicell.* A·L·E *CM* A·L·Æ (Æ *in litura*) *V* arbitrium *C* extimande *libri boni* extimant *V* existimande *Vallicell.* 11 *habet E* quare *EV Vallicell.* quere *A* quaere *CM*

§ 5. 1 I·D·P·F *C* iure *M*, *recte omnino* iuri *reliqui* 2 *habet E* dicendi *E* 3 *habet E; cf.* 3, 9 tractatum *E*, *cum nota sit* F 4 *habet E* uir *E* 6. 7 *continuant libri, etiam E* 8 *inde* Q·E·R·E quanti ea res erit; T·P tanta prouincia; D·P·F denuntiandi potestas facit *E* R *ante* D·T *om. V* eris tante pecunie *A* que *om. V* D decem *om. Celtes* denunciandi *A* facit *EAVM* fiat *C* 9 *habet et integram et inde* S·S scripte sunt *E* que *A* 10 *habet E* uidetur *E* 11 *habet et integram et inde* K·C kalumpniae causa *E* N·R·C (*in margine* N·K·C) *M* calumnie *A* 12 caepit *C* coepit *M* causa commissa *V* 13 *om. V; inde* F·C fraudare creditores; E·C fiduciae causa *E* fiducie *A* 14 *inde* P·C paecunia constituta *E* patres conscripti vel *om. M* *post* 14 TR·PL· tribunus plebis *inserit Vallicell.*

15 C·V· centum virum vel clarissimi viri
16 S·T·A· sine tutoris auctoritate
17 T·A· tutore auctore
18 F·E·D· factum esse dicetur
19 H·S· haec sic vel hora secunda
20 Q·A·M· quem ad modum
21 Q·M· quo modo vel quo magis
22 P·P·L·V· pro prae*de* litis vindic*iarum*
23 I·S· iudicium solvi
24 B·E·E·P·P·V·Q·*I*· bona ex e[*dicto* possideri proscribi venirique iubebo].

EX PROBI COMMENTARIO EXTREMO

SERVATA IN COD. EINSIDLENSI N. CCCXXVI.

1 I·E· iudex esto
2 R·S· reciperatores sunt*o*
3 E·R·A· ea res agitur
4 Q·D·R·A· qua de re agitur
5 N·N· Numerius Negidius
6 O·E·R· ob eam rem
7 O·O· oportet oportebit
8 O·*e*·F·B· oportebit *e* fide bona
9 M·A·E· melius aequius erit
10 S·*d*·E·R·Q·*d*·A· si de ea re qua de agitur
11 S·P· *si* parret
12 S·N·P·A· si non parr*et* absolvito
13 T·M·D·F·O· te mihi dare facere oportere
14 D·M·F· dolo malo fecisti
15 D·V·M·T· dol*ove* malo tuo
16 D·V·M· dol*ove* malo
17 M·T·F·E· malo tuo factum est
18 N·R· non restituetur
19 O·C· op*e* consilio
20 V·R· urbis Romae
21 R·R·E·P· Romae rec*te* experiri possit
22 M·C·F· municipii fores
23 D·D· decreto decurionum
24 M·P·D· maiorem partem diei
25 P·P·D· pro parte dimidia
26 S·S·S· supra scripti sunt
27 Q·I·S·S· quae infra scripta sunt

15 centumuiri *V* 16 *habet E* sine tutoris ā auctoritate *E* 17 *habet E* tutorem auctorem *E* 18 *cf.* 3, 9 dixit *C* 19 hec *A* hos *V* sit *V* 20 *habet E* Q·N·M *E* Q·A *MV* 21 *habet E* 22 P·P·L·V·P·P·T *E* pro predi litis uindicarium *AC* pro praedi litis uindiciarium *M* pro pre litis uindicarium *Marucell.* prope delicius uindicarium *E* pro predii litis uendicatum *Celtes* pro predicte litis uindiciarum *Monac.* pro praedicto litis uindictiarum vel iuditiorum *Vallicell.* pro praedictae litis induciis *V* 23 *habet E* soluit *E* *post v.* 23 C·E·D (D *postea adiecta*) conuinctum esse dicetur *et manu posteriore* M·F·P malae fidei possessor *add. M* 24 *inde opinor* P·P possideri proscribi; V·Q·I uenirique iubebo *E* B·E·E·P·P·V·Q·P·P bona ex e *A et Marucell.* bona ex c *Monac.* bonaꝛ e *C* bona ex edicto *V addens* '*quod repertum est*' bona edicto *Vallicell.*; *omittunt totam adnotationem Marcanova* (*nisi quod in Bernensi libro in supplementis post* § 5, 12 *insertis adest hinc petita notatio* B·E·R bona ex re), *Vat.* 5326, *Accursius tam ms. quam ed.*

2 sunt *cod.* 8 O·E·F·B *et* et fide *cod.* 10 S·O·E·R·Q·O·A *cod.* *Pertinuit fortasse ad exceptionem* 11 sine *cod.* 12 parre *cod.* 15 uel *cod.* 16 uel male *cod.* 18 *cf. Gai.* 4, 47: *n(isi) r(estituat)* 19 ore concilio *cod.* *cf. Gai.* 4, 37 21 recee *cod.* 22 *scr. fortasse* m(unicipio) c(olonia) f(oro) *ex nota legis Rubriae formula*

28 L·E· lege egisse
29 L·A·E· lege actum est
30 R·R· recte recipitur
31 M·M·P· manu mancipio potestate
32 E·I·Q· ex iure Quiritum
33 P·D·E· possessio data est
34 S·*l*·P·H·A· secundum *legem* publicam hoc aere
35 H·B·V·P· heres bonorumve possessor
36 M·H·E· mihi heres erit
37 H·Q·M· heredemque meum
38 E·H·E· exheres est*o*
39 V·V·C· volo vos curare
40 *s*·*p*·S·Q·H· sine praesu*m*ere sibique habere
41 P·S·T· Q·H· praecipito sumito tibique habeto
42 T·Q·H· tibique habeto
43 O·O·O·T· omnia ornamenta, omnia texta
44 V·M·M· veste*m*, mund*um* muliebrem
45 T·T·A· A·A· tegulas testas aurum argentum aes
46 F·T·C· familiam testamenti causa
47 T·C· testamenti causa
48 L·C· libertatis causa
49 M·C·M·*m*· mortis causa manu missa
50 V·R·C· vindicta recte neempet
51 S·Q·M·M· M·M·M· si quis manu *missus* manu missa moritur
52 D·D·D·M· deinde deperit deminutum
53 H·COG· herede cognitore
54 D·M·O· donum munus operas
55 O·D·M· operas donum munus
56 Q·P·*n*· M·C· quod pondere numero mensura continetur
57 F·P·P·R· forma publica populi Romani
58 R·R·P· rebus recte praestari
59 F·P· fidei promissor
60 P·A· pluviae arcendae
61 F·E· familiae erciscundae
62 F·R· finibus reg*und*is
63 V·F·I· vadimonium fieri iubere
64 N·C·N·P· nec clam nec precari*o*
65 V·F·V· vim fieri veto
66 F·C·L· fraudationis causa latitat
67 P·P·V· pup*illus* pupillave
68 R·P·C·S· D·M· re*i* publicae causa se *dolo* malo
69 V·I·I· *vid*ebitur in integrum
70 R·A·Q·E· I·E· restitu*as* ante quam ex iure exeas
71 EX·C· ex consuetudine
72 O·A·Q· omnes ad quos
73 O·F· fenestrae
74 Q·M·E· quem mea est
75 R·N· rerum novarum
76 S·N·P·Q· A·Đ· si non plus quam magnus
77 S·P·M· Sext*i* Pedii medivani

28 legem *cod.* 34 L *et* legem *addidi ex Gai.* 2, 104. *verba sunt familiae emptoris* 38 est *cod.* 40 S·N·P·M·S·R·S (*voluit opinor* P·S·M·R) S·Q·H *cod.*, *ad serioris aetatis consuetudinem notatione explicata* praesummere *cod. vide Gai.* 2, 209 44 ueste munda *cod.* 49 M·C·M *cod.* 50 *fortasse scr.* [cui ex testamento libertas] uindicta recte competet 51 manunumisit *cod. principium est edicti de bonis libertorum* 52 *pro* D·D·D·M *scr.* D·D·D *et sic fere supple:* [si quid] deinde deperiit deminutum[ve erit] *coll. verbis senatusconsulti in Dig.* 5, 3, 20, 6: *si eae ante petitam hereditatem deperissent deminutaeve fuissent* 55 opera *cod.* 56 Q·P·M·M·C *cod.* 58 *cf. Dig.* 6, 1, 19. 50, 16, 71 62 regnandis *cod.* 64 praecari *cod.* 67 puplius *cod.* 68 res puplice causa se damno malo *cod.* 69 uindebitur *cod.* 70 restitutus *cod.* 76 *pertinet fortasse ad sacramentum assium quingentorum, quo certabatur de rebus mille aeris plurisve* 77 sextii *cod. si intellegitur Sex. Pedius iureconsultus, certe quominus hic a Probo recte citari potuerit quae de Pedii aetate accepimus non impediunt*

II.

NOTAE LVGDVNENSES.

In codice saeculi VIII antea apud Krohnium, nunc Lugduni Batavorum in bibliotheca publica XVIII. 67F (catal. Geeliani p. 156 n. 496) post glossarium Latinum non optimum legitur f. 148 r.—149 sub titulo '*incipiunt glose iure*' laterculus is quem infra repraesentavimus. Exhibentur in eo non quidem notae illae doctae et cum plena iuris Romani scientia intime coniunctae, quas offendimus tam apud Probum quam in libris Gaii et de iure fisci laciniisque Ulpiani Vindobonensibus, sed labentis prudentiae, qualis obtinuit saeculis fere quinto et sexto eaeque ipsae, quibus usi sunt corporis iuris, cuius reliquiae sub nomine fragmentorum Vaticanorum circumferuntur, conditor Ulpianique regularum epitomator. Sane qui notarum elenchum, quem ex Vaticano libro excerpsi (p. 385—388 ed. mai.), cum Lugdunensi laterculo componet, reperiet simillimos esse, nisi quod copiosior hic est utpote excerptus ex corpore ampliore. Versatur item in iure magis quam in legibus; notas enim quae pertineant ad constitutiones non reperi nisi quinque has: *inlustris auctoritas tua*, *auctoritas tua*, *gravitas*, *karissime*, *post consulatum*. Christiana autem et omnino barbara plane absunt a Lugdunensi neque ullus ex iuris notarum laterculis alphabetico ordine digestis hunc vincit puritate. Repraesentavi simpliciter prout legitur in codice adiectis in margine vel intra uncos quadratos emendationibus si quae necessariae esse videbantur.

INCIPIVNT GLOSE IVRE.

1	A͡P·	apud	9	A͡BT	annua bima trima
2	ARG͡T·	argentum	10	A͡T·	auctoritas tua
3	A͡U· A͡T· Ã·	autem			
4	A͡A	aes alienum	1	B͡F·	bonae fidei
5	A͡S·	aerrarium Saturni	2	B͡F·	beneficium
6	A͡S·	alia sententia[1]	3	B͡R·	bonorum
7	AP͡P·	appellatum	4	B͡P·	bonorum possessio
8	A͡TI·[2]	actio	5	B̃'	bus

1 *Imo* Aelia Sentia; *vide infra L* 6 *et Gaianum ind. sigl. s. v.* 2 *Imo* A°, *ut infra* C͡ *librarius corrupit in* C͡TI

6 b̃· bona
7 b̃ƒd bona fide
8 b̃c̃· bonorum cuntur [*scr.* curator]
9 b̃ū· bona vantia [*scr.* vacantia]
10 b̃· ber
11 b̃o· bonorum

1 c· cum
2 ⁊· contra
3 c̃ causa
4 c̃c causa cognita
5 c̃ʀ civis romanus
6 ꝯ· con
7 c̓· contra
8 clū· clarissimus vir
9 c̃tı· cautio [1]
10 cuı᾽ cuius

1 d divus
2 dd deinde
3 d̃t· dumtaxat
4 d̃o· dare oportet
5 d̃m· dolus malus
6 d̃d· deinde
7 d̃ç· dicis gratia
8 d dem
9 d̃mo· domus munus opera [2]
10 defc̃to defructus [*scr.* defunctus]
11 dꝛ̃· dum
12 d dam

1 e∤ existimant
2 ⅋ denarius
3 ∤ existimat
4 e∤ existimatio
5 e᾽ eius
6 e̅t̃· etiam
7 e̅m̃· enim
8 e᾽d᾽ eiusdem

9 ẽ est
10 e̅ç· ergo
11 e̅e̅· esse
12 e̅d̃· edictum
13 edo̅· edicto
14 exo̅· exceptio
15 exc̃dm [3]

1 f̃f̃· filius familias
2 f̃he familias herciscunde
3 fūt· fuerit
4 fus̃· fusfia (*sic*)
5 f̃c̃· fideiconmissis
6 fı̃ut fuerit [*scr.* fūıt]
7 f̃t̃· factum
8 f̃c̃· fiducia
9 f̃ı̃· fide iussor
10 fo̅ forte

1 g̃ gratia
2 g̃ʀ gradum
3 g̃ı̃ ga ius (*sic*)
4 g̃t̃· gravitas

1 h̃ habe
2 h̃ heredi
3 hr̃· heres
4 hūı̃· huius
5 hr̃ı̃· heres intructus [*scr.* institutus]
6 hd̃ heredem
7 hc̃ haec
8 hs̃ heres
9 hū· hunc
10 h̃᾽· hoc
11 huı̃c· huiusmodi [*scr.* huı̃m·]

1 ı̃ institutus
2 ı̃ in

1 *cf. p.* 277 *n.* 2 2 *scr.* donum munus operas; *cf. Probus Eins. n.* 54
3 *excidit interpretatio* exceptio doli mali.

3 ⸗ inter
4 ıū [*scr.* ī·c̃·] ius civile
5 ꝭ ius liberorum
6 ı̄ç· igitur
7 ıū̄q̄· ius Quiritum
8 ım̄p̄· imperator
9 ı̄d̄· id est
10 ı̄ı̄ʀₒ in integrum restitutio
11 ı̄ð iuris dictio
12 ı̄t̄ item
13 ⸗ım interim
14 ⸗ea interea
15 ı̄ı̄ in integrum
16 ꝭ inlustris
17 ꝭçaū inlustris autoritas tua [*scr.* ꝭ·au̇c̄·t̄·]
18 ıuða iudicia
19 ı̄ı̄ ius iurandum

1 kᵐ̃ kapsce [*scr.* kapite] minutus
2 kð kapitis deminutio
3 k̄ karissime

1 leç̃· legem
2 l lex
3 lc̃· licet
4 l· (*sic*) lex Iulia
5 l·pa p̄· lex Papia
6 la s̄ lex alia sentencia[1]
7 lt̄p̄ longi temporis praescriptio
8 l· lum

1 m' mus
2 mc̃ mortis causa
3 m̃m̃ matrimonium
4 m̃m̃ manu missus
5 m̄ç̃ magis
6 m̃m̃ₒ matrimonium
7 m̄ç̃ magnus
8 m̄p̄ mancipatio
9 m̃m̃ matrimonium
10 m̃c̃ð mortis causa donatio
11 m̃f̃p̃ male fidei possessior [*scr.* possessio *vel* possessor]
12 m̄o modo
13 m̄t̄· mentum
14 m̃· men
15 mı̄· mihi

1 ℵ nam
2 no m̄· nomen
3 ñ· non
4 n̊· nunc
5 n' nec
6 nm̄ı̄ nominum
7 nq̄· neque
8 ℵq̄· namque
9 ñq· numquam
10 ℵ nihil
11 ℵ nisi
12 n̊ nostrae
13 ℵ enim
14 ℵm̃· nihil minus
15 ℵom̃· nihil omnino[2]
16 nob̄· nobis
17 n' nem
18 ññ· Numerius digidius [*scr.* Nigidius]
19 n̊ noster
20 n̊· nisi
21 n̊· nostrae
22 n̊· nostra
23 nçt̄ıı·· negotii
24 nça· negotia

1 õ· oportet
2 om̄b̄ omnibus
3 om̃ omnem
4 õ oportuit

1 ꝑ per
2 ℘ pro

1 *scr.* lex Aelia Sentia; *cf. A* 6 2 *malim* nihilo minus

3	p͡f	pater familias
4	p͡c	postucolatu [*scr.* post consulatum]
5	pA͡p·	Papia
6	ṕ·	pri
7	p̃·	pu (*sic*)
8	p̃c̃	patres conscripti
9	p͡f	praefectus
10	p͡r	praetor vel populi (*sic*) Romanus
11	pp	propter
12	p̃	prae
13	ṗ	potest
14	po͡p;	populus
15	pu͡p·	pupillus
16	pl̃s	plebscitam (*sic*)
17	pr͡u	praetor urbanus
18	pr͡p'	praetor peregrinus
19	p͡rp̃t·	(*sic*) praetor tulelaris (*sic*)
20	p͡rf̃c̃·	praetor fidei commissarum (*sic*)
21	p'	post
22	pe͡c·	pecuniam
1	q́	qui
2	qꝰ	quod
3	qꝛ	quia
4	qꝑ	quam
5	q̃	quae
6	q̃q̃	quoque
7	qꝑq	quamq
8	q̃q̃	quoq
9	q͡u	quamvis
10	q͡d	quidem
11	q̊	qua
12	q͡q	quoque
13	q̃	quen
14	qꝑ	quan
15	q͡s	qusi (*sic*)
16	qA͡m	quem ad modum
17	qº	quo
18	qñ	quoniam
19	q͡b	quibus
20	qꝰ	questio
21	q͡r	quare
1	ꝛ	res
2	ꝛt̃	rescriptum
3	r͡p	res puplica
4	r͡r	rursum
5	r̃	roma
6	r·	rem
7	r͡r	rerum
8	ꝛ	rum
9	r͡b	rebus
10	ꝛ́	rint
11	r͡p	res puplica
12	ꝛ́	runt
13	r	ratio
1	s	sentencia
2	s'	set
3	s̃·	sunt
4	sc̃·	senatus consultus
5	s͡d	secundum
6	st̃a	sine tutoris auctoritate
7	s͡u	sive
8	ss	[1]
9	ꝝs	secundum
10	ṡ	sint
11	s͡n	sine
12	s͡ol	solum
13	ꝛ	secundum
14	sl̃	scilicet
15	s	secundum
1	s t̃ (*sic*)	titulum
2	t̃t̃	tantum
3	tut̃	tutor
4	tot̃ [*scr.* t̊t̃]	testamento
5	t̊t̃	testamentum
6	ta͡b	tabule

1 *excidit interpretatio,* supra scriptus *opinor*

7	T͡Ⅾ	tamen	1	UC̃	vir clarissimus
8	T'	tur	2	Ũ	vel
9	TT́	testamenti	3	U͡U	veluti
10	T́	testamento	4	ŨÇ	verbi gratia
11	T́	tunc	5	URŨ	virgo Vestalis
12	TÃ	tutoris auctoritas	6	U͡BA	verba
13	T	ter	7	U͡C	usus capio
14	TB̃·	tibi	8	Ů	vero
15	T	trans	9	Ũ	verum
16	T'·	tuum	10	Ũ	ver
17	T̃	tem	11	Ũ	ven

III.

NOTAE EX COD. REGINAE.

Laterculo notarum secundo ex tribus, qui extant in codicibus Vaticanis Reginae n. 1128 et 1462, praeterea infra (n. VI) tractando inserta inveniuntur fragmenta laterculi originis diversae, quae hoc loco exhibuimus sic ut habentur in libro Reginae 1128. Litteris maioribus quae expressimus, coniuncta leguntur in fine litterarum D·E·F·I·K·L·N·O·P·Q·T, item a capite litterae V et ita collocata seorsum, ut de diversa origine dubitari non possit. Contra quae dedimus minoribus, in seriem laterculi alterius recepta sunt nec de his certum est, num ex hoc laterculo veniant an ex laterculi eius, quem praeter hunc scriba adhibuit, aliis exemplis casu exciderint an denique ex interpolatione librarii accesserint; unde haec dedimus tam in hoc capite quam in sexto et utroque loco a reliquis distincta. Quae ex laterculo illo constat proficisci, aetatem bonam prae se ferunt eam fere, cuius est laterculus Lugdunensis: abstinent a Christianis (unica enim nota *exemplum psalmorum* omnino a librario aliquo posteriore adiecta est) et multo magis in iure versantur quam in legibus.

1 AU Augusto

2 AD̃P adoptivo

3 AM̃·N amicus noster

1 B·F bonum factum

1 CŌM̃I comite

2 CONS̃ consules

1 D̃NA domina

2 D̃M domino

3 D̃N· domno

4 D·L· do leo [*scr.* lego]

5 D̃C̃T decretum

6 DIG̃ M· dignus memoriae

7 DIL dilectissimus

8 D· dum

9 D dam

10 D̃D F̃F̃ divi fratres

11 DF̃Ō dare facere oportet

12 DSCAM̃ diverse scole auctores

13 D'M· divus Marcus

14 D·M· dolo malo

15 D̃Q· denique

16 D·P dimediam partem

17 DM· decemanus maximus

1 EĨ· eius

2 EG· egerunt

3 ED edictum

4 ẼC· et cetera

5 ER̃· et reliqua

6 EXP̃ exemplum

7 exp̃ep̃ exemplum epistole
8 ex·p̃sl· exemplum psalmorum
9 ex·co· excepto
10 eȡd̃· eiusdem
11 eñ· enim
12 eꝉmac· exestimat

1 f·c func
2 f̃u fuit
3 f̃e· factum est
4 fũnt fuerunt
5 fm· forma
6 fam̃· familiae emptor
7 fol̃· folles
8 f̃e· familia//erciscunde

1 çau gravitas vestra

1 hb̃ heredibus
2 hr̃ heredis
3 hc̃ hoc

1 ix· iudex esto
2 im̃p· imperator
3 imp̃p imperatores
4 im̃pc̃s imperator Caesar
5 im̃pc̃s·a· imperator Caesar Augustus
6 i·i· in integrum
7 ig̃· igitur
8 id̃· idem
9 iu̇· iure
10 iur· iuris
11 iud̃· iudicium
12 iud·p iudicium potest
13 i·tutusb institutus heres

1 kn· karissimi nobis
2 k' kaput
3 kk· kalumnii causa
4 kap̃· kaput
5 kd̃' kapitis diminutio
6 ḱ kapitis muniti [*scr.* minutio]
7 kar·a· karissimi augustorum

1 lic licet
2 l·t·po· longi tempore praescriptio
3 lib̃ liber
4 libã· libera
5 l·b·tis libertatis
6 l·b̃tat̃· libertatem
7 laud laudem

1 ḿ modius
2 w mulier
3 maĩ· maior
4 m̃ mer
5 m̃ man

1 np̃b nobiles imperatoribus [*imo* nobilissimus puer] [*imo* nbp]
2 ñç· negotiator
3 nob̃ c̃s· nobilissimi Caesaris
4 ñ nem

1 om̃b· omnibus
2 om̃a· omnia
3 omñ· omnino

1 p· pupilla
2 p̃k praeclara
3 p̲ pra
4 p̃c post consolatum
5 poĩ praepositi
6 plt̃ placuit
7 p̃s praeses
8 puae· provintiae
9 p̃po praefectus praeturio
10 p)s· proconsul
11 puãe provintiae
12 p'sio possessio
13 p'sion̄· possessionem
14 p'sion̄ẽs possessiones
15 p·l·m· plus mius [*sic*]
16 p·p· pater patriae
17 p·p·n· pater patriae nominatus
18 p̃p perpetuus

19 p̃ʀɛa praeterea
20 p̃o populo
21 pf̃p̃· praefecto praeturii

1 q·ʀ· quoram [*sic*]
2 q̃n quoniam
3 q̃t· quotiens
4 qtq· quotienscumque
5 q̃d· quidem
6 q·am̃ quem ad modum
7 q̊m̃· quominus
8 qdʀ̃a· qua dare agite [*scr.* qua de re agitur]
9 qq quamquam
10 qq̄ quoque

1 s̃n sine
2 s̊ sint

1 tt testamento
2 t̃m̃· tamen
3 t·ʀ̃m̃· terminus
4 tab̃ tabulas
5 tʀ tres
6 t a Titus Augustus

1 uc̃· verbi gratia
2 u·f̃· usufructus
3 uc̃o usucapio
4 u·f̃· vir fortis
5 uic̃· victores
6 ū verum

IIII.

MAGNONIS LATERCVLVS ALTER.

V.

NOTAE LINDENBROGIANAE.

Iacobus Cuiacius in editione codicis Theodosiani aliarumque iuris anteiustiniani reliquiarum ea quae prodiit Lugduni 1566 in foliis extremis non numeratis notarum laterculum proposuit inscriptum ‘*Notae iuris a Magnone collectae*’. In quonam eum libro scripto invenerit non indicavit nec post illud tempus quisquam incidit in codicem opusculi huius vel eundem, ad quem expressa est editio princeps, vel alium; nam quae mutata adiectave sunt in Cuiaciana altera Parisina a. 1586, non ex eiusdem laterculi exemplo diverso venerunt, sed ex interpolatione,* reliquae autem editiones Gothofrediana (p. 1481—1496), Lindenbrogiana (p. 58—91), Putschiana (p. 1541—1579) pendent omnes ex alterutra Cuiaciana. Necessario igitur standum est principe editione a. 1566, quamquam valde verendum est in hac quoque Cuiacium pro eius saeculi consuetudine aliqua docte magis constituisse quam fideliter exhibuisse. — De auctore et aetate libelli constat ex disticho praescripto:

Haec iuris σημεῖα libens rex accipe Carle,
offert devotus quae tibi Magno tuus.

Carolus est magnus, Magno archiepiscopus Senonensis a. 801—818 (cf. *hist. littéraire de la France* 4, 426. 427); compilatus igitur est libellus saeculo octavo exeunte vel incipiente nono neque abhorret omnino a reflorescentibus ea aetate antiquarum litterarum studiis. Composuit autem eum Magno ex duobus antiquioribus, quorum alter hodieque superest editus infra n. VI sub titulo notarum Vaticanarum, alterius vero notitia ad nos non pervenit nisi per Magnonem isque hoc loco exhibetur solus, notationibus quas ex Vaticano laterculo Magno petiit indicatis tantummodo numeris iis sub quibus infra eduntur, ubi item si qua est Magnonis varia lectio reperitur adscripta. Quae separatio eo magis utilis et quodammodo necessaria visa est, quod laterculi duo vehementer sunt diversi, scilicet Vaticanus qui superest pessimus et plane barbarus, alter vero satis bonus et aetatis etsi infimae, tamen

* Exempli causa in notatione *I·D* pro interpretatione *in domino* substituta est altera *iuris dictio;* in *H·V* et *S·F* retentis interpretationibus Magnonianis adiectae sunt hae *his verbis* et *sine fraude;* accesserunt in fine litterae A *A·A·V alter ambove, AD·AM adque amantissime, A·V·P'S agens vice proconsulis.* Ab his similibusque diligenter cavendum est; transierunt enim in editiones Magnonis maxime pervulgatas, cum non sint eius, sed ex Lindenbrogiano laterculo desumptae vel adeo a Cuiacio excogitatae.

Romanae; neque in summa re separatio dubitationem admittit, cum in singulis litteris laterculum utrumque Magno non confuderit fere, sed simpliciter composuerit, modo a Vaticano incipiens, modo procedens ordine inverso. Paucae tantum extant apud eum notationes, quae cum ordini Vaticano insertae sint neque apud Vaticanum reperiantur, dubitari potest, utrum veniant ex exemplo libelli Vaticani iis quae habemus pleniore an desumptae sint ex altero laterculo et casu consiliove loco motae. Nisi quod ibi, ubi duae interpretationes proferuntur, quarum altera tantummodo convenit ei in quo legitur ordini, alteram ex altero ordine translatam esse apparet; exempli causa cum legatur in ordine Vaticano *EG eger vel ergo*, Vaticanus autem non habeat nisi *EG eger*, fuerit necesse est in altero *EG ergo*. E contrario quae notationes apud Magnonem reperiuntur non in Vaticano ordine, cum adsint in Vaticano, de iis similiter dubium est, utrum eas Magno repererit in utroque laterculo ideoque in Vaticano describendo praeterierit, an certo aliquo consilio vel denique casu collocarit loco non suo. Quae cum ita sint, editionem hanc ita ordinavimus, ut facile inde intellegas, quasnam notationes non sine causa suspicere non ex puro hoc, sed ex turbido Vaticani fonte derivatas esse. — Iam quod attinet ad huiusce laterculi naturam et aetatem, apparet complura ibi adesse ex intimis iuris penetralibus petita nec praeterea reperienda nisi apud ipsum Probum, ut sunt exempli causa notae *Prisci Latini, ope consilio, praecipito sumito tibique habeto:* quibus addi poterunt vetustorum sacerdotiorum notationes *sacris faciundis, flamen Dialis, flamen Quirinalis* et mira illa nescio cuius *D. Iunii Silani* commemoratio. Verum tamen notationes Magnonianae non ut Lugdunenses in iure maxime versantur, sed multo magis accommodatae sunt ad leges et constitutiones. Nam ad legum inscriptiones pertinent cum imperatorum nomina *Hadrianus Gordianus Claudius Diocletianus Constantinus Iulianus Gratianus Honorius*, quibus accedunt *DD·NN = domini nostri* et *iidem Augusti;* tum eorum potissimum quibus rescripserunt imperatores nomina *Antonius Aurelius Flavianus* vel potius *Flavius:* item magistratus non raro tertio casu concepti, ut sunt *consulari, correctori, annonae praefecto, comes Orientis, comes sacrarum largitionum, comes domesticorum, comes rei privatae, comes rerum nitentium:* et provinciarum concepta casu fere secundo, ut sunt *Africae Asiae Achaiae Apuliae Campania Corsica Calabria:* ubi praeterea notandum est eiusmodi notationes non reperiri fere nisi in tribus primis litteris. Subscriptionum autem notae sunt *data emissa antelata, apud praefectum praetorio, apud praefectum urbi, et manu divina, Datiano* (consule a. 358), quibus accedit ex gestis petita notatio *dictum decies:* item urbium nomina, ut est *Aquileia.* Ad ipsas denique leges pertinent formulae quales sunt *illustris magnificentia tua, illustris sublimitas tua, gravitas tua, excellentia tua, experientia tua, auctoritas tua, ad potestatem tuam, parens karissime, cuius de ea re notio est* (cf. Vat. fr. § 313), *amputata* et pleraeque aliae. Christiana autem reperi nulla nisi fortasse *DS deus*, nec barbarae aetatis ulla certa indicia; nam *in susum* non deterius est quam quo usus est Vegetius *in ante* vocabulum et quod beneficia aliquoties commemorantur (*beneficium, beneficio, de beneficio, beneficii loco, beneficium dedit*) est quidem memorabile, sed accedit ad documenta ea, quibus evincitur et institutum et ipsum vocabulum a Romanis repetendum esse (cf. Waitz *deutsche Verfassungsgeschichte* 2, 196). — Quarto saeculo posteriorem esse laterculum cum vel solum Honorii nomen ostendat, ad aetatem etiam inferiorem ducit qui ibi est comes rerum nitentium, cum eas res curarit Constantiana aetate centurio (Amm. Marc. 16, 6, 2), sub Honorio tribunus (Not. occ. c. 4 ibique Böcking) neque comitis nomen magistratui illi concessum esse videatur nisi ab ultimis Occidentis imperatoribus vel adeo a regibus Gothorum. Itaque laterculum a Magnone excerptum probabiliter attribuemus saeculo quinto. Originis videtur esse aut urbanae aut Africanae;

nam cum comitem rerum nitentium sub praefecto urbis constitutum non facile commemorarit nisi homo urbanus, *flamen perpetuus* certe Africanus est nec sine causa fortasse primum locum inter provincias in littera A recensitas obtinet Africa.

66 ANftR· amphiteatrum
67 AS·tt· a supra tecto
68 Ac·MR· Ancus Martius
69 ARR·St· aerario Saturni
70 Ap·clN· ad pedes colunnae
71 AfbR ad fossabaurum
72 A· anima
73 AtR·t·p· ad turrem Tarpeiam

[1] *Marcanova in Bernensi adnotat alterius quod habuit exempli non convenire ordinem; variam lectionem inde ad notas non protulit*

74 ᴀp·xii· ad pedes duodecim

1 ᵬ·A· bonus amabilis
2 ᵬ·f· bona fides
3 ᵬs· bona sua
4 ᵬ·ɛm· bonorum emptores
5 ᵬ·pc· bona pecunia
6 ᵬA·[AR·] bona aurea
7 ᵬ·m·bic·[ɛ·] bona memoria hic est
8 ᵬ·mn· bona munera
9 ᵬrɛccr· barsocie raro
10 *ᵬ· Balbus vel bone
11 *ᵬ·m bene merentes
12 ᵬ·m[r·c·] bene mereat cibum
13 *ᵬ·mᵬ·sɛ· bene merentibus serva
14 *ᵬm·f· bene merentibus fecit

B. f. 173 v.

15 *ᵬfc beneficium
16 *ᵬ· bonus
17 *ᵬᵬ· bonorum
18 ᵬmᵬst·b· bene merentibus servatur hic
19 *ᵬo·ɛ· bonorum emptor
20 *ᵬ·u· bonorum venditor
21 *ᵬ·b· bonorum heredes
22 *ᵬ·bts· bonorum hereditas
23 *ᵬ·s· bonorum servi
24 *ᵬ·lᵬ· bonorum liberi
25 *ᵬ·fl· bonorum filius
26 *ᵬ·p· bonorum possessor
27 *ᵬ·p· bonorum potestate
28 *ᵬ·p· bona possessio
29 *ᵬ·ud· bona [vendita]
30 *ᵬ·n· bona nostra
31 *ᵬ·u· bona vestra
32 *ᵬ·fu· bona fortuna
33 *ᵬ·fi·[ct·] bone fidei contractus
34 ᵬ·m· bona materna
35 *ᵬ·m· bone memoriae
36 *ᵬ·ɛr· bona eorum
37 ᵬost· bona eorum servantur
38 *ᵬoɛr·nit bona eorum inveniuntur

B. f. 174 r.

39 *ᵬi·[ɛ·] bona inveniuntur eorum
40 *ᵬnĩ· bona hic invenies
41 *ᵬnɛt̃ bona eius invenies
42 *ᵬbxĩ· bona hic invenies
43 *ᵬ·ɛ· bona eius
44 *ᵬ·f·ĩ·t· bona eius instituta
45 *ᵬ·c·A· bona eius caduca
46 ᵬ·f· bona fortuna [vel bona fide]
47 ᵬn bonum
48 ᵬf· beneficium
49 ᵬ·Ã· b[onam actionem]
50 ᵬɛ· bre[viter]
51 ᵬs· b[onus]
52 ᵬ' bu[stum]
53 b̃· Ba[lbius]
54 b̃· bei[ie]
55 ᵬf· bonum factum
56 ᵬ·f2·t·z· [bona fide contracta]

1 *c· causa
2 *c· causat
3 *c·m' causa mortis
4 *c·c·[ɛ·] causa conventa est
5 *cn·ɛɛ·cc· credimus non esse causam conventam

B. f. 174 v.

6 *cs· Caesar
7 *cs·A Caesar Augustus
8 *cs·ip· Caesar imperator
9 *c·m· Caesar maximus
10 *cnto· centenario
11 *cl· centum [& quinquaginta]
12 *ctr· ceterum
13 *ct·rÆ· civitatis romane
14 *c· civis
15 *c·r·c·p· cuius rei causa promittimus
16 *cc ducenti
17 c̃ corimbus
18 c· con
19 c̃tr citra murum
20 c· caput
21 c·c· calumniae causa

22 *c·m'· comis
23 *c· Cornelius
24 *c· contra
25 *cb̃· contrarium
26 *cb̃· contractum
27 *cẏ· controversia
28 *ꝰss consulibus
29 *coss consules

B. f. 175 r.

30 *cs· communes
31 *cd· condemnatio
32 *cõ·obd· cõma obdurata
33 *cl· clarissimus
34 *cl·f· clarissima femina
35 *cl·f[l·] clarissima filia
36 *c· cum
37 cuii· civis
38 *c'· cuius
39 *ꝰ· con
40 *c·r·c· cuius rei causa
41 cn· civis noster
42 ꝰo· controversia
43 c·aug· Cesar Augustus
44 c· centum
45 c·iii·iue· cubitos tres invenies
46 [c·]ldbl·s· causam laudabilem [suam]
47 css· cum suis servis
48 c·s·fl· cum suis filiis
49 c·cl·r· causa clara regi
50 c·am· causa amabilis
51 c·u· causa virginum
52 c·m· cives mali
53 c·b· cives boni

B. f. 175 v.

54 corn·rf· Corneliae regis filiae
55 c·fla·r· causa filiae regis
56 ccc·t·p· trecentum [terrae pedes]
57 corn· aurs· coroneas [aureas]
58 c·it· causa iusti
59 c·s·[b·] cum suis heredibus
60 c·s·p·e· cum sua pecunia est
61 c·ii·iu·p· cubitos duos invenies plumbum
62 c·x·ix· arg· cubitos decem invenies argentum
63 cxx·tu· aurm· cubito[s] viginti aurum invenies mirabile
64 c·pt· cau[sam posuit]
65 c·p·s·e· [causam posuit sui edicti]
66 cd' signum
67 cnpaurr· caput margine pleno
68 cuit civitas
69 cps· capsa
70 c·m·t· crem̃. multum
71 cprss· cupressi
72 ctn·ui centenaria sex
73 con·[a·b·] civitas vite omnia aufert bona
74 cml·xii· camelos duodecim

B. f. 176 r.

75 cs·a· Cesar Augustus
76 cs· Caesar
77 ꝰ· ꝰ.
78 c·m· comis
79 c· cornibus
80 cc· circum
81 ꝰ contrarium
82 cui cuius

1 dd damnum dedit
2 *dr·p· dare spondit
3 *d'·e· damnatus est
4 *dd· dedimus
5 *dd'· dandum
6 *dd'·m dedimus mercedem
7 *d'd· dandus
8 *dd· de donis
9 *dd· dedit deus
10 *dd· deinde
11 *d· dedicavit
12 *dd· dedicatio
13 d'· dedit
14 *dpo· [dotem peto]
15 do·t· [dono testamenti]

B. f. 176 v.

16 *D̃F· defunctus [vel defuncta]
17 *D·q̃·R· de qua [re]
18 *DB'· devotus
19 *D·V· devotus vir
20 *D·P· devota persona
21 *DS· deus
22 *DM· deum
23 *DO· deo
24 *D'· dixit vel dannat
25 *DD dixerunt [vel dederunt]
26 *D divus
27 *D·C· divus Cesar
28 *D·C·A· divus Cesar Augustus
29 *D'·P· divus Pius
30 *D·A· divus Augustus
31 *DĨÇ· dignus
32 *DIÇ·M· dignus morte [vel dignus memoria]
33 *DIL· dilectissimus
34 *D·M·S· diis manibus vel donis inferorum [potius diis manibus sacrorum]
35 *D·Q·S· die quo sacra
36 *D·M·SQC· dies mali sequantur vel cras peius
37 *D' dies

B. f. 177 r.

38 *DOT· dotem
39 *DP· dotem petit
40 *DF dotem fecit
41 *D'O· donatio
42 *DM· dolum malum
43 *DM· domus mortui vel dormierunt mortui
44 *DM·S· dormierunt mortui securi
45 *DD· doctio ducis
46 *D·L· do legem
47 *D' donavit
48 *D' duo
49 *DU·IS· duo servantur
50 *DB̃· dumtaxat
51 *D'DS· duo deserebantur
52 *DUL· dulcissimus
53 *D·EE damnatus esse
54 *DD· deinde
55 **DDDM· đe pat mihi de nutu
56 **D·UM· dolum malum vel male
57 **D·M·C· domum mitis operans
58 *D·Ŧ· de loco
59 **D·CS· de consulis sententia
60 **D·P·F· denuntiandi potestatem fecit

B. f. 177 v.

61 **D·E·R· de ars
62 **DD· decreto [dato]
63 DDDDD AAA·D'· [dedicarunt dederunt dono auro argento aere]
64 D'· donat
65 DO·M·T· dolo vel malo tuo
66 DUL· dulcis
67 DUML· dulcissimus
68 D'· da
69 DS· diis
70 DT· durat
71 D'· de
72 DM· demum
73 DD· Deinde
74 D· Decius
75 D·B· Decius Brutus
76 DCT· detractum
77 DIL· dilectissimus
78 DP̃O depositio
79 D·AUÇ· divus Augustus
80 D·M· divus maximus
81 D·C· divus Caesar
82 DO·TRIN· divo Traiano
83 DO·UAL· divo Valerio
84 D·D· de donis

B. f. 178 r.

85 D·BS·F· de bonis suis fecit
86 D·S·P·O· de sua pecunia obiit
87 DSPPF· de sapientia perfecit [vel de sua pecunia perfecit]
88 D·M·FL·R· lCS·E·I de munere filiae regis lucus est iste
89 DSBMNC PINMR de sub hanc petram intus munera regis
90 DMBD· de memoria bene dicit

91 ꝺ·p· de pecunia
92 ꝺꝺꝺ· de bonis dixerunt [vel dederunt]
93 ꝺoscse duos cubitos est con-
cclpc clusa pecunia Augrc'
ᴀϛ·u· virginis
94 ꝺ·us· de virgines
95 ꝺ·ʀs· de regibus
96 ꝺ·ps· de principibus vel de pauperibus
97 ꝺ·us· de virtutibus
98 ꝺɯ·l· de male loquentibus
99 ꝺ·ꝺꝺ· de bene dicentibus
100 ꝺ·e·s· de sapientibus [vel de eius sapientia]
101 ꝺe·ip· de ipsis
102 ꝺ·ꝺ·ɯꝺ· de bene merentibus[1]
103 ꝺus de verbis[1]
104 ꝺꝺcꝺcꝺe [diebus Caesaris dictatoris dedicatum est[1]]
B. f. 178 v.
105 ꝺꝺnt de bonis nostris[1]
106 ꝺ·tꝺs· de tribus[1]
107 ꝺpf· de prefecto
108 ꝺ·ʀɯ de Roma
109 ꝺ·tʀꝺnl· de tribunali
110 ꝺsf de suis fecit
111 ꝺ·p·o· de parte occidentis
112 ꝺ·ꝺ·urϛ· de donis virginis
113 ꝺ·p·ort· de parte orientis
114 ꝺfti defuncti
115 ꝺa· dona
116 ꝺps· discipulus
117 ꝺ[s]p·p· de suppina pilla
118 ꝺɯ· divos manes
119 ꝺ't· declinavit
120 ꝺꝺ declinaverunt
121 ꝺɯ· dolum malum
122 ꝺ·ɯ·s· diis manibus sacra
123 ꝺ·ɯ· domus mortui
124 ꝺɯscp· dies malus sequitur cras siraphis tonitrua dei venies carbones

1 e·n· est noster
2 ex eius B. f. 179 r.
3 exɯꝺ· eius memoria dixit
4 ex·ꝺ· eius bona
5 ecsaꝺcɒs· hec abscondita pecunia
6 er·l·ɯ·etn erit locus memoria eterna
7 elϛ·ꝺ·ex elanguit bonitas eius
8 essuꝺꝺ esse vendendum mo-
ɯɯr· numentum regis
9 eϛ ego
10 *ep· epistola
11 *epɯ· epistolam misit
12 *eu· eius
13 ec̃c etiam
14 *eimo eiusmodi
15 *e· est
16 *ee· esse
17 *e̊e·i·p· esse in potestate
18 *eeɯϛ·p· esse magis potest
19 *eeɯf·i· esse magis fieri iussit
20 *ee·n·p· esse non potest
21 *erϛ· ergo
22 *er̃· erit
23 *erp· eripiet
24 *eϛ· eger
25 *et̃ etiam B. f. 179 v.
26 *et·nc· etiam nunc
27 *ep̃s· epischopus
28 *en· eius
29 *ea· ea [vel est ante]
30 eϛ eius [vel egregium]
31 *eϛ eiusmodi
32 *e·erϛ·ʀ· eius ergo rex
33 *erϛ·ꝺ· eius regis bona
34 *e·p·p· et praeparat
35 *ex· exigitur
36 **ex·c ex consuetudine
37 **ehe· ex heredes est [vel ex hereditate est]
38 **e·i·q· exivi requietum [vel ex instituto quaestoris]

[1] *In Vaticano* 9152, *unde n.* 102—106 *enotavi, notae n.* 104. 105 *leguntur sine interpretatione, quae in n.* 106 *est* de tributis.

39 **ɇ·R·A· ea res agitur
40 ɇXC· ex contione

1 ꟻAM· familiaris
2 F̃R· frater
3 *ꟻɇM· femina
4 *ꟻ·ꟻ· fratris filius
5 *ꟻO· forum
6 *ꟻ·C· fidei commissum
7 *ꟻC· fecerunt
8 *ꟻɇ fundaverunt

B. f. 180 r.

9 ꟻD̀·M· fides mundi
10 ꟻ· fecit
11 ꟻRS· fortis
12 *ꟻɇR· fecerunt
13 ꟻRMS· fortissimus
14 ꟻlA·R· filia regis
15 ꟻlB· flabro
16 ꟻ·M· fecit memoriam [vel factum monumentum]
17 ꟻRT· forsitan
18 ꟻD· fecit dives
19 ꟻꟻBC· fecit fabricatio[nem]
20 ꟻ· felix
21 ꟻOSUP· X·X·IN̄N M̄M̄·lDBl[ɇ] fodi sub via XX. passus invenies monumentum laudabile
22 ꟻ·b·T̄U· fortunam hic invenies
23 ꟻN·AÇR· fines agrorum
24 ꟻRɇSARR fornaces aurificum
25 ꟻ·p·b·S·B· TlA· fortis porta hic subtus tabula
26 *ꟻ· familia
27 *ꟻ·M· fati munus
28 *ꟻ·M·T· fati munus implevit
29 *ꟻ·ꟻ·[S·ꟻ·] favierunt se fratres
30 *ꟻɇ· factum est
31 *ꟻS·ɇ· factus est
32 *ꟻC· fecit

B. f. 180 v.

33 *ꟻɇA· femina
34 ꟻ·ɇ· filius eius
35 *ꟻ·ꟻAM· filius familias
36 ꟻIC· fiscum vel fidei commissum
37 *ꟻC·Rp·C· fiscum rei p. causa
38 *ꟻI·B· fide bona
39 *ꟻ·IR· fideiussores
40 ꟻꟻl· filii familias
41 *ꟻl· Flavius
42 *ꟻl·AUÇ· Flavius Augustus
43 *ꟻ·ꟻl· fratris filius
44 *ꟻ9ɇ· fortem
45 *ꟻ9R· forum
46 *ꟻꟻ· fundaverunt
47 *ꟻD̀·AÇ· fundum agri
48 *ꟻ fuit
49 *ꟻ9B fabricavit
50 *ꟻ·Sɇ· factum sic est
51 **ꟻ·T·C· familia testis causa
52 **ꟻ·p· forma publica
53 **ꟻ·pp·R· forum populi Romani
54 ꟻ9 fit [vel fuit]
55 **ꟻɇ· familiae
56 **ꟻɇD̀· factum est [vel factum edicto]
57 ꟻA· filia B. f. 181 r.
58 **ꟻ·C· fiduciae causa
59 **ꟻp· fidei promissor [vel fides promissa]
60 **ꟻ·R· finium regundorum
61 ꟻ·ꟻ· filius familie
62 ꟻ·I· fideiussor
63 **ꟻ·C·l· fraudationis causa latina
64 **ꟻ·CS· fraude credentes
65 ꟻ· fuscum
66 ꟻ9· fur
67 ꟻ9 fumus
68 ꟻ· figura

1 ÇR· gerit
2 ÇS· gesserunt
3 C̃A· gravis
4 ÇA·U· gravitas vera
5 ÇɇNS· gentes
6 ÇD̀· gaudium

7 ϛR·ЄX gratia eius
8 ϛRC· Grecus
9 ϛlA gloria
10 ϛlA·S·b·INT· gloria sua hic intus
11 ϛRϺRbIRq·gerum regis hic requiescit
12 ϛN·N· genus nostrorum
13 ϛN·RS· genus Romani senatus
14 ϛ·ϛЄN· ϛЄR· gaudium generis Germanici
15 ϛTRSb genitor autem reservator [vel gerit rem senatus bene]

B. f. 181 v.

16 *ϛ· gaudium
17 *ϛ· Gaius
18 *ϛ·cS· Gaius Caesar
19 *ϛ·U· Gaius Valerius
20 *ϛS· genus
21 *ϛ'·R· genus regium
22 *ϛ'· gens
23 *ϛT gentes
24 *ϛ·b· gens bona
25 *ϛ·Ϻ· gens mala
26 *ϛ·ð· gens dolosa
27 *ϛRT· gerit
28 *ϛϛ· gesserunt
29 *ϛϺ'·ϝ· germanus frater
30 *ϛϺ'· germanus
31 *ϛϺṪ·ϝI' germanus filius
32 *ϛlU· gloria
33 *ϛl·p· gloria parentum
34 *ϛ· gratia
35 *ϛ̃A· gravis
36 *ϛA·U· gravitas vestra
37 *ϛX· grex
38 *ϛ·II·Ṭ̃U·l·Ϻ· cubitos duos invenies locum mirabile
39 ϛN gens
40 ϛV genus

1 b·ЄϺ·TЬ NR· hec est memoria tribunorum
2 bo· homo
3 bõñ homo honestus

B. f. 182 r.

4 b·ϝ· hic fundavit
5 b· hoc
6 b·ðð· hic dedicavit
7 boϺA· homnia
8 b·ЄðϝUCp AϺRpϝЄC· hoc edificium quod cernis prudens amator perfecit
9 bϺ· domus mortis [vel hogmen malum]
10 bIC·INT· Єðϝ·RЄϛl· hic invenies edificium regale
11 bES·pr̃C· heredes principis
12 b·Ϻ·Ϻ· hic memoria mirabilis
13 b·Spl·Ϻ· AU· hec sepultura minusve habet
14 bϺ̊Ϻ hic matre sumē [vel hora mala sūmpsit moras]
15 b̄·R̄· theatrum
16 bS·Є· hic sepultus est
17 b·bA·p· hic habet pecuniam
18 b·S· hic sunt
19 *b'· habet
20 *b'· heres
21 *bTT hereditates
22 *b·I· hereditario iure
23 *b·S· hec sunt
24 *b·o·S· hic ora secunda
25 *b·p· hic posuit

B. f. 182 v.

26 *b·ϝ· hic fundavit
27 *bS· hos
28 *b· hoc
29 *b'· honor
30 *b· honestas
31 *b·U honestus vir
32 *b·ϝ· honesta femina
33 *b·p· honesta persona
34 *b·p· honesta puella
35 *b·U· honesta vita
36 *b·l· honesto loco
37 *b·l·N· honesto loco natus
38 *bSb· honestibus
39 *bSS· hostia sacrilegis

40 *b·ĩ· hec invenies
41 *b̄· hora
42 *b·b· hora bona
43 *b·m· hora màla
44 *b·p· hora pessima
45 *bom· homo
46 *bo·bo homo honestus
47 *bc·l· hunc locum
48 *b·u· hunc virum
49 *bc·am·n· hunc amicum nostrum
50 *bc·lro· hunc lectorem
51 **b·u·b·p· heresve bonorum possessor
B. f. 183 r.
52 **hem· heredemque meum
53 **b·coç· heredem cognitorem
54 b·s· hec sit
55 bsb· hostibus
56 bs̓s̓· hostes
57 b· hec
58 bc· hunc
59 b· hoc
60 bu· huius
61 b· heres
62 [b̃·ũ· honesta vita vel homo virtuosus]

1 i·s· i sunt
2 i·acl· in angulo
3 impl· imperialis
4 iiii·tt· quatuor tituli
5 inc· inicio
6 ints· introeuntes
7 imis·c̃·b in memoria ista sunt
abcd· bona abscondita
8 in·boc·m in hoc monumento sunt
m·s·p·s·fn pecuniae sine fine
9 incb·m· hic memoria bona
10 int·s·b·ex· intus sunt bona eius
11 in·l·ad invenies locum admira-
mir· bilem
12 in·m·i·sc· in memoria ista sunt
dauci· diviciae Augusti
13 inbq·mm· in hoc monumento
s·p·s· sunt pecuniae sacre
14 ins·s·ar· intus sub area est me-
e·mma·s· moria sacra
15 i'm imnos id est laus
16 itpl·apl· in templo Apollinis
17 imtpl· in medio templo
18 itp·xiii· intra pedes tredecim
19 imo· in medio
20 iç· in agro
21 itr·ar· intra aram
22 ifo· in fundo
23 imctt· in media civitate
24 it·lm intra limen
25 ift· in fonte
26 ipto· in puteo
27 ipna· in piscina
28 ipii·cl· intra duos colles
29 it·ii·spcl· intra dua sepulcra
30 ipte in pariete
31 impl· imperiale
32 i·p· intra provinciam
33 i·l· intra limites
34 i·c· intra catulo
35 *i·d· in dominio
36 *i·ps· in possessione
37 *i·l·s in loco sacro
38 *i·l·d in loco divino
B. f. 184 r.
39 *isn· in senatu
40 *isnr· in senatu Romano
41 *if· in foro
42 *ifor·cs·a· in foro Caesaris Augusti
43 *ifor·flm· in foro Flamineo
44 *iad· iam dandum [vel iamdudum]
45 *iasd· iam satis dandum
46 *iari· iam respondit
47 *ipc in positione
48 *i·tr· in loco religioso
49 *itp· in tuo tempore
50 *ic· intra circulum
51 *itc· intra tempus constitutum
52 *it· intra tempus
53 *if· interfuit
54 *ip· intraposuit
55 *iflam· in foro Flamineo

56 *IFCS· in foro Caesaris
57 *IFCSA· in foro Caesaris Augusti
58 *IFTR in foro transitorio
59 *IF·N· in foro Nerve
60 *IF·TR· in foro Traiani
61 *IFIU· in foro Iulii
62 *IF·POP· in foro Pompeii

B. f. 184 v.

63 *I·F·B· in foro boario
64 *I·F·L· in foro Libii
65 *I·P· intra provinciam
66 *IMP· imperatores
67 *IMPL· imperialis
68 *IMP·CS·A· imperator Caesar Augustus
69 I·PCE· ius praecepti
70 *IT· iusiurandum
71 *IXX decem novem
72 *XII duodecies
73 *III· iusta iudicavit iudicia
74 *XIX duodevi[ge]cies
75 *IT duo milia
76 *IXI nonus decimus
77 *I·SN·R· in senatu Romano
78 **I·S·F· in senatu fuerunt
79 **INEC[1] iiustus nō aeptisque sitosque sitas
80 **IDC[1]
81 **IDI·D· iudicium dabo
82 **I·C·E·U· iusta causa esse videtur
83 **I·S· iudicium solvit
84 **I·E· iudex esto
85 IFA[1] in foro Adriani
86 IP·CS· imperator caesar
87 IXXI· duodevi[ge]cies

1 KK·R·N· karus rex noster
2 KR·AM·N· karus amicus noster

B. f. 185 r.

3 KLD· kalendas
4 KK·ST·CN D·SPULC· cara sunt cernenda sepulchra
5 K·MR· kara memoria

6 *KI· karissimi
7 *KK· karissime
8 *K·D· capite diminutus
9 K·P· castra ponti
10 *K·Q· kł Quintilis
11 *K·S· kał Sextilis
12 *K·C· capite cesus
13 *K·P· castra posuit
14 *KDD· castra dedicavit.
15 **K·C· calumpniae causa.

1 *L·L· laudabiles loci
2 *LD· laudandum
3 *LG·FS· legem fecit suam
4 *LG·PM· legem promisit
5 *LG·S·I· legem servare iussit
6 *LGS'·P· legem servare precepit
7 *LG· legavit
8 *LB· liberi
9 *LC·S· locus sacer
10 *L·DUI· locus divinus

B. f. 185 v.

11 *L·DD· locus dedicatus
12 *LR· locus religiosus
13 *L·Q·S loco quo supra
14 *L·P locus propitius
15 *L·EM locus emptus
16 *L·PL locus publicus
17 *L·ADQ· locus adquisitus
18 *L·M·D· locus morti deditus
19 *L·B·P· locus bene possessus
20 *L·II· locus iniuriae
21 *L·II·Q· locus iniuriae Quiritum
22 *L·IMPL· locus imperialis
23 *L·PR· loca privata
24 *L·S·PAL· loca sacra palatii
25 *L·IC· loca incerta
26 *L·PL· loca periculosa
27 *LUALRF [Lucius] Valerius Rufus
28 *LG·D· legem dedit
29 *LUD·AP· ludus Appollinis
30 **LT·PR· Latini patres.
31 **L·C· Latini consules [vel Latini cives]

[1] *Ex Vat.* 9152 *enotavi n.* 77—85; *n.* 79. 80. 85 *omisit Marcanova.*

32 **l·i·d·aç· lex Iulia divi Augusti
33 **l·m·e lex mecum est
B. f. 186 r.
34 **l·c· libertatis causa

1 *m·cs· Marcus Caesar
2 *max· maximus
3 *max·cs· maximus Caesar
4 *max·pot· maximus pontifex
5 *mf·f· manifestum fecit
6 *m·f· mala fide
7 *m·f·p· male fidei possessor
8 *mnf·l manifestus locus
9 *mnf·opp· manifestum oppidum
10 *maç·mil· magister militum
11 *m·rf· Martius Rufus
12 *mmn matrimonium
13 *mm·p· monumentum petit
14 *mul·b· mulier bona
15 *mul·m· mulier mala
16 *mul·p mulier pessima
17 **m·p·d· maiorem partem diei
18 **m·c·u· manu consertum vocavit
19 **m·tf·e malo tuo factum est
20 **m·d·o· mihi dare oportet
21 **m·b·e· mihi heres erit
22 **m·c·m· mortis causa manumissus
B. f. 186 v.
23 **mn·mn· municipalis municeps
24 mm·rç· memoria regis
25 mm·le· memoria legatorum
26 mm·latn· memoria latonae
27 *m·ml· magister militum
28 *mlt· milites
29 *m·b· malus homo

1 *n·e·p· natus est puer
2 *n·cl· Nero Claudius
3 *n·p· nihil posset
4 n·u· non vacat [vel non valet]
5 *n·uu· non vult
6 *n·s·e· non sic est
7 *n·l· non longe
8 *n·c· non certe
9 *n·l· non licet
10 *nbl· nobilis
11 *nob·ç· nobilis genere
12 *nob·ç·n· nobili genere natus
13 *n·e·d· notus et dives
14 n·p· non patet
15 **n·c·n·p· non clam nec precario
16 **n·l· nominis Latini
B. f. 187 r.
17 **n·rr· non restituerunt
18 **n·k·c· non calumpniae causa
19 *nq· nusquam
20 *nr·c· Nero Caesar

1 *o portet
2 *oo oportebit
3 *opp oppidum
4 *ꝋ opertum [vel mortem subiit]
5 o·bn· omnia bona
6 *off· officium
7 **o·a·q· omnis ad quos
8 **o·e·r ob eam rem
9 **o·c· ore concilio
10 **o·d·m· opera domum munus
11 **o·f·b· oportebit et fide bona
12 ornm·ipl· ornamentum imperiale

1 p·lçа·tp· per longa tempora
2 plt· placitum
3 pnt· ponte
4 prf· praefectos
5 p·e· positus est
6 p·e·b· positum est hic
7 *puç· privilegium
8 p·c· per consulatum
9 *pat· patricius
B. f. 187 v.
10 *p·c· patres conscripti
11 *pms· prestamus
12 *ptm· patrimonio
13 *pf· patris filius
14 *pfm· pater familias
15 *pec· pecunia
16 **p·a· pluviae arcendae
17 *pcp· principe
18 *pt·q·r propter quam rem
19 *pp·auç· perpetuo Augusto

20 **p·e·c· pecunia est constituta
21 *peç· peregrinus
22 *pic·orb· Piceno orbicario
23 p·pe· post penam
24 *p'·cons· post consules
25 *p· pena
26 *prs· praeses
27 *pct· praeceptum
28 *p·pu·c· praeses provinciae clarissimus
29 *p·af· praefectus Affricae
30 *p·aeç· praefectus Aegipti
31 *p·syr· praefectus Syriae
32 *p·yd· praefectus Iudeae
B. f. 188 r.
33 *p·cl· praefectus classis
34 *p·cl·r· praefectus classis Ravennatum [vel Romanorum]
35 p·ysp· praefectus Yspaniae
36 p·ill· praefectus Illirici
37 p·dm· praefectus Damasi
38 p·mspt· praefectus Mesopotaniae
39 p·prt· praefectus praetorii
40 p·fbr· praefectus fabrorum
41 p·imp· praefectus imperii
42 p·coor· praefectus cohortis
43 p· pius
44 *pic Picenum
45 *p·c· post consolatum
46 *pr· praetor
47 *prp· praeses provinciae
48 **p·r·e· post reges exactos
49 **p·i·r· populus iure iuravit
50 **p·r· possessori reditum
51 **pr·tr·pl· pretores tribuni plebis
52 **pstqb praetio sumpto uterque habento
53 pec· pecuniam

1 q·m·p· quadrum munere plenum
2 qt·max· Quintus Maximus
B. f. 188 v.
3 *qq· quanquam
4 *qr· quare
5 *qq· quanquam
6 *qdrp· qua de re peto
7 *q·d·r·p·çu· qua de re peto gravitas virum
8 *q·d·r·p·liu· qua de re peto laudabiliter iura
9 *q·p· quo periit
10 *q·e· cur eius
11 *q·t·c· Quintus Celius
12 *q·tr quo tempore
13 qp· quippe
14 *qm·pt quam patriam
15 *qm·pu· quam provinciam
16 *qt· Quintus
17 *qt·m· Quintus Munera [vel quot munera]
1 rt refert
2 rtd· rotundum
3 rm·l· Romanae leges
4 r·m·i res materna iacet
5 rç·ts· regium thesaurum
6 r·pcp· rei principium
7 *rc rescriptum
8 *r· responsum
B. f. 189 r.
9 *r·pi· res privata
10 *r·d· regis donum
11 *r·m· regis mundum
12 *r·ç· res gesta
13 *r·p· res publica
14 *rçl· regulus
15 *rç·fa· regis filia
16 *r·c· Romana civitas
17 *r·c· Romani cives
18 *r·m· regis manus
19 r· rura
20 r· rus

1 s· stupidus
2 *s·s· senatus
3 *st·p· studium posuit
4 *ss· satis
5 *stf· satisfecit
6 *s·ç· satis gestum
7 *sf· satisfecit
8 *s·d· sententiam dixit

9 *ꜱɴ·ᵭ· sine dubio
10 *ꜱɴ·ɯ·ꝑ sine periculo mortis
11 *ꜱ·c· senatus consultum
12 *ꜱɴꝑ· sine periculo
13 *ꜱtꜱ· statutum tempus

B. f. 189 v.

14 *ꜱ·ꝑ·q·ʀ· senatus populusque Romanus
15 *ꜱtᵭ· stadium
16 *ꜱꝑ·ɯ· supra memoravit
17 *ꜱt·tꝑ statuta tempora
18 *ꜱt·ᵭ· statuta dies
19 *ꜱt·cꜱ· statuti consules
20 *ꜱt·ꜱє statuti senatores
21 *ꜱt·ꝑ· stadium posuit
22 *ꜱꝑᵭ· supradicti
23 *ꜱtf· satisfacti
24 ꜱᵬ· sibi
25 ꜱꜱ· sine sensu
26 ꜱqᵭ siquidem
27 ꜱ·t· sine testiculis [vel sine testibus]
28 ꜱ·ʊʀ sine viribus [vel sine virtute]
29 ꜱ·ç· sine genitalibus
30 ꜱ·o sine oculis [vel sua occasione]
31 ꜱ·ɯ· sine manibus [vel suo malo]
32 ꜱ·ꝑ· sine pedibus [vel sua peccunia]

1 *tc tunc
2 tꝑ· tempus
3 *tꝑ·ᵬ· tempus bonum
4 *tꝑ·ɯ· tempus malum
5 *tɯ· terminus [vel termae]

B. f. 190 r.

6 tto· testamento
7 *tɯ·ꝑ· terminus positus
8 *tɯ·ᵭᵭ· terminum dedicavit
9 *tiᵬ· Tiberius
10 *tᵬ·ᵭ·f·ɯ· tibi dulci filio meo
11 *tᵬ·ᵭ·f·ɯ·ʌᵭ· tibi dulci filio [meo] adoptato
12 *tʀʌi· Traianus
13 *tᵬ·pl· tribunus plebis
14 *tᵬ·pot· tribunitiae potestates
15 *tᵬ·cl· Tiberius Claudius
16 *tᵬ·cꜱ· Tiberius Caesar
17 *ti·clʌ· Tiberius Claudius
18 tt·qtꜱ· Titus Quintus

1 ʊ·ʊ·ʊ· viros vestrae urbis
2 ʊ· vicit
3 ʊ· venit
4 ʊ· victor
5 ʊ· vester
6 *ʊʌl·cꜱ· Valerius Caesar
7 *ʊꝑ· Vespasianus imperator
8 *ʊ·ɯʊɴ· vias munivit
9 *ʊᵬi urbi
10 *ʊi·ç· verbi gratia
11 *ʊєt· verunetiam
12 *ů vero
13 *ʊiʀ· virgo
14 *ʊʀᵬʀ urbis Romae
15 *ʊꝑ· Vespasianus

B. f. 190 v.

16 *ʊʌl· Valerianus
17 ʊlpꜱ· Ulpius [vel Ulpinianus]
18 ʊ·c· vir clarissimus [vel vir consularis]
19 ʊ vestro
20 ʊɯ· vestrum
21 ʊl· videlicet
22 ʊᵬ· vobiscum
23 ʊʊ· veluti

1 x xidus
2 *x· xinodus
3 *xᵭ· decies dedit
4 *xє· existimet
5 *x· existimatio
6 xi decem viri[1]

[1] *Vat.* 9152 *finit in* zen Zenobius

IX.

DE PROBI QVI DICITVR NOTARVM LATERCVLO ALPHABETICO.

Iohannes Marcanova, quem supra p. 269 diximus ad inscriptionum quam fecit syllogen adiecisse commentariolum Probi genuinum, eo non contentus nactusque praeterea notarum libellum alterum eum quem sub Vaticani nomine supra p. 304 sq. edidimus, in fine tamen ita imperfectum, ut extat in codice Chigiano, concinnavit notarum laterculum secundum litterarum ordinem digestum eundemque postea data opera ex lapidibus praesertim auxit. Laterculum hunc in Mutinensi libro non inveni; exhibet eum Bernensis f. 194—201 absolutus a. 1460 et inde descripti libri duo, alter comitis Iulii Porro Mediolanensis mihi descriptus ab Jaffeo, praeter notas has medici argumenti tractatus aliquot complexus, alter Monacensis n. 369 descriptus mea causa ab Halmio, in quo haec reperitur subscriptio: '*scripsi Hartmannus Schedel accepto et ante perfectum opusculum nondum posito calamo ICCCCLXV in die cinerum Padue. Laus deo*'; quibus accedit opinor tertius Parisinus *suppl. de Notre Dame* 258 f. 49 sq. scriptus Viterbii a. 1466. Subiecī speciminis causa litteram A, prout legitur in libro Bernensi; ibi postea quae sunt adiecta nec dum fuerunt in libro cum viderunt eum tam Mediolanensem librum qui scripsit quam Schedelius, notavi asterisco.

1	A	Aulus
2	AUG	Augustus
3	AA	Augusta
4	AA	Augustalis
5	AUR	Aurelius
6	AG	agit
7	AC·	actio
8	ACON	actionum
9	AM	amicus
10	AM·N·	amicus noster
11	AUC	auctoritas
12	A	aut
13	$\widetilde{\text{AT}}$	autem
14	AN·M·	actionem mandat
15	Ap	apud

16	ᴀp̃p̃	appellat
17	ᴀcc	acceptat
18	ᴀdı·	adiutor
19	ᴀdı·p·	adiutor provinciae
20	ᴀd·l·	ad locum
21	ᴀd·f·	ad finem
22	ᴀd·e·	ad efectorem
23	ᴀb·u·c·	ab urbe condita
24	ᴀ·ᴀ·ᴀ·f·f·	aere argento auro flavo ferendo
25	ᴀ·l·e·	arbitrium liti extimandae
26	ᴀ·d·p·	ante diem pridie
27	*ᴀedıl·cur·	aedilis curalis
28	*ᴀ·ᴀ·l·m·	apud agrum locum monumenti
29	*ᴀg	agrum
30	*ᴀedıl·pl·	aedilis plebis
31	*ᴀ·p·q·	Auli Publi Quinti
32	*ᴀ·ᴀ·	apud agrum
33	*ᴀpp	Appius
34	*ᴀnn	annorum

Horum n. 1—22 descripti sunt simpliciter ex laterculo Vaticano (p. 304), n. 23—26 ex Probo genuino excerpti; n. 27—34 postea adiecti ab ipso Marcanova veniunt maxime ex titulis temere fere explicatis. Praescripsit Marcanova huic laterculo Probi praefationem (*Est etiam — reperiuntur*); a nomine Probi etsi tam ipse abstinuit (nam aliquanto posteriore demum tempore nescio quis id adscripsit in codice Bernensi) quam scriba libri Mediolanensis qui sic inscripsit: ‘*de abreviatis antiquis sepulcrorum statuarum ac numismatum inscriptionibus declaratio*’, tamen Schedelus iam Parisinique codicis librarius libellum inscripserunt ‘*Valerii Probi de notis antiquis opusculum*’. — Simillimam notarum syllogen exhibet Felicis Feliciani codex Marcianus Lat. X. 196 f. 1—17 (in eiusdem cod. Veronensi non extat); caret et ipsa nomine auctoris inscripta simpliciter ‘*interpretatio litterarum antiquarum*’ habetque item additamenta ad singulas litteras postea adscripta. — Item inscriptionum liber qui dici solet Redianus (quem diu frustra quaesitum nuper investigavi in bibl. Florent. Laur. Red. n. 77) scriptus a. 1474 Venetiis ab Alexandro Strozza ab eiusmodi notarum opusculo incipit, sed inscripto ‘*Valerii Probi de antiquorum notis interpretandis documentum*’. — Iucundus porro cum inscriptionum syllogam inter a. 1477 et 1484 elaboraret, item confecit eiusmodi laterculum eumque sine nomine Probi praemisit codici ei, quem inter a. 1497 et 1499 misit ad Ludovicum de Agnellis archiepiscopum Consentinum (hodie Flor. Magliabecch. 28, 5); extatque idem in inscriptionum libris, qui aut sunt Iucundi aut certe ab eo pendent, Fuchsmageniano olim hodie Thomae Gar scripto a. 1484 sine nomine auctoris; Cicognae n. 2704 scripto Patavii c. a. 1502 sub nomine Probi; Bonon. univ. n. 851 sine nomine auctoris; Ven. Marc. Lat. XIV. 24 aliisque sine dubio non paucis.* — Item c. a. 1495 Petrus Sabinus, cuius est cod. Marc. Lat. X. 195, eius-

* Speciminis causa proponam litteram A ex codice Fuchsmageniano a. 1484. Leguntur primo loco quae supra rettulimus ex Marcanova 1—26, nisi quod solvitur n. 2 *Augustus vel augur*, n. 12 *aut; aliquando agrum aiunt* et inseruntur inter 17 et 18 haec: *ANN· annis — AN· annus — A· avus*, ut missa faciamus alia quaedam minora. Post

modi syllogen protulit f. 12v.—17 sub titulo ‘*P. Victoris de notis antiquis*’; cui subiunxit Probum genuinum hac nota praemissa: ‘*epistolam superius positam quae incipit est etiam cura circa perscribendas ubi titulus est P. Victoris de notis antiquis alibi inveni cum hoc titulo: M. Valerii Probi grammatici de notis antiquis.*’ Eadem fere reperi praeterea in codd. Chigiano I. V. 168 f. 44r.—51r. et Mutinensi VI. F. 28 f. 1—7 scripto a Martino de Sieder a. 1503; item in cod. olim Aldi Manutii hodie Vaticano 5245 f. 135—150 pessima notarum sylloge legitur inscripta ‘ex Victore’. Quod nomen unde adhaeserit quibusdam horum laterculorum, non magis constat quam qua de causa regiones urbis Romae ab editoribus saeculi decimi sexti eidem nescio cui P. Victori attribuantur. — Omnium vero huius generis laterculorum maxime innotuit is quem scripsit Michael Fabricius Ferrarinus, qui prior monasterii quod Regii Lepidi est Carmelitanorum diem obiit inter a. 1488 et 1493. Haec enim ea est sylloge, quae ad nostram usque aetatem viris doctis ita imposuit, ut ea uterentur pro antiqua; ita qui data opera de ea re quaesivit Osannus (*Beiträge zur Litteraturgeschichte* 2, 260—268) ad quartum vel certe sextum eam p. Chr. n. saeculum referre non dubitavit adeoque Christiani hominis esse negavit, errore mirabili, nisi esset Osanni. Genuinum autem illum Probi commentariolum Ferrarinianus hic ita oppressum in se tenuit et quodammodo absorbuit, ut per complura saecula vix illo usus sit quisquam nisi per Ferrarinum. Extat autem Ferrarini opusculum et editum ab ipso auctore, quae editio (mihi visa Venetiis in Marciana et Regii in bibliotheca publica) prodiit ‘anno ab incarnati verbi salute 1486 VI. kl. Novembris’ apud Boninum de Boninis Ragusinum (foll. 18. 4⁰), et post editionem denuo ipsius auctoris manu descriptum praefatione immutata in codice bibliothecae publicae Regiensis (n. CVIII. F. IO membr. 12⁰), adiuncto olim ad splendidum Ferrarinianae inscriptionum syllogae sive Antiquarii exemplum id quod servant hodie in tabulario publico Regienses. Originem et naturam libelli vel solae duae notae satis patefaciunt quae sunt *R·REG· rurum Regiensium* et *R·FERRARIN· rurum Ferrarinorum**: at non opus est demonstratione ulla, cum et titulus, quem libello praeposuit Ferrarinus, auctores nominet Probum Ferrarinumque coniunctos et in praefatione ipse testetur complura sua opera addita

n. 26 pergitur ita: *A·A·L·M· apud agrum locum monumenti — ADIAB· Adiabenicus — A·B· alia bona — A·B·V· a bono viro — ABS· absolutus — A·L· alia lex — AER·COL· aere collato — AER· aerarium — AVGG· Augustis pluꝝ — AM·P· amabilis persona — A·O· alii omnes — AP·IVD· apud Iudeam — AEQ·P· equalis persona — ARM·P· arma publica — A·TER· a tergo — ATQ· atque — AER·P· aere publico — AEDIL·CVR· aedilis curulis — AEDIL·PLB· aedilis plebis — A·A·A· auro argento aere — A·L·E· arbitrium liti existimandum — A·P·Q· Aulus Publii Quinti — APP· Appius — ADOP· vel ADP· adoptivus.* Interdum citantur tituli certi, ut *CO· coniugi, ut in civitacula Veronae Marcellini Bellici* (Grut. 865, 14); *R·VER· rerum Veronensium, quia he littere in agro Veronensi sunt* (Grut. 97, 11). Adnotatio *DOMIC·COS·XIII·LVD·SAEC·F·C· Domitius consul XIII ludos seculares faciundos curavit* similiter pertinet ad nummum Domitiani (Eckhel 6, 385).

* Ut adsit specimen, examinabo litteram A, qualem exhibit cod. Monac. 388 descriptus ex ed. a. 1486. Principium tale fere est quale reperimus apud Marcanovam et Iucundum, cuius additamenta ad n. 2. 12 hic similiter exhibentur; praeterea ad n. 19 scribitur *adiutor provinciae vel patriae vel populi*, ad n. 22 *ad exactorem vel effectorem* inseriturque post n. 23 *AED· aedes.* Post n. 26 pergitur ita: *A·A·L·M· apud agrum locum monumenti — A·P·R·C· anno post Romam conditam — AG· agrum — AEDIL·CVR· aedilis curulis — AEDI·PL· aedilis plebis — A·P·Q· Auli Publii Quinti — A·A· apud agrum — APP· Appius — ANN· vel AN· annis vel annos — ANT· ante vel antea — A·N· ante noctem — A·X· annis decem — ANT·T·C· ante terminum constitutum — A·A·A·F·F·QV·TI· auri argenti aeris flator fabricae Quirinalis Tiberi — ADP· vel ADOP· adoptivus — A·CVB·AVGG· a cubiculo Augustorum.* Quae partim veniunt ex additamentis Marcanovae, partim ex titulis aliisve monumentis perperam plerumque intellectis.

esse et emendata.* Ita autem comparata est haec *significatio litterarum antiquarum Valerii Probi et fr. Michaelis Ferrarini*, ut incipiat praefatio Valerii Probi, sequatur laterculus a Marcanova concinnatus alphabeticus auctus a Ferrarino, subiciantur his *'aliae abbreviaturae ex Valerio Probo exceptae'*, id est Probus genuinus prout legitur apud Marcanovam, sed capite mutilus incipiens a verbis *et his similia*, claudant librum adnotationes brevissimae de ponderibus et de numeris et alia quaedam, quae in huius generis commentariis variant neque digna sunt, quibus immoremur. — Ferrarini quem modo descripsimus libellus quantopere eius aetatis hominibus placuerit, ostendunt cum libri aliquot calamo descripti ex editione principe et repetitae eius editiones complures. Illius generis codex est quem exhibuit mihi Turrius doctus vir Regiensis; item Monacensis n. 388, in quem ipsa subscriptio impressoris a. 1486 transiit, tertiusque Vindobonensis n. 325 p. 227 Endl., qui recepit epistolam dedicatoriam editioni praemissam. Quartum vidi Romae in Barberiniana cl. VIII n. 5 editionis a. 1486 ita gemellum, ut annus subscriptus 1418 non possit venire nisi aut ex errore aut ex fraude.** Denique codex quem inspexii Florentiae in Riccardiana n. 766 f. 430—449 item visus est pendere ex Ferrarini libro edito. — Typis repetivit eundem Ioannes Bonnardus presbyter Veronensis, cuius editio inscripta *'Valerii Probi grammatici de interpretandis Romanorum litteris opusculum feliciter incipit'* impressa est *'Venetiis per Ioannem de Tridino alias Tacuinum anno domini M·CCCC·IC·VIIII·* (sic; intellege a. 1499) *die XX Aprilis regnante illustrissimo et excellentissimo do. Angusto* (sic) *Barbadico'* (foll. 20. 4⁰) et repetita est bis, primum Venetiis per eundem Tacuinum *'anno domini M·D·II die quarto Februarii regnante illustrissimo et*

* Inscriptio libelli in editione haec est: *D·O·M·S· Significatio litterarum antiquarum Valerii Probi et fr. Michaelis Ferrarini Regien. Carmelitae divae Mariae;* in codice: *D·M·S· Litterarum ac notar. antiquar. Valerii Probi grammatici et Mihaelis Fabricii Ferrarini Regiensis Carmelitae divae Mariae significatio.* Praefatio haec est editionis: *Nobiliss. viris Albertino Corrigio et Thomae Pignoto patriciis Regiensibus fr. Michael Ferrarinus Regien et Carmelita observant. divae Mariae s. p. d. His proximis annis optumi grammatici Valerii Probi de notis antiquis libellus ad manus meas pervenit vel diuturnitate temporum intercisus vel librariorum inscitia admodum mendosus. Qui cum maxime necessarius esset ad ea intelligenda, quae binis ternisve aut amplioribus litteris vetustati erant circumscripta, operam dedi labore et industria mea, quantum consequi potui depravatum corruptum* [*corruptum* om. cod. Reg.] *que emendare, ut qui propter plurimas mendas iam Probi esse desierat, auctori sive domino in integrum restitueretur. Multa etiam ipse adieci sine quibus plane non potuisset intelligi; quod ideo non sine ratione factum a me esse puto, quia post Valerii mortem alii insequuti sunt Caesares* [*ac consules* inserit cod. Reg.], *qui alias notas instituerunt, ut in dies se nobis ostendunt, et ex lucubratione mea, quam Antiquarium appellari placuit, cognosci et perspici poterit. Vobis autem amicis meis, quos precipuos habeo, hoc opusculum dedicavi et nomini vestro consecravi, ut tanquam censores et emendetis et corrigatis, ne municeps vester Michael Ferrarinus Regiensis religiosus Carmelita divae Mariae frustra in scrutandis talibus rebus elaborasse videatur. Avete et valete.* In codice Regiensi eadem praefatio est, nisi quod inscriptio deest et post verba *perspici poterit* ita pergitur: *Tibi autem* (sequitur in codice hoc plane ut in Antiquarii praefatione spatium vacuum Maecenatis nomini recipiendo destinatum neque expletum) *huius opusculi, quod ante paucos dies quibusdam amicis meis patriciis Regiensibus ac conterraneis D. Albertino Corrigio et Thomae Pignoto virtuti eorum consecraveram copiam facio, ut opus Antiquarium tibi dicatum donatum et consecratum facilius intelligere possis, et ne* (sequitur rursus spatium vacuum) *servulus Michael Fabricius Ferrarinus Regiensis religiosus Carmelita divae Mariae frustra in scrutandis talibus rebus elaborasse videatur. Ave et vale ac virtutum cultoribus memor et* (reliqua pars paginae vacua est). — In editione post dedicationem haec leguntur: *aeterno immortaliq. maxumo deo gratiae agendae sunt et operi flendae vetustatis illuminato,* quae a codice absunt.

** Redeunt ibi notae de quibus supra diximus *R·REG·, R·FERRARIN·* acceditque tertia haec: *C·REGIEN·P·R·FID· civitas Regiensium populo Romano fidissima.*

excellentissimo Leonardo Lauretano' (foll. 20. 4⁰), deinde *'Romae per Iacobum Mazochium bibliopo. acha.* (sic) *Romae anno domini M·CCCCC·VIIII die XXV. Aprilis'* (foll. 20. 4⁰). — Repetivit item Ferrarinianam editionem Mariangelus Accursius, sed immutatam et aliquantum emendatam. Cuius notarum recensio extat scripta in libro bibliothecae Ambrosianae O. 125 sup. adiecto die 'Neapoli in nonis Maiis 1402' (imo 1502), impressa ante Mazochianum corpus editum Romae a. 1521, quod inscribitur *epigrammata antiquae urbis.* Cuius in praefatione praedicatur Accursius 'vetustatis observantissimus iuvenis' propter Probum 'infinitis antea locis corruptum mancum atque inversum', iam 'ex vetustioribus codicibus summa diligentia percognitum instauratumque', nec sine idonea causa. Nam probe distinxisse eum Probi commentarium antiquum a notarum laterculo recentissimo ostendit inscriptio libelli, quae ab editore pessumdata in codice haec est: *Valerii Probi grammatici celeberrimi de regulis iuris notarum* (superscribitur: *de interpretandis Romanorum litteris*) *opusculum cum significatione antiquarum litterarum et breviatura antiqua.* Subicitur Probus genuinus, non, ut apud Ferrarinum, omissione maioris partis secundi capitis et reliquorum divulsione corruptus, sed integritati suae suoque ordini restitutus; apparetque ex inscriptione illa quae est *de regulis iuris notarum* Accursium librum adhibuisse aut ipsum Vaticanum 2725 aut eius similem et eius ope expulisse Ferrarinianas sordes. Sequitur notarum laterculus alphabetico ordine digestus, quem non ad Probum auctorem relatum esse ab Accursio ostendit praescriptio huius partis, quae talis est in codice: *Significatio antiquarum litterarum et breviaturae antiquae.* Ipsum autem laterculum ita ordinavit Accursius, ut quae ad Marcanovanum adiecerant tam Iucundus quam Ferrarinus, ea coniungeret, eiectis tamen nimis ineptis et plane perversis.* — Quae mox secuta est tertia editio Tacuiniana: *'M. Val. Probus de notis Roma. ex codice manuscripto castigatior auctiorque quam unquam antea factus'* (Venetiis in aedibus Iohannis Tacuini Tridinensis mense Februario MDXXV. foll. 81. 4⁰), auxit ea quidem omnino libellum, sed nec retinuit omnia ab Accursio recte constituta (nam adsunt quidem post praefationem quae antea omissa fuerant Probi genuini § 2, 1—24 cum sua clausula, at § 3. 4. 5 leguntur non suo loco, sed ut apud Ferrarinium post laterculum alphabeticum) et quae addidit ad laterculum hunc, aut petita ex laterculis Iucundiano et Ferrariniano aut aliunde arrepta, vulgaria sunt et infimae notae, ut exempli causa in littera A *A·C·V a claro viro* et *A.F.P.R aptum fide Publii Rutilii vel ante factum post relatum vel Aemilius fecit, plectitur Rutilius* (ex Cic. de orat. 2, 69, 280). Praeterea qui hanc editionem curavit notas adhuc dispositas per primas tantum litteras ad accuratiorem litterarum ordinem revocavit. — Novi nihil attulerunt quae extra Italiam curatae sunt Valerii Probi qui dicitur notarum libelli editiones, quales sunt syllogae Apianae (Ingolstadii 1534) adiuncta, quae ad Accursium maxime se applicuit, adhibuit praeterea Tacuinianam tertiam, praefationes Probi suppressit, Theodori Gresemundi complures (e. c. Oppenheimii 1510. 4⁰, Basil. 1532. 4⁰), Gothofrediana (1585), Lindenbrogiana (Lugd. Bat. 1599. 8⁰), Putschiana (1605); exhibent enim omnes eum de quo diximus ex Probo genuino laterculoque a Marcanovae instituto et subinde a posterioribus expleto elaboratum centonem, secutae maxime Venetam a. 1525. — Postremus qui accessit ad libelli illius crisin homo Danus Henricus Ernstius, cuius recensio scripta extat in codice bibliothecae Erlangensis n. 891, typis expressa prodiit Sorae a. 1647. 4⁰ repetita postea in the-

* Accursii litteram A, qualem edidit Mazochius, qui cum supra propositis specimenibus contulerit, reperiet primam partem convenire fere cum Marcanova adiunctis supplementis Iucundi et Ferrarini, secundam (*a bono viro — a tergo*) cum Iucundo, nisi quod eiecit Accursius notas qualis est *AP·IVD· apud Iudeam*, tertiam (*apud agrum locum monumenti — a cubiculo Augustorum*) cum Ferrarino.

sauri Meermanniani volumine primo, cum usus sit editionibus antiquis tribus Romana Veneta Accursiana librisque scriptis duobus altero Laurentii Pignoriae, postea Alexandri Estii patricii Patavini, altero eoque ut ait vetustissimo Antonii Seripandi aliquando, postea ab ipso Ernstio Neapoli empti, his molimentis plane indignum opus effecit et ita egit, ut fidem hominis ne accuses, summae stultitiae eum arguere cogaris. Nam ut mittam Pignorianum librum, cui ipse Ernstius non multum tribuit, descriptum omnino ex Marcanovae exemplo hodie Mutinensi, quod constat apud Pinellium vidisse et excussisse Pignoriam, vetustissimus ille si diis placet Seripandianus sane non fuit particula casu aliquo soluta ex grammatici argumenti codice summae vetustatis olim Bobiensi, postea Neapolitano, hodie Vindobonensi (n. 16 Endl.), id quod suspicati sunt Eichenfeldius et Endlicherus (anal. gramm. p. XVI), sed si quidem extitit, scriptus sit necesse est post Ferrarinum saeculo XV vel XVI. Nam notarum laterculum, quem inde vel maxime exhibuit Ernstius, in summa re non diversum esse a Ferrariniano comparatio instituta docuit; exempli causa notam *DOMICius COnSul LVDos SACros Faciundum Curavit*, quam adfuisse in suo vetusto codice Ernstius testatur diserte (p. 127), petitam eam ex Domitiani notissimo nummo iisdemque verbis relatam tam apud Iucundum quam apud Ferrarinium (v. p. 349 n.) quis credet in eiusmodi tabulam recipi potuisse ante saeculum decimum quintum? Denique in quibus discedit a Ferrarino codex Ernstianus, ut quod laterculum in capita dividit non editio sola Ernstiana, sed ipse ille de quo agimus liber scriptus, sane ea prae se ferunt non verae antiquitatis indolem genuinam, sed recentissimae interpolationis non dubia indicia. — Totum autem Probum quem dicunt alphabeticum abiciendum esse ego demonstravi in commentario actis societatis Saxonicae (a. 1853 p. 91 sq.) inserto. Hoc autem loco quamquam personatus ille Probus potuit simpliciter praetermitti (neque enim iam verendum est, ne non spernant deinceps commentum illud viri docti), tamen magis visum est rem denuo retractare, primum quia erroris per quattuor saecula propagati notitia aliqua adhuc non recte carebitur, deinde quod notarum illi laterculi saeculi decimi quinti etsi per se inutiles sunt, tamen ab iis, qui in eius saeculi inscriptionum syllogas ordinandas inquirunt, ad tempora recte constituenda crisinque earum exercendam non sine fructu aliquo adhibebuntur.* — Gothofredianam autem 'notarum et litterarum singularium — tam in antiquis inscriptionibus quam in nummis explanationem' (p. 1527—1546) recens concinnatam esse ideo moneo, quod qui hac aetate notarum laterculis a plerisque neglectis prae ceteris curam impendit Goeschenus nescio quo errore (in praef. ad Gaium ed. 1842 p. XXXXVI) antiquis eam adnumeravit.

* Eorum causa, si qui forte erunt, qui in hanc de notarum laterculis quaestionem denuo inquirent, codices aliquot designabo, quos ad eam aliquo modo pertinere amici ad me rettulerunt, adhuc non examinatos: Romae Vat. 2713. Urbin. 452. Ottobon. 874 (vide supra p. 270). 3091. Parisiis Reg. 6117 (5985 Jesus). Neapoli Lat. n. 291. Accedunt codices Isidoriani notarum laterculo aucti, ut sunt Vatic. 623. Vat. Ottob. 477, de quibus supra diximus p. 303.

DONATI

ARS GRAMMATICA.

L codex Leidensis bibliothecae publicae 122, cuius integra scriptura in utraque arte exhibita est.

S codex Berolinensis Santenii 66. 4, cuius scriptura in maiore arte adscripta est. in minore arte quaedam excerpta exhibet, ex quibus pauca adscripta sunt.

P codex Parisinus Sangermanensis 1180 in maiore arte adhibitus.

lsp codicum *LSP* manus secunda.

M codex Monacensis Emmeramus G. 121 in principio mutilus, qui in minore arte tantum adhibitus est.

ϛ editiones interpolatae, ex quibus pauca tantum in maiore arte adscripta sunt.

DONATI DE PARTIBVS ORATIONIS ARS MINOR.

Partes orationis quot sunt? Octo. Quae? Nomen pronomen verbum adverbium participium coniunctio praepositio interiectio.

DE NOMINE.

Nomen quid est? Pars orationis cum casu corpus aut rem proprie communiterve significans. Nomini quot accidunt? Sex. Quae? Qualitas conparatio genus numerus figura casus. Qualitas nominum in quo est? Bipertita est: aut enim unius nomen est et proprium dicitur, aut multorum et appellativum. Conparationis gradus quot sunt? Tres. Qui? Positivus, ut doctus, conparativus, ut doctior, superlativus, ut doctissimus. Quae nomina conparantur? Appellativa dumtaxat qualitatem aut quantitatem significantia. Conparativus gradus cui casui servit? Ablativo sine praepositione: dicimus enim ‘doctior illo’. Superlativus cui? Genetivo tantum plurali: dicimus enim ‘doctissimus poetarum’. Genera nominum quot sunt? Quattuor. Quae? Masculinum, ut hic magister, femininum, ut haec Musa, neutrum, ut hoc scamnum, commune, ut hic et haec sacerdos. est praeterea trium generum, quod omne dicitur, ut hic et haec et hoc felix; est epicoenon, id est promiscuum, ut passer aquila. Numeri nominum quot sunt? Duo. Qui? Singularis, ut hic magister, pluralis, ut hi magistri. Figurae nominum quot sunt? Duae. Quae? Simplex, ut decens potens, conposita, ut indecens inpotens. Quibus modis nomina conponuntur? Quattuor: ex duobus integris, ut suburbanus; ex duobus corruptis, ut efficax municeps; ex integro et corrupto, ut insulsus; ex corrupto et integro, ut nugigerulus; aliquando ex conpluribus, ut inexpugnabilis inperterritus. Casus nominum quot sunt? Sex. Qui? Nominativus genetivus dativus accusativus vocativus ablativus. per hos omnium generum nomina pronomina participia declinantur hoc modo.

Magister nomen appellativum generis masculini numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic: nomina-

1 ARS DONATI GRAMMATICI URBIS ROME Partes *L* DE NOMINE DICIT DONATUS Partes *S* 4 DE NOMINE *om. L* 18 epikenon id est promiscuum *l* epikenon . . . . . promiscuum *L* aquila *L* aquila mustela miluus *l*

tivo hic magister, genetivo huius magistri, dativo huic magistro, accusativo hunc magistrum, ablativo ab hoc magistro; et pluraliter nominativo hi magistri, genetivo horum magistrorum, dativo his magistris, accusativo hos magistros, vocativo o magistri, ablativo ab his magistris. Musa nomen appellativum generis feminini numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic: nominativo haec Musa, genetivo huius Musae, dativo huic Musae, accusativo hanc Musam, vocativo o Musa, ablativo ab hac Musa; et pluraliter nominativo hae Musae, genetivo harum Musarum, dativo his Musis, accusativo has Musas, vocativo o Musae, ablativo ab his Musis. scamnum nomen appellativum generis neutri numeri singularis figurae simplicis casus nominativi accusativi et vocativi, quod declinabitur sic: nominativo hoc scamnum, genetivo huius scamni, dativo huic scamno, accusativo hoc scamnum, vocativo o scamnum, ablativo ab hoc scamno; et pluraliter nominativo haec scamna, genetivo horum scamnorum, dativo his scamnis, accusativo haec scamna, vocativo o scamna, ablativo ab his scamnis. sacerdos nomen appellativum generis communis numeri singularis figurae conpositae casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic: nominativo hic et haec sacerdos, genetivo huius sacerdotis, dativo huic sacerdoti, accusativo hunc et hanc sacerdotem, vocativo o sacerdos, ablativo ab hoc et ab hac sacerdote; et pluraliter nominativo hi et hae sacerdotes, genetivo horum et harum sacerdotum, dativo his sacerdotibus, accusativo hos et has sacerdotes, vocativo o sacerdotes, ablativo ab his sacerdotibus. felix nomen appellativum generis omnis numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic: nominativo hic et haec et hoc felix, genetivo huius felicis, dativo huic felici, accusativo hunc et hanc felicem et hoc felix, vocativo o felix, ablativo ab hoc et ab hac et ab hoc felice vel felici; et pluraliter nominativo hi et hae felices et haec felicia, genetivo horum et harum et horum felicium, dativo his felicibus, accusativo hos et has felices et haec felicia, vocativo o felices et o felicia, ablativo ab his felicibus.

Quaecumque nomina ablativo casu singulari a vel o fuerint terminata genetivum pluralem in quid mittunt? In rum, dativum et ablativum in is. Quaecumque nomina ablativo casu singulari e vel i vel u fuerint terminata genetivum pluralem in quid mittunt? Si e correpta fuerit, in um; si producta, in rum; si i fuerit, in ium; si u, in uum geminata u littera. Dativum et ablativum in quid mittunt? In bus omnia.

36 in bus omnia. Declinationes nominum, quae in genitiuo casu singulari requiruntur, quot sunt? V. Prima quae est? cuius genitiuus singularis in ae diptongon desinit, ut haec musa huius musae, et est (semper *add. al. man.*) producta. Secunda quae est? cuius genitiuus singularis in i productum desinit, ut hic magister huius magistri. Tertia quae est? cuius genitiuus singularis in is correptam desinit, ut hic pater huius patris. Quarta quae est? cuius genitiuus singularis in us uel in u productam desinit, ut haec manus huius manus et hoc cornu huius cornu. Quinta quae est? cuius genitiuus singularis in ei diuisas desinit, ut hic dies huius diei et hic meridies huius meridiei, et est semper producta *M: cf. Serv. in Don, p.* 1783.

DE PRONOMINE.

Pronomen quid est? Pars orationis, quae pro nomine posita tantundem paene significat personamque interdum recipit. Pronomini quot accidunt? Sex. Quae? Qualitas genus numerus figura persona casus. Qualitas pronominum in quo est? Bipertita est: aut enim finita sunt pronomina aut infinita. Quae sunt finita? Quae recipiunt personas, ut ego tu ille. Quae sunt infinita? Quae non recipiunt personas, ut quis quae quod. Genera pronominum quae sunt? Eadem fere quae et nominum: masculinum, ut quis, femininum, ut quae, neutrum, ut quod, commune, ut qualis talis, trium generum, ut ego tu. Numeri pronominum quot sunt? Duo. Qui? Singularis, ut hic, pluralis, ut hi. Figurae pronominum quot sunt? Duae. Quae? Simplex, ut quis, conposita, ut quisquis. Personae pronominum quot sunt? Tres. Quae? Prima, ut ego, secunda, ut tu, tertia, ut ille. Casus item pronominum quot sunt? Sex, quem ad modum et nominum, per quos omnium generum pronomina inflèctuntur hoc modo.

Ego pronomen finitum generis omnis numeri singularis figurae simplicis personae primae casus nominativi, quod declinabitur sic: ego mei vel mis mihi me a me, et pluraliter nos nostrum vel nostri nobis nos o a nobis: personae secundae generis omnis numeri singularis tu tui vel tis tibi te o a te, et pluraliter vos vestrum vel vestri vobis vos o a vobis: personae tertiae generis masculini numeri singularis ille illius illi illum ab illo, et pluraliter illi illorum illis illos ab illis; generis feminini numeri singularis illa illius illi illam ab illa, et pluraliter illae illarum illis illas ab illis; generis neutri numeri singularis illud illius illi illud ab illo, et pluraliter illa illorum illis illa ab illis. minus quam finita generis masculini numeri singularis ipse ipsius ipsi ipsum ab ipso, et pluraliter ipsi ipsorum ipsis ipsos ab ipsis; generis feminini numeri singularis ipsa ipsius ipsi ipsam ab ipsa, et pluraliter ipsae ipsarum ipsis ipsas ab ipsis; generis neutri numeri singularis ipsum ipsius ipsi ipsum ab ipso, et pluraliter ipsa ipsorum ipsis ipsa ab ipsis. item minus quam finita generis masculini numeri singularis iste istius isti istum ab isto, et pluraliter isti istorum istis istos ab istis; generis feminini numeri singularis ista istius isti istam ab ista, et pluraliter istae istarum istis istas ab istis; generis neutri numeri singularis istud istius isti istud ab isto, et pluraliter ista istorum istis ista ab istis. item articulare praepositivum vel demonstrativum generis masculini numeri singularis hic huius huic hunc o ab hoc, et pluraliter hi horum his hos o ab his; generis feminini numeri singularis haec huius huic

8 quae sunt] quot sunt *M* 14 et *om. L, add. M* 15 omnium generum pronomen inflectitur hoc modo *L* omnium generum nomina pronomina participia inflectuntur hoc modo *M* 17 sic ego *M* sic Nominativo ego *L* 18 me o a me *M: sed* o *recentiore manu additum esse videtur* 20 a vobis] personae tertiae generis omnis numeri communis sui sibi se a se, et pluraliter sui sibi se a se *add. l:* a uobis Sui sibi se a se et pluraliter sui sibi se a se *M* 21 illum o ab illo *M: item in reliquis pronominibus vocativum casum addit M*

hanc o ab hac, et pluraliter hae harum his has o ab his; generis neutri numeri singularis hoc huius huic hoc o ab hoc, et pluraliter haec horum his haec o ab his. item subiunctivum vel relativum generis masculini numeri singularis is eius ei eum ab eo, et pluraliter ei eorum eis eos ab eis; generis feminini numeri singularis ea eius eī eam ab ea, et pluraliter eae earum eis eas ab eis; generis neutri numeri singularis id eius ei id ab eo, et pluraliter ea eorum eis ea ab eis. item infinita generis masculini numeri singularis quis cuius cui quem a quo vel a qui, et pluraliter qui quorum quis vel quibus quos a quis vel a quibus; generis feminini numeri singularis quae cuius cui quam a qua vel a qui, et pluraliter quae quarum quis vel quibus quas a quis vel a quibus; generis neutri numeri singularis quod cuius cui quod a quo vel a qui, et pluraliter quae quorum quis vel quibus quae a quis vel a quibus. item possessiva finita ad aliquid dicta ex utraque parte singularia generis masculini meus mei meo meum o a meo, et pluraliter ex altera parte mei meorum meis meos o a meis; generis feminini numeri singularis mea meae meae meam o a mea, et pluraliter meae mearum meis meas o a meis; generis neutri numeri singularis meum mei meo meum o a meo, et pluraliter mea meorum meis mea o a meis: personae secundae generis masculini numeri singularis tuus tui tuo tuum a tuo, et pluraliter tui tuorum tuis tuos a tuis; generis feminini numeri singularis tua tuae tuae tuam a tua, et pluraliter tuae tuarum tuis tuas a tuis; generis neutri numeri singularis tuum tui tuo tuum a tuo, et pluraliter tua tuorum tuis tua a tuis: personae tertiae generis masculini numeri singularis suus sui suo suum a suo, et pluraliter sui suorum suis suos a suis; generis feminini numeri singularis sua suae suae suam a sua, et pluraliter suae suarum suis suas a suis; generis neutri numeri singularis suum sui suo suum a suo, et pluraliter sua suorum suis sua a suis. item possessiva finita ad aliquid dicta ex altera parte pluralia generis masculini noster nostri nostro nostrum o a nostro, et pluraliter ex utraque parte nostri nostrorum nostris nostros o a nostris; generis feminini numeri singularis nostra nostrae nostrae nostram o a nostra, et pluraliter nostrae nostrarum nostris nostras o a nostris; generis neutri numeri singularis nostrum nostri nostro nostrum o a nostro, et pluraliter nostra nostrorum nostris nostra o a nostris: personae secundae generis masculini numeri singularis vester vestri vestro vestrum a vestro, et pluraliter vestri vestrorum vestris vestros a vestris; generis feminini numeri singularis vestra vestrae vestrae vestram a vestra, et pluraliter vestrae vestrarum vestris vestras a vestris; generis neutri numeri singularis vestrum vestri vestro vestrum a vestro, et pluraliter vestra vestrorum vestris vestra a vestris.

Da horum conposita. Egomet, tute, illic, istic, idem masculino genere

6 heae *L* 8 quis uel qui cuius *M* 10 quae *L* quae uel qua *l* 12 quod *L* quod uel quid *lM* quod *L* quod uel quid *lM* 40 Da horum composita ut egomet tutemet (sibimet *add. al. man.*) illic istic illicine isticine (illinc istinc hiccine

productum, neutro correptum, quisquis, quisnam, quispiam, aliquis et cetera.

DE VERBO.

Verbum quid est? Pars orationis cum tempore et persona sine casu aut agere aliquid aut pati aut neutrum significans. Verbo quot accidunt? Septem. Quae? Qualitas coniugatio genus numerus figura tempus persona. Qualitas verborum in quo est? In modis et in formis. Modi qui sunt? Indicativus, ut lego, imperativus, ut lege, optativus, ut utinam legerem, coniunctivus, ut cum legam, infinitivus, ut legere, inpersonalis, ut legitur. Formae verborum quot sunt? Quattuor. Quae? Perfecta, ut lego, meditativa, ut lecturio, frequentativa, ut lectito, inchoativa, ut fervesco calesco. Coniugationes verborum quot sunt? Tres. Quae? Prima secunda tertia. Prima quae est? Quae indicativo modo tempore praesenti numero singulari secunda persona verbo activo et neutrali a productam habet ante novissimam litteram, passivo communi et deponenti ante novissimam syllabam, ut amo amas, amor amaris; et futurum tempus eiusdem modi in bo et in bor syllabam mittit, ut amo amabo, amor amabor. Secunda quae est? Quae indicativo modo tempore praesenti numero singulari secunda persona verbo activo et neutrali e productam habet ante novissimam litteram, passivo communi et deponenti ante novissimam syllabam, ut doceo doces, doceor doceris; et futurum tempus eiusdem modi in bo et in bor syllabam mittit, ut doceo docebo, doceor docebor. Tertia quae est? Quae indicativo modo tempore praesenti numero singulari secunda persona verbo activo et neutrali i correptam vel i productam habet ante novissimam litteram, passivo communi et deponenti pro i littera e correptam vel i productam habet ante novissimam syllabam, ut lego legis, legor legeris, audio audis, audior audiris; et futurum tempus eiusdem modi in am et in ar syllabam mittit, ut lego legam, legor legar, audio audiam, audior audiar. haec in imperativo et in infinitivo statim discerni possunt, utrum i littera correpta sit an producta. nam correpta i littera in e convertitur; producta si fuerit, non mutatur. Quando tertia coniugatio futurum tempus non in am tantum sed etiam in bo mittit? Interdum, cum i litteram non correptam habuerit sed productam, ut eo is ibo, queo quis quibo. Genera verborum quot sunt? Quinque. Quae? Activa passiva neutra deponentia communia. Activa quae sunt? Quae in o desinunt et accepta r littera faciunt ex se passiva, ut lego legor. Passiva quae sunt? Quae in r desinunt et ea dempta redeunt in activa, ut legor lego. Neutra quae sunt?

hocciue *add. al. man.*) idem masculino genere productum neutro correptum ut quisquis *M* 1 producte neutro correpte *L* 24 i correptam habet uel i productam *L* i productam uel i correptam habet *M* 29 nec non imperativus quoque et infinitivus e correptam habentes, sicut etiam Donatus docet, manifestissime id ostendunt *Priscianus p.* 1225 utrum i litteram correptam habeant an productam *M* 31 mutabitur est quando *M* 33 quibo et eam uel queam *M*

Quae in o desinunt, ut activa, sed accepta r littera Latina non sunt, ut sto curro: stor curror non dicimus. Deponentia quae sunt? Quae in r desinunt, ut passiva, sed ea dempta Latina non sunt, ut luctor loquor. Communia quae sunt? Quae in r desinunt, ut deponentia, sed in duas formas cadunt, patientis et agentis, ut osculor criminor: dicimus enim osculor te et osculor a te, criminor te et criminor a te. Numeri verborum quot sunt? Duo. Qui? Singularis, ut lego, pluralis, ut legimus. Figurae verborum quot sunt? Duae. Quae? Simplex, ut lego, conposita, ut neglego. Tempora verborum quot sunt? Tria. Quae? praesens, ut lego, praeteritum, ut legi, futurum, ut legam. Quot sunt tempora in declinatione verborum? Quinque. Quae? Praesens, ut lego, praeteritum inperfectum, ut legebam, praeteritum perfectum, ut legi, praeteritum plusquamperfectum, ut legeram, futurum, ut legam. Personae verborum quot sunt? Tres. Quae? Prima, ut lego, secunda, ut legis, tertia, ut legit.

Da declinationem verbi activi. Lego verbum activum indicativo modo dictum temporis praesentis numeri singularis figurae simplicis personae primae coniugationis tertiae correptae, quod declinabitur sic: lego legis legit, et pluraliter legimus legitis legunt: eodem modo tempore praeterito inperfecto legebam legebas legebat, et pluraliter legebamus legebatis legebant: eodem modo tempore praeterito perfecto legi legisti legit, et pluraliter legimus legistis legerunt vel legere: eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto legeram legeras legerat, et pluraliter legeramus legeratis legerant: eodem modo tempore futuro legam leges leget, et pluraliter legemus legetis legent. imperativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam lege *vel legas* legat, et pluraliter legamus legite *vel legatis* legant: eodem modo tempore futuro legito *vel legas legito vel legat*, et pluraliter legamus legitote *vel legatis legant vel* legunto vel leguntote. optativo modo tempore praesenti et praeterito inperfecto utinam legerem legeres legeret, et pluraliter utinam legeremus legeretis legerent: eodem modo tempore praeterito perfecto et plusquamperfecto utinam legissem legisses legisset, et pluraliter utinam legissemus legissetis legissent: eodem modo tempore futuro utinam legam legas legat, et pluraliter utinam legamus legatis legant. coniunctivo modo tempore praesenti cum legam legas legat, et pluraliter cum legamus legatis legant: eodem modo tempore praeterito inperfecto cum legerem legeres legeret, et pluraliter cum legeremus legeretis legerent: eodem modo tempore praeterito perfecto cum legerim legeris legerit, et pluraliter cum legerimus legeritis legerint: eodem modo

1 ut sto curro surgo *M* 2 dicimus] sunt praeterea neutropassiva, ut gaudeo gauisus sum, audeo ausus sum, soleo solitus sum, fio factus sum, fido fisus sum *add. l* 16 personae primae *om. L, add. M* 25 *in imperativo modo activi et passivi ea quae inclinatis litteris expressa sunt deleta erant in L, neque constat quid olim scriptum fuerit:* lege legat et pluraliter legamus legite legant *MS* 26 legito tu legito ille et pluraliter legamus legitote legant legunto uel leguntote *M* legito uel legas legat et pluraliter legitote uel legatis legant legunto uel leguntote *S* legito tu legito ille et pluraliter legamus legitote legunto *s*

tempore praeterito plusquamperfecto cum legissem legisses legisset, et pluraliter cum legissemus legissetis legissent: eodem modo tempore futuro cum legero legeris legerit, et pluraliter cum legerimus legeritis legerint. infinitivo modo numeris et personis tempore praesenti et praeterito inperfecto legere, praeterito perfecto et plusquamperfecto legisse, futuro lectum ire vel lecturum esse. verbo inpersonali tempore praesenti legitur, praeterito inperfecto legebatur, praeterito perfecto lectum est vel lectum fuit, praeterito plusquamperfecto lectum erat vel lectum fuerat, futuro legetur. gerendi vel participialia verba sunt haec, legendi legendo legendum lectum lectu. participia trahuntur a verbo activo duo, praesentis temporis et futuri, praesentis legens, futuri lecturus. legor verbum passivum indicativo modo dictum temporis praesentis numeri singularis figurae simplicis personae primae coniugationis tertiae correptae, quod declinabitur sic: legor legeris vel legere legitur, et pluraliter legimur legimini leguntur: eodem modo tempore praeterito inperfecto legebar legebaris vel legebare legebatur, et pluraliter legebamur legebamini legebantur: eodem modo tempore praeterito perfecto lectus sum es est, et pluraliter lecti sumus estis sunt; et ulteriore modo lectus fui fuisti fuit, et pluraliter lecti fuimus fuistis fuerunt vel fuere: eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto lectus eram eras erat, et pluraliter lecti eramus eratis erant; et ulteriore modo lectus fueram fueras fuerat, et pluraliter lecti fueramus fueratis fuerant: eodem modo tempore futuro legar legeris vel legere legetur, et pluraliter legemur legemini legentur. imperativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam *legere vel legaris* legatur, et pluraliter legamur legimini *vel legamini* legantur. eodem modo tempore futuro *legitor vel legaris legitor vel legatur*, et pluraliter legamur legimini *vel legiminor legantur vel* leguntor. optativo modo tempore praesenti et praeterito inperfecto utinam legerer legereris vel legerere legeretur, et pluraliter utinam legeremur legeremini legerentur: eodem modo tempore praeterito perfecto et plusquamperfecto utinam lectus essem esses esset, et pluraliter utinam lecti essemus essetis essent; et ulteriore modo utinam lectus fuissem fuisses fuisset, et pluraliter utinam lecti fuissemus fuissetis fuissent: eodem modo tempore futuro utinam legar legaris vel legare legatur, et pluraliter utinam legamur legamini legantur. coniunctivo modo tempore praesenti cum legar legaris vel legare legatur, et pluraliter cum legamur legamini legantur: eodem modo tempore praeterito inperfecto cum legerer legereris vel legerere legeretur, et pluraliter cum legeremur legeremini legerentur: eodem modo tempore praeterito perfecto cum lectus sim sis sit, et plu-

1 tempore praeterito perfecto et plusquamperfecto cum legissem *M* 4 tempore praesenti legere praeterito legisse *M* 8 *in verbo inpersonali reliquorum modorum declinationem add. M* 9 Gerundia *M* 24 legere legatur et pluraliter legamur legimini (legamini *S*) legantur *MS* 25 legitor tu legitor ille et pluraliter legamur legiminor uel leguntor *M* legitur legatur et pluraliter (legamur *add. s*) legiminor leguntor uel legu ..... (uel leguntote *s*) *S*

raliter cum lecti simus sitis sint; et ulteriore modo cum lectus fuerim fueris fuerit, et pluraliter cum lecti fuerimus fueritis fuerint: eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto cum lectus essem esses esset, et pluraliter cum lecti essemus essetis essent; et ulteriore modo cum lectus fuissem fuisses fuisset, et pluraliter cum lecti fuissemus fuissetis fuissent: eodem modo tempore futuro cum lectus ero eris erit, et pluraliter cum lecti erimus eritis erint, et ulteriore modo cum lectus fuero fueris fuerit, et pluraliter cum lecti fuerimus fueritis fuerint. infinitivo modo numeris et personis tempore praesenti et praeterito inperfecto legi, praeterito perfecto et plusquamperfecto lectum esse vel fuisse, futuro lectum iri. participia trahuntur a verbo passivo duo, praeteriti temporis et futuri, praeteriti lectus, futuri legendus. activi verbi regulam neutrale verbum sequitur, passivi commune et deponens.

DE ADVERBIO.

Adverbium quid est? Pars orationis, quae adiecta verbo significationem eius explanat atque inplet. Adverbio quot accidunt? Tria. Quae? Significatio conparatio figura. Significatio adverbiorum in quo est? Quia sunt aut loci adverbia aut temporis aut numeri aut negandi aut affirmandi aut demonstrandi aut optandi aut hortandi aut ordinis aut interrogandi aut similitudinis aut qualitatis aut quantitatis aut dubitandi aut personalia aut vocandi aut respondendi aut separandi aut iurandi aut eligendi aut congregandi aut prohibendi aut eventus aut conparandi. Da adverbia loci. Vt hic vel ibi, intus vel foris, illic vel inde. Da temporis. Vt hodie nuper aliquando; numeri, ut semel bis; negandi, ut non; affirmandi, ut etiam quinni; demonstrandi, ut en ecce; optandi, ut utinam; hortandi, ut eia; ordinis, ut deinde; interrogandi, ut cur quare quamobrem; similitudinis, ut quasi ceu; qualitatis, ut docte pulchre; quantitatis, ut multum parum; dubitandi, ut forsitan fortasse; personalia, ut mecum tecum secum nobiscum vobiscum; vocandi, ut heus; respondendi, ut heu; separandi, ut seorsum; iurandi; ut edepol, ecastor, hercle, medius fidius; eligendi, ut potius immo; congregandi, ut simul una; prohibendi, ut ne; eventus, ut forte fortuitu; conparandi, ut magis vel tam. Conparatio adverbiorum in

7 erunt *M*: erint, *quod habet L, in declinatione verborum tuentur Probus p.* 163 *sqq. et Claudius Sacerdos p.* 15. 17. 19 *ed. Vind.* 9 tempore praesenti et praeterito inperfecto legi praeterito perfecto et plusquamperfecto lectum esse *M* tempore praesenti legi praeterito lectum esse *L* 19 aut optandi aut ortandi *M* aut hortandi aut optandi *L* 22 aduerbia *M* aduerbium *L* 23 illic *M* illuc *L* ut hodie heri nunc nuper eras aliquando olim *M* ut hodie nunc nuper eras aliquando *S* 24 da numeri ut semel bis ter. da negandi ut non neque. da affirmandi, *itemque in reliquis adverbiis add.* da *M* 25 quinni *LS* quidni *M* 26 deinde deinceps *M* cur quare quamobrem *MS* cur quid quamobrem *L* 27 docte pulchre fortiter *MS* multum parumm *S* multum parum minimum *M* 28 secum *om. L, add. lMS* 29 heus *LM* heos *S* heu *LM* eu *S* 30 ut edepol castor hercle medius fidius *lM* ut uere castor *omissis reliquis videtur fuisse in L* ut°depul castor ercle medius fidius *S* 32 magis uel tam (qua *add. al. man.*) maxime *M*

quo est? In tribus gradibus conparationis, positivo conparativo superlativo. Da adverbium positivi gradus. Vt docte; conparativi, ut doctius; superlativi, ut doctissime. magis doctius et tam doctissime non dicimus, quia magis et tam positivo gradui tantum iungitur, licet veteres dixerint tam magis et quam magis. Figurae adverbiorum quot sunt? Duae. Quae? Simplex et conposita, simplex, ut docte prudenter, conposita, ut indocte inprudenter. adverbia localia vel in loco sunt vel de loco vel ad locum. sed in loco et de loco eandem significationem habent, ut intus sum, intus exeo, foris sum, foris venio. ad locum aliam significationem habent, ut intro eo, foras eo. de intus autem et de foris sic non dicimus, quo modo in foras vel ad foras.

DE PARTICIPIO.

Participium quid est? Pars orationis partem capiens nominis, partem verbi; nominis genera et casus, verbi tempora et significationes, utriusque numerum et figuram. Participio quot accidunt? Sex. Quae? Genus casus tempus significatio numerus figura. Genera participiorum quot sunt? Quattuor. Quae? Masculinum, ut hic lectus, femininum, ut haec lecta, neutrum, ut hoc lectum, commune tribus generibus, ut hic et haec et hoc legens. Casus participiorum quot sunt? Sex. Qui? Nominativus, ut hic legens, genetivus, ut huius legentis, dativus, ut huic legenti, accusativus, ut hunc legentem, vocativus, ut o legens, ablativus, ut ab hoc legente. Tempora participiorum quot sunt? Tria. Quae? Praesens, ut legens, praeteritum, ut lectus, futurum, ut lecturus et legendus. Significationes participiorum in quo sunt? Quia ab activo verbo duo participia veniunt, praesens et futurum, ut legens lecturus; a passivo duo, praeteritum et futurum, ut lectus legendus; a neutro duo, sicut ab activo, praesens et futurum, ut stans staturus, a deponenti tria, praesens praeteritum et futurum, ut loquens locutus locuturus; a communi quattuor, praesens praeteritum et duo futura, ut criminans criminatus criminaturus criminandus. Numeri participiorum quot sunt? Duo. Qui? Singularis, ut hic legens, pluralis, ut hi legentes. Figurae participiorum quot sunt? Duae. Quae? Simplex, ut legens, conposita, ut neglegens. Da declinationem participii. Legens participium veniens a verbo activo temporis praesentis generis omnis numeri singularis figurae simplicis casus nominativi [accusativi] et vocativi, quod declinabitur sic: nominativo hic et haec et hoc legens, genetivo

3 non dicitur *M* 4 positiuo gradui iunguntur *M* 7 uel ad locum uel per locum sed quae in loco *M* 8 intus sum intus eo *S* 9 habet *M* 10 non dicitur *MS* quomodo ad foras uel in foras *M* quomodo a foris (a foras *s*) uel de foras *S* 13 partem uerbi nominis genera et casus uerbi tempora et significationes utriusque *LS* partemque uerbi recipit enim a nomine genera et casus a uerbo tempora et significationes ab utroque *Ms* 15 genus casus tempus significatio numerus et figura *M* genera casus tempora significationes numerus figura *LS* 18 commune tribus generibus *LS* commune trium generum *M* 23 futurum ut lecturus et legendus *M* futurum ut legendus *LS* 34 accusatiui *om. M*

huius legentis, dativo huic legenti, accusativo hunc et hanc legentem et hoc legens, vocativo o legens, ablativo ab hoc et ab hac et ab hoc legente vel legenti; et pluraliter nominativo hi et hae legentes et haec legentia, genetivo horum et harum et horum legentium, dativo his legentibus, accusativo hos et has legentes et haec legentia, vocativo o legentes et o legentia, ablativo ab his legentibus. lecturus lectura lecturum participia venientia a verbo activo temporis futuri generis masculini feminini et neutri numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quae declinabuntur sic: nominativo lecturus lectura lecturum, genetivo lecturi lecturae lecturi, dativo lecturo lecturae lecturo, accusativo lecturum lecturam lecturum, vocativo lecture lectura lecturum, ablativo ab hoc lecturo ab hac lectura ab hoc lecturo; et pluraliter nominativo lecturi lecturae lectura, genetivo lecturorum lecturarum lecturorum, dativo lecturis, accusativo lecturos lecturas lectura, vocativo lecturi lecturae lectura, ablativo ab his lecturis. lectus lecta lectum participia venientia a verbo passivo temporis praeteriti generis masculini feminini et neutri numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quae declinabuntur sic: nominativo lectus lecta lectum, genetivo lecti lectae lecti, dativo lecto lectae lecto, accusativo lectum lectam lectum, vocativo lecte lecta lectum, ablativo ab hoc lecto ab hac lecta ab hoc lecto; et pluraliter nominativo lecti lectae lecta, genetivo lectorum lectarum lectorum, dativo lectis, accusativo lectos lectas lecta, vocativo lecti lectae lecta, ablativo ab his lectis. legendus legenda legendum participia venientia a verbo passivo temporis futuri generis masculini feminini et neutri numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quae declinabuntur sic: nominativo legendus legenda legendum, genetivo legendi legendae legendi, dativo legendo legendae legendo, accusativo legendum legendam legendum, vocativo legende legenda legendum, ablativo ab hoc legendo ab hac legenda ab hoc legendo; et pluraliter nominativo legendi legendae legenda, genetivo legendorum legendarum legendorum, dativo legendis, accusativo legendos legendas legenda, vocativo legendi legendae legenda, ablativo ab his legendis.

DE CONIVNCTIONE.

Coniunctio quid est? Pars orationis adnectens ordinansque sententiam. Coniunctioni quot accidunt? Tria. Quae? Potestas figura ordo. Potestas coniunctionum quot species habet? Quinque. Quas? Copulativas disiunctivas expletivas causales rationales. Da copulativas. Et que at atque ac ast. Da disunctivas. Aut ve vel ne nec neque. Da expletivas. Quidem, equidem, saltim, videlicet, quamquam, quamvis, quoque, autem, porro, porro autem, tamen. Da causales. Si, etsi, etiamsi, si quidem, quando,

37 ne nec neque *L* ne nec an neque *lM* 39 autem porro porro autem (licet *add. l*) tamen (ueruntamen siu autem *add. l*). da causales si etsi (etiam *add. l*) etiamsi (aesi tametsi *add. l*) siquidem *L* autem porro licet tamen uerum tamen. da causa-

quando quidem, quin, quin etiam, quatinus, sin, seu, sive, nam, namque, ni, nisi, nisi si, si enim, etenim, ne, sed, interea, licet, quamobrem, praesertim, item, itemque, ceterum, alioquin, praeterea. Da rationales. Ita, itaque, enim, enimvero, quia, quapropter, quoniam, quoniam quidem, quippe, ergo, ideo, igitur, scilicet, propterea, idcirco. Figurae coniunctionum quot sunt? Duae. Quae? Simplex, ut nam, conposita, ut namque. Ordo coniunctionum in quo est? Quia aut praepositivae coniunctiones sunt, ut ac ast, aut subiunctivae, ut que autem, aut communes, ut et igitur ergo.

DE PRAEPOSITIONE.

Praepositio quid est? Pars orationis quae praeposita aliis partibus orationis significationem earum aut conplet aut mutat aut minuit. Praepositioni quot accidunt? Vnum. Quid? Casus tantum. Quot? Duo. Qui? Accusativus et ablativus. Da praepositiones casus accusativi. Ad apud ante adversum cis citra circum circa contra erga extra inter intra infra iuxta ob pone per prope secundum post trans ultra praeter propter supra usque penes. Quo modo? Dicimus enim ad patrem, apud villam, ante aedes, adversum inimicos, cis Renum, citra forum, circum vicinos, circa templum, contra hostem, erga propinquos, extra terminos, inter naves, intra moenia, infra tectum, iuxta macellum, ob augurium, pone tribunal, per parietem, prope fenestram, secundum fores, post tergum, trans ripam, ultra fines, praeter officium, propter rem, supra caelum, usque Oceanum, penes arbitros. Da praepositiones casus ablativi. A ab abs cum coram clam de e ex pro prae palam sine absque tenus. Quo modo? Dicimus enim a domo, ab homine, abs quolibet, cum exercitu, coram testibus, clam custodibus, de foro, e iure, ex praefectura, pro clientibus, prae timore, palam omnibus, sine labore, absque iniuria, tenus pube, quod nos dicimus pube tenus. Da utriusque casus praepositiones. In sub super subter. In et sub quando accusativo casui iunguntur? Quando vel nos vel quoslibet in locum ire isse ituros esse significamus. Quando ablativo? Quando vel nos vel quoslibet in loco esse fuisse futuros esse significamus. in accusativi casus, ‘itur in antiquam silvam’; in ablativi casus, ‘stans celsa in puppi’: sub accusativi casus, ‘postesque sub ipsos Nitun-

les si etsi etiam etiamsi acsi tametsi si siquidem *M* 1 sive] neue *add. l* 2 ni nisi nisisi enim etenim ne sed interea quamobrem *M* 5 scilicet uidelicet propterea idcirco *L* scilicet idcirco propterea *M* 8 que ue autem *M* ergo *om. M* 11 significationes *M* 15 prope propter secundum post trans ultra praeter supra propter circiter usque secus penes *M* praeter supra *S* 20 prope fenestram propter disciplinam secundum fores *MS* ultra fines propter officium supra caelum usque oceanum penes arbitros secus uiam quod non est in donato. a ab abs *S* ultra fines praeter officium supra caelum circiter annos usque oceanum secus nos penes arbitros. Quae ex his in loco esse significant? ut apud. Quae ad locum? ut ad. Quo modo? dicimus enim apud amicum sum et ad amicum eo. Da praepositiones casus ablatiui. a ab abs *M* 28 In et sub *om. MS* 31 itur] *Verg. Aen.* VI 179 stans] *Verg. Aen.* III 527. VIII 680. X 261 32 postesque] *Verg. Aen.* II 442

tur gradibus'; sub ablativi casus, 'arma sub adversa posuit radiantia quercu'. Super quam vim habet? Vbi locum significat, magis accusativo casui servit quam ablativo; ubi mentionem alicuius facimus, ablativo tantum, ut 'multa super Priamo rogitans'. In quam vim habet? Etiam tum accusativo casui servit, cum significat contra, ut in adulterum, in desertorem. Subter quam vim habet? Eandem quam superiores ad locum et in loco significantes. Quae praepositiones sunt quae dictionibus serviunt et separari non possunt? Di dis re se am con. Quo modo? Dicimus enim diduco distraho recipio secubo amplector congredior. Quae sunt quae coniungi non possunt? Apud et penes. Quae coniunguntur et separantur? Reliquae omnes.

DE INTERIECTIONE.

Interiectio quid est? Pars orationis significans mentis affectum voce incondita. Interiectioni quid accidit? Tantum significatio. Significatio interiectionis in quo est? Quia aut laetitiam significamus, ut evax, aut dolorem, ut heu, aut admirationem, ut papae, aut metum, ut attat, et siqua sunt similia.

1 arma] *Verg. Aen.* VIII 616 4 multa] *Verg. Aen.* I 750 rogitans sub hectore multa hoc est de priamo et hectore *M* rogitans hoc est de priamo *S* 5 etiam tunc *MS* 6 quam et superiores *M* 7 quae sunt praepositiones quae a dictionibus separari non possunt *M* quae praepositiones sunt quae a dictionis seperari non possunt *S* 9 Dicimus enim *om. LS, add. M* distraho *M* distrao *L* distruo *S* 10 quae iungi *MS* coniungitur *M* iunguntur *Ls*, *om. S* 15 laetitiam mentis significamus *M*

DONATI

GRAMMATICI VRBIS ROMAE

ARS GRAMMATICA.

---

p. 5 L. p. 1735. 36 P.

DE VOCE.

Vox est aer ictus sensibilis auditu, quantum in ipso est. omnis vox aut articulata est aut confusa. articulata est quae litteris conprehendi potest, confusa quae scribi non potest.

DE LITTERA.

Littera est pars minima vocis articulatae. litterarum aliae sunt vocales, aliae consonantes. consonantium aliae sunt semivocales, aliae mutae. vocales sunt quae per se proferuntur et per se syllabam faciunt. sunt autem numero quinque, a e i o u. harum duae, i et u, transeunt in consonantium potestatem, cum aut ipsae inter se geminantur aut cum aliis vocalibus iunguntur, ut Iuno vates. hae etiam mediae dicuntur, quia in quibusdam dictionibus expressum sonum non habent, i, ut vir, u, ut optumus. || extra quam formam u littera interdum nec vocalis nec consonans habetur, cum inter q litteram consonantem et aliquam vocalem constituitur, ut quoniam quidem. huic item digammon adscribi solet, cum sibi ipsa praeponitur, ut servus vulgus. nam i litteram geminari in una syllaba posse plurimi negant. Latinae vocales omnes et produci et corripi possunt. atque his solis adspirari quidam existimant. semivocales sunt quae per se quidem proferuntur, sed per se syllabam non faciunt. sunt autem numero

1 INCIPIUNT MAIORES PARTES DONATI GRAMMATICI. VOX est *codex Sangallensis* 876 DE VOCE VOX est *LSP* 4 DE VOCE] *Diom. p.* 413 8 DE LITTERA] *Diom. p.* 414 *sqq. Mar. Victorin. p.* 2452 11 quae et per se *P* 12 *de* i *et* u *consonantium loco positis Donati testimonio utitur Papirianus Cassiodori p.* 2292, *de medio earundem litterarum sono Priscianus p.* 539 16 u littera] *Beda p.* 2350 18 item] autem *L* digammon *L Diomedes* digamon *S* dygammon *P*; *cf. Priscian.* 1255. digammos *coniecit Lindemannus coll. Pompei p.* 21 *et Serv. in Don. p.* 1827: *aliam definitionem Donato tribuit Sergius cod. Lavant. f.* 55 18 asscribi *L* 19 in una syllaba *P Diomedes Cledonius p.* 1882 in unam syllabam *LS*

p. 5. 6 L. p. 1736. 37 P.

septem, f l m n r s x. ex his una duplex est, x, et liquidae quattuor, l m n r, ex quibus l et r faciunt communem syllabam, et s littera suae cuiusdam potestatis est, quae in metro plerumque vim consonantis amittit. item ex illis f littera superponitur liquidis [l vel r], quem ad modum muta quaelibet, et communem syllabam facit. mutae sunt quae nec per se proferuntur nec per se syllabam faciunt. sunt autem numero novem, b c d g h k p p t. ex his supervacuae quibusdam ‖ videntur k et q; | qui nesciunt, quotiens a sequitur, k litteram praeponendam esse, non c; quotiens u sequitur, per q, non per c scribendum. h interdum consonans interdum adspirationis creditur nota. y et z remanent, quas litteras propter Graeca nomina admisimus: altera namque vocalis, altera est consonans duplex. unde fit, ut quidam putant, Latinas litteras non plures esse quam decem et septem, si quidem ex viginti et tribus una adspirationis nota est, una duplex, duae supervacuae, duae Graecae. accidunt uni cuique litterae tria, nomen figura potestas. quaeritur enim, quid vocetur littera, qua figura sit, quid possit.

DE SYLLABA.

Syllaba est conprehensio litterarum vel unius vocalis enuntiatio temporum capax. syllabarum aliae sunt breves, aliae longae, aliae communes. breves sunt quae et correptam vocalem habent et non desinunt in duas consonantes aut in unam duplicem aut in aliquid quod sit pro duabus consonantibus. longae aut natura sunt aut positione fiunt: natura, cum aut vocalis producitur, ut a o, aut duae vocales iunguntur et diphthongon faciunt, ut ae oe au eu ei: positione, cum correpta vocalis in duas desinit consonantes, ut arma [arcus], aut in unam duplicem, ut axis, aut in alteram consonantem et alteram vocalem loco consonantis positam, ut at Iuno, at Venus, aut in i litteram solam loco consonantis positam [quam

1 liquidae duae l et r ut alii quattuor *corr.* liquidae quattuor *P* 2 ex quibus — syllabam *om. L, add. l* et s — amittit *Beda p.* 2354 3 in metro *Sp Diomedes p.* 417 in metris *LPBeda* admittit *S* ammittit *s* 4 ex illis *S Diomedes* ex illis semiuocalibus VII *L* ex illis septem semiuocalibus *Ps* l vel r *om. L Diomedes: cf. Pompei. p.* 30 quēammodum *L* 7 ex his duae superuacuae inperitis (*corr* quibusdam *p*) uidentur k et q *P* 8 non c *om. L* 9 scribendum esse excepto cur et cum quia u inter q et alteram consonantem sine altera uocali poni non potest. h interdum *P: cf. Serv. in Don. p.* 1829 11 consonans greca duplex *L* 12 putent ς non plus *L* 13 quam decem et octo ς ex his uiginti et tribus *deleto* his *P* nota est h una duplex x duae superuacuae k et q duae graecae y et z *P* 16 quidue possit *P* 17 DE SYLLABA] *Diom. p.* 422 21 aut in unam duplicem *om. Diomedes: cf. Serv. in Don. f.* 168 *Pompei. p.* 40 23 et diphthongon faciunt *om. Diomedes: cf. Beda p.* 2351 24 in duas desinit consonantes ut arma *LS, quibuscum videtur olim consensisse P,* in duas desinit consonantes ut ast aut cum desiuit in unam consonantem et excipitur ab alia consonante ut arma *ps. septem modos syllabarum positione longarum, qui sunt apud Diomedem, in quattuor modos redegit Donatus Servii p.* 1830 *et Pompeii p.* 41: *cf. Mar. Victor. p.* 2473: *sex posuit Beda p.* 2352 25 arcus *om. L* aut in unam duplicem ut axis *hoc loco om.* ς 27 at Venus. aut in unam duplicem, ut dux, aut excipitur ab x duplici consonante, ut axis aut in i ς solam inter duos uocales loco *P* quam non nulli geminant *om. L*

p. 6. 7 L. p. 1738. 39 P.

non nulli geminant], ut ‖

aio te, Aeacida, Romanos vincere posse.

sunt etiam syllabae quae communes dicuntur, cum aut correptam vocalem duae consonantes secuntur, quarum prior aut muta quaepiam est aut f semivocalis et sequens liquida; aut cum correpta vocalis in unam desinit consonantem sequente h, quae plerisque adspirationis videtur nota; aut cum correptam vocalem duae consonantes secuntur, quarum prior s littera est; aut cum partem orationis terminat brevis syllaba, quae in unam desinit consonantem; aut cum pars orationis desinit in longam syllabam, quae diphthongus appellatur, sequente statim vocali; aut cum producta vocalis est vocali altera consequente; aut cum pronomen c littera terminatum vocalis statim subsequitur; aut cum correptam vocalem suscipit z consonans Graeca duplex [aut cum correpta vocalis in unam desinit consonantem sequente statim vocali in eadem dictione]. longa syllaba duo tempora habet, brevis unum. syllaba apud metricos semipes nominatur.

DE PEDIBVS.

Pes est syllabarum et temporum certa dinumeratio. accidunt uni cuique pedi arsis et thesis, numerus syllabarum, tempus, resolutio, figura, metrum. pedes disyllabi sunt quattuor, trisyllabi octo, duplices sedecim. ergo disyllabi quattuor hi sunt, pyrrichius ex duabus brevibus temporum duum, ut fuga; | huic contrarius est spondeus ex duabus longis temporum quattuor, ut aestas: iambus ex brevi et longa temporum trium, ut parens;| huic contrarius est trochaeus ex longa et brevi temporum trium, ut meta. trisyllabi octo hi sunt, tribrachys ex tribus brevibus temporum trium, ut macula; huic contrarius est molossus ex tribus longis temporum sex, ut

2 aio] *Enn. annal.* VI 186 *ed. Vahl.* aecida *s* aecid. *S* romanus *corr.* -os *S* 3 etiam] autem *L* 5 liquida ut uasto cyclopis in antro (*Verg. Aen.* III 617) et uastos ab rupe cyclopas (*Verg. Aen.* III 647) aut *P: exemplis et hic et postea in P additis utuntur interpretes Donati, Servius f.* 168*, *Sergius cod. Lavant. f.* 55*, *Pompeius p.* 46 *sqq.* 6 quae a plerisque aspirationis uidetur uel creditur nota *L* nota ut quisquis honus tumuli (*Verg. Aen.* X 493) ..... uersaque inuencum terga fatigamus hasta (*Verg. Aen.* VIIII 609) aut *P* 7 prior *om. L* littera est ut ponite spes sibi quisque (*Verg. Aen.* XI 309) et unde spissa coma (*Terentian.* 1103) aut *P* 9 consonantem ut at tibi thymbre caput euandrius abstulit ensis (*Verg. Aen.* X 394) aut *P* desinit *post* orationis *om. S, add. s* syllabam *om. SP* 10 uocali altera *L:* uocali ut insulae ionio in magno (*Verg. Aen.* III 211) et musae aonides aut *P* cum producta vocalis] *Beda p.* 2554 11 sequente sub ilio alto (*Verg. Aen.* V 261) et a ego infelix aut *P* terminatur *S*: terminatur et vocalis statim subsequitur *Iulianus* subsequatur *S* : subsequitur ut hoc erat alma parens (*Verg. Aen.* II 664) et hic uir hic est (*Verg. Aen.* VI 792) aut *P* 12 correpta uocales suscepit z graeca *S* 13 duplex ut nemorosa zachintus (*Verg. Aen.* III 270) et mezenti ducis exuuias (*Verg. Aen.* XI 7) longa *P. ea quae omissa sunt*, aut — dictione, *addidit p. omissa sunt haec etiam ab interpretibus Donati, Servio Sergio Pompeio Cledonio Iuliano. videntur autem pertinere ad eum modum communium syllabarum, 'quo correpta vocalis desinit in consonantem et excipitur principali littera u', ut ait Charisius p.* 4, *de quo genere dixit etiam Pompeius p.* 53 uocali altera *L* 17 denumeratio *S* 22 aetas *S* 23 maeta *L* moeta *S* 24 tribrachis *LSP*

p. 7. 8 L. p. 1739. 40 P.

Aeneas: anapaestus ex duabus brevibus et longa temporum quattuor, ut Erato; huic contrarius est dactylus ex longa et duabus brevibus temporum quattuor, ut Maenalus: amphibrachys ex brevi et longa et brevi temporum quattuor, ut carina; huic contrarius est amphimacrus ex longa et brevi et longa temporum quinque, ut insulae: bacchius ex brevi et duabus longis temporum quinque, ut Achates; huic contrarius est antibacchius ex duabus longis et brevi temporum quinque, ut natura. duplices sedecim hi sunt, proceleumaticus ex quattuor brevibus temporum quattuor, ut avicula; huic contrarius est dispondeus ex quattuor longis temporum octo, ut oratores: diiambus ex duobus iambis temporum sex, ut propinquitas; huic contrarius est ditrochaeus ex duobus trochaeis temporum sex, ut cantilena: antispastus ex brevi et duabus longis et brevi temporum sex, ut Saloninus; huic contrarius est choriambus ex longa et duabus brevibus et longa temporum sex, ut armipotens: ionicus minor ex duabus brevibus et duabus longis temporum sex, ut Diomedes; huic contrarius est ionicus maior ex duabus longis et duabus brevibus temporum sex, ut Iunonius: paeon primus ex prima longa et tribus brevibus temporum quinque, ut legitimus, paeon secundus ex secunda longa et || tribus brevibus temporum quinque, ut colonia, paeon tertius ex tertia longa et tribus brevibus temporum quinque, ut Menedemus, paeon quartus ex quarta longa et tribus brevibus temporum quinque, ut celeritas; his contrarii sunt quattuor epitriti, epitritus primus ex prima brevi et tribus longis temporum septem, ut sacerdotes, epitritus secundus ex secunda brevi et tribus longis temporum septem, ut conditores, epitritus tertius ex tertia brevi et tribus longis temporum septem, ut Demosthenes, epitritus quartus ex quarta brevi et tribus longis temporum septem, ut Fescenninus.

Ex his deinceps alii pedes synzugiaeve nascuntur. nam quem ad modum pedes disyllabi quattuor geminati sedecim duplices faciunt, ita idem cum trisyllabis iuncti triginta et duos | de se reddunt. trisyllabi vero cum trisyllabis geminati sexaginta et quattuor colliguntur. atque excepto amphibracho [quem metrici informem et inconditum iudicant] et epitrito, quorum alterum tripla, alterum epitrita divisione partimur, universorum pedum trina condicio reperitur. in aliis enim aequa divisio est, in aliis dupla, in aliis sescupla; et prima dactylica, secunda iambica, tertia paeonica nominatur. sunt in uno quoque metro pedes legitimi, sunt nothi. simplices pedes non amplius quam ternas syllabas, duplices non amplius quam senas habent.

3 amphibrachis *LSP* 6 antibacchius uel palimbacchius *P* 21 quattuor epitriti *S* hi *LP* 27 Ex his — 34 nominatur *Diom. p.* 476: exhinc *S* synzugiaeue *Diomedes* sinzigiae . . *L* sinzygiae *P* sinzugiae *S* sinzugiaeue *s* 28 disyllabi *om. SP* geminati fiunt UIII duplices sedecim faciunt *deletis v.* fiunt UIII duplices *S* faciunt *L* fiunt *P Diomedes* 29 cum trisyllabis *lp Diomedes* cum tetrasyllabis *P* cum tretasyllabis *S* cum tretrasyllabis *L* 30 colleguntur *S* atque — 33 reperitur *Priscian. p.* 1354 amphibracho *Ps* amphibrachi *SL* 31 quem — iudicant *post* partimur *posita sunt in S, omissa a Diomede et Prisciano* 34 sexcupla *P* sexculpa *S*

DE TONIS.

Tonos alii accentus, alii tenores nominant. toni igitur tres sunt, acutus gravis circumflexus. acutus cum in Graecis dictionibus tria loca teneat, ultimum paenultimum et antepaenultimum, apud Latinos paenultimum et antepaenultimum || tenet, ultimum numquam. circumflexus autem, quotlibet syllabarum sit dictio, non tenebit nisi paenultimum locum. gravis in eadem dictione vel cum acuto vel cum circumflexo poni potest, et hoc illi non est commune cum ceteris. ergo monosyllaba, quae correptam vocalem habebunt, acuto accentu pronuntiabimus, ut fax pix nux; quae productam vocalem habebunt, circumflexo accentu pronuntiabimus, ut res dos spes. in disyllabis, quae priorem productam habuerint et posteriorem correptam, priorem syllabam circumflectemus, ut meta Creta: ubi posterior syllaba producta fuerit, acuemus priorem, sive illa correpta fuerit sive producta, ut nepos leges: ubi ambae breves fuerint, acuemus priorem, ut bonus malus. in trisyllabis et tetrasyllabis et deinceps, si paenultima correpta fuerit, acuemus antepaenultimam, ut Tullius Hostilius: si paenultima positione longa fuerit, ipsa acuetur et antepaenultima gravi accentu pronuntiabitur, ut Catullus Metellus, ita tamen, si positione longa non ex muta et liquida fuerit; nam mutabit accentum, ut latebrae tenebrae: si ultima brevis fuerit, paenultima vero natura longa, paenultima circumflectetur, ut Cethegus perosus: si ultima quoque natura longa fuerit, paenultima acuetur, ut Athenae Mycenae. in compositis dictionibus unus accentus est non minus, quam in una parte orationis, ut malesanus interealoci. accentus in integris dictionibus observantur, in interiectionibus et in peregrinis verbis et in barbaris nominibus nulli certi sunt. accentuum legem vel distinguendi vel pronuntiandi ratio vel discernendae ambiguitatis necessitas saepe conturbat. sane Graeca verba Graecis accentibus efferimus. in Latinis neque acutus accentus in ultima syllaba poni potest nisi discretionis causa, ut in adverbio pone, ideo ne verbum putetur imperativi modi, neque circumflexus || nisi in ea particula, quae est ergo.

Acutus accentus est nota per obliquum ascendens in dexteram partem /, gravis nota a summo in dexteram partem descendens \, circumflexus nota de acuto et gravi facta ∧, longus linea a sinistra in dexteram partem

1 DE TONIS] *Diom. p.* 425 2 Tonos uel accentus *L* 4 paenultimum et antepaenultimum *constanter habent SP*, penultimum et antepenultimum *item constanter L* 6 grauis poni in eadem — cum circumflexo potest hoc *S* 9 habent *L* ut fax pix nux *L* ut fax pax pix nix nux *l* ut pax pix nux *SP* ut fax pix nix *s* ut pax pix nix *Iulianus* 10 habent *L* 12 circumflectimus *SP* moeta *L* creta ubi uel ambae productae uel posterior syllaba producta fuerit uel ambae correptae acuemus priorem syllabam siue (illa *add. s*) correpta fuerit siue producta ut . . . . . reges nepus bonus (ut nepos leges *s*) in trisyllabis *S* 13 correpta sit *L* 15 et tetrasyllabis *om. S* 16 Tullius] nullius ς si uero penultima *L* 20 circumflectitur *S* 24 in interiectionibus autem et *L* 25 accentum legendi uel distinguendi *S* 27 conturbant *L* accentibus melius efferemus in latinis nominibus numquam acutus *L* 29 ut aduerbio *L* 32 *accentuum notae omissae sunt in S, add. s* 33 longa linea *S* longus uirgula *P*

aequaliter ducta –, brevis virgula similiter iacens, sed panda et contractior ∪, hyphen virgula subiecta versui: hac nota subter posita duo verba, cum ita res exigit, copulamus, ‘ante_tulit gressum’ et

Turnus ut ante_volans tardum praecesserat agmen.

huic contraria est diastole, dextera pars [quaedam] circuli ad imam litteram adposita: hac nota male cohaerentia discernuntur, ut est ‘ereptae, virginis ira’ et |

viridique in litore conspicitur, sus.

apostrophos item circuli pars dextera, sed ad summam litteram adposita: hac nota deesse ostendimus parti orationis ultimam vocalem, cuius consonans remanet, ut est ‘tanton’ me crimine dignum Duxisti?’ ceterum *δασεῖαν* et *ψιλήν* apud Latinos h littera vocali addita vel detracta significat.

DE POSITVRIS.

Tres sunt omnino positurae vel distinctiones, quas Graeci *θέσεις* vocant, distinctio, subdistinctio, media distinctio. distinctio est, ubi finitur plena sententia: huius punctum ad summam litteram ponimus. subdistinctio est, ubi non multum superest de sententia, quod tamen necessario separatum mox inferendum sit: huius punctum ad imam litteram ponimus. media distinctio est, ubi fere tantum de sententia superest, quantum iam diximus, cum tamen respirandum sit: huius punctum ad mediam litteram ponimus. in lectione tota sententia periodus dicitur, cuius partes sunt cola et commata [id est membra et caesa]. ‖

DE PARTIBVS ORATIONIS.

Partes orationis sunt octo, nomen pronomen verbum adverbium participium coniunctio praepositio interiectio. ex his duae sunt principales partes orationis, nomen et verbum. Latini articulum non adnumerant, Graeci interiectionem. multi plures, multi pauciores partes orationis putant. verum ex omnibus tres sunt, quae sex casibus inflectuntur, nomen pronomen et participium.

1 panda a superiori atque contractior *P* panda et contractior *citavit Priscianus p.* 1272 3 antetulit] *Verg. Aen.* VI 677 4 Turnus] *Verg. Aen.* VIII 47 tardum praecesserat agmen *om. L* 5 contrarius est *L* quaedam *om. L Diomedes* 6 ut est atque erepta euirginis ira *L: Verg. Aen.* II 413. *notas diastoles om. SLP, post* virginis *et* conspicitur *add. s* 8 viridique] *Verg. Aen.* VIII 83 9 ad summum litterae *L* aposita *P* posita *S* 11 tanton’] *Verg. Aen.* X 668 12 dasian et psilen *L* dasian et sylian *P* dapyan et psylen *S* dasyan ⊦ et psylen ⊣ *s* latinos . . . . addita *S* latinos H littera uocali addita *s* uocalibus *L* 15 Tres omnino positurae sunt *L:* omnino *om. P* quas graeci thesis *LP* quas thęssis graeci *S* 16 ubi plena sententia finitur *L* 17 ad summum litterae *L* 18 seperatum *S* separatim *P* 19 ad imum litterae *L* 20 distinctio *om. S* tantundem de *S:* tantum superest de sententia *L* 21 ad mediam litterae *L* 22 dicitur] appellatur *L* 23 id est membra et caesa *om. LP* 24 INCIPIVNT PARTES DONATI GRAMMATICI URBIS ROMAE FELICITER *S* INCIPIT EDITIO SECUNDA DE PARTIBUS ORATIONIS *P* DE NOMINE *L* 27 annumerant *L*

DE NOMINE.

Nomen est pars orationis cum casu corpus aut rem proprie communiterve significans, proprie, ut Roma Tiberis, communiter, ut urbs flumen. nomini accidunt sex, qualitas conparatio genus numerus figura casus. nomen unius hominis, appellatio multorum, vocabulum rerum est. sed modo nomina generaliter dicimus. |

Qualitas nominum bipertita est. aut enim propria sunt nomina aut appellativa. propriorum nominum secundum Latinos quattuor sunt species, praenomen nomen cognomen agnomen, ut Publius Cornelius Scipio Africanus. omnia praenomina aut singulis litteris notantur, ut G P, aut binis, ut Gn, aut ternis, ut Sex. appellativorum nominum species multae sunt. alia enim sunt corporalia, ut homo terra mare, alia incorporalia, ut pietas iustitia dignitas. alia sunt primae positionis, ut mons schola, alia derivativa, ut montanus scholasticus, alia || deminutiva, ut monticulus scholasticulus. deminutivorum tres sunt gradus; quorum forma quam magis minuitur, crescit saepe numerus syllabarum. sunt etiam quasi deminutiva, quorum origo non cernitur, ut fabula macula tabula vinculum. sunt nomina tota Graecae declinationis, ut Themisto Calypso Pan; sunt tota conversa in Latinam regulam, ut Polydeuces Pollux, Odysseus Vlixes; sunt inter Graecam Latinamque formam, quae notha appellantur, ut Achilles Agamemno. sunt alia homonyma, quae una appellatione plura significant, ut nepos acies aries: sunt alia synonyma vel polyonoma, ut terra humus, ensis mucro gladius. alia patronymica, ut Atrides Pelides: haec et ab avis et a matribus saepe fiunt. in his quae Graeca sunt, sive masculina fuerint sive feminina, Graecam magis servabimus regulam. horum masculina aut in des exeunt, ut Atrides ab Atreo, aut in ius, ut Peleius a Pelco, aut in ion, ut Nerion a Nereo; feminina autem aut in is exeunt, ut Atreis, aut in as, ut Peleias, aut in ne, ut Nerine. sunt etiam ctetica, id est

1 DE NOMINE *om. LS* 2 Nomen — 377, 2 Mycenae *Diom. p.* 305 *sqq.* nomen — significans *adscripto Donati nomine citavit Priscianus p.* 1243 5 Donatus in arte secunda de nomine 'sed modo nomina generaliter dicimus' *Priscianus p.* 1169 7 DE QUALITATE Qualitas *S* 8 DE PROPRIIS Propriorum *S* 10 notantur ut G. gaius C. cesar L. lucius C. catillina aut binis ut G. N. gneus S. P. spurius aut ternis ut Sex Sextus R. O. S. roscius *S, sed recentiore manu deleta vetere scriptura, ita ut certo cognosci nequeat, quid olim scriptum fuerit.* notantur ut g. gaius .c. caesar .l. lucius .c. catilina. aut binis ut gn genus .p. pompeius aut ternis ut sex sextus. rus. rusticius. aut quaternis. ut. sprs. sep̃scius. mnps. menapius *P: cf. Sergius cod. Lavant. f.* 59*. *eadem quae ex L recepta sunt legisse videtur Pompeius p.* 98 11 DE APPELLATIUIS Appellatiuorum *S:* Appellativorum — 379, 17 inflectere *Consentius p.* 2020 *sqq.* 13 diriuatiua *SP* 14 diminutiua *SP* 15 diminutiuorum *SP* quantum magis *L* 16 diminutiua *SP* 19 pollideuces *LS* 21 agamenno *L* agamemnon *P* agamenon *S: cf. Serv. in Don. p.* 1840 quae sub una *S* significat *S* 22 terra humus solum *P* terra humus tellus *S*ꝫ 23 mugro *S* patronomica *LS* 27 aut in eon ut nereon *L* aut in on, ut Nereon, aut in ion, ut Atrion *Pompeius p.* 113 28 as] ias *S:* aut in ias ut Atreias *Serv. in Don. p.* 1840 pelias *corr.* peleias *S* peleas *L* pelleas *P* ctetica *Cledonius p.* 1891 thetica *LP* theiga *S*

possessiva, quae in ius exeunt, ut ‘Euandrius ensis’, ‘Agamemnoniaeque Mycenae’. sunt alia mediae significationis et adiecta nominibus, ut magnus fortis: dicimus enim ‘magnus vir’ ‘fortis exercitus’: haec etiam epitheta dicuntur [id est adiectiva]. sunt alia qualitatis, ut bonus malus; alia quantitatis, ut magnus parvus; alia gentis, ut Graecus Hispanus; alia patriae, ut Thebanus Romanus; alia numeri, ut unus duo; alia ordinis, ut primus secundus: sed primus de multis, de duobus prior dicitur, sicut de duobus alterum dicimus, || de multis alium. sunt alia ad aliquid dicta, ut pater frater; alia ad aliquid qualiter se habentia, ut dexter sinister: haec et conparativum gradum admittunt, ut dexterior sinisterior. sunt alia generalia, ut corpus animal, alia specialia, ut lapis homo lignum; alia facta de verbo, ut doctor lector, alia participiis similia, ut demens sapiens potens, alia verbis similia, ut comedo palpo contemplator speculator: sed illa conparatione discernuntur, haec casibus.

Conparationis gradus sunt tres, positivus conparativus superlativus: positivus, ut fortis, conparativus, ut fortior, superlativus, ut fortissimus. sed conparativus gradus generis est semper | communis. conparantur autem nomina quae aut qualitatem significant aut quantitatem. sed non omnia per omnes gradus eunt. aliquando enim positivus gradus tantum invenitur, ut mediocris; aliquando positivus et conparativus, ut senex senior; aliquando positivus et superlativus, ut pius piissimus: nam pro secundo gradu magis adverbium ponimus, ut magis pius: aliquando conparativus et superlativus, ut ulterior ultimus; aliquando superlativus tantum, ut novissimus. extra quam formam sunt bonus et malus: dicimus enim bonus melior optimus, malus peior pessimus. conparatio nominum proprie in conparativo et superlativo gradu est constituta. nam positivus perfectus et absolutus est. saepe autem conparativus gradus praeponitur superlativo, ut stultior stultissimo et maior maximo. saepe idem minus a positivo significat, quamvis recipiat conparationem, ut ‘mare Ponticum dulcius quam cetera’. saepe idem pro positivo positus minus significat et nulli conparatur, ut

iam senior, sed || cruda deo viridisque senectus.

sunt nomina significatione diminutiva, intellectu conparativa, ut grandiusculus maiusculus minusculus. conparativo et superlativo gradui tam

1 Euandrius] *Verg. Aen.* X 394 agamemnoniae *LP*: *Verg. Aen.* VI 838 4 id est adiectiva *om. P* id est superposita *L* 5 spanus *S* 10 ut cū dicamus dexterior sinisterior *P* non dextrior et siuistrior sed dexterior et sinisterior ς 12 lignum *om. L* ut dictor factor lector ς 13 commedo *S* 15 DE CONPARATIONE Conparacionis *S*: Comparationis gradus tres sunt positiuus ut fortis *L* 17 sed] et *L* 19 exeunt *S* 21 pro secundo gradu *LP Consentius p.* 2022 pro conparatiuo gradu *S* 24 extra hanc formam *P Cledonius p.* 1894 *Consentius p.* 2022 sunt] est *S* 28 a *om. LS, add. ls* significat et nulli conparatur quamuis *SP* 29 mare] *Sallustio tribuunt Servius in Don. p.* 1841 *Pompeius p.* 135 *alii: cf. Kritz Sall. hist. fragm. p.* 232 dulcius quam *S* dulcius est quam *s* 32 iam] *Verg. Aen.* VI 304 34 gradui *om. LP*

aut minus aut minime aut magis aut maxime adici non oportet; adiciuntur autem positivo tantum: dicimus enim tam bonus tam malus, minus bonus minus malus, minime bonus minime malus, magis bonus magis malus, maxime bonus maxime malus. conparativus gradus ablativo casui adiungitur utriusque numeri; sed tunc hoc utimur, cum aliquem vel alieno vel suo generi conparamus, ut 'Hector fortior Diomede' vel 'audacior Troianis fuit' [dicimus autem et 'fortior hic quam ille est']. superlativus autem genetivo tantum plurali adiungitur; sed tunc hoc utimur, cum aliquem suo generi conparamus, ut 'Hector fortissimus Troianorum fuit'. plerumque superlativus pro positivo ponitur et nulli conparatur, ut Iuppiter optimus maximus. interdum conparativus gradus nominativo adiungitur, ut 'doctior hic quam ille est'.

Genera nominum sunt quattuor, masculinum femininum neutrum commune. masculinum est cui numero singulari casu nominativo pronomen vel articulus praeponitur hic, ut hic magister. femininum est cui numero singulari casu nominativo pronomen vel articulus praeponitur haec, ut haec Musa. neutrum est cui numero singulari casu nominativo pronomen vel articulus praeponitur hoc, ut hoc scamnum. commune est quod simul masculinum femininumque significat, ut hic et haec sacerdos. sed ex his vel principalia vel sola genera duo sunt, masculinum et femininum. nam neutrum et commune de utroque nascuntur. est etiam trium generum commune, quod omne dicitur, ut hic et haec et hoc felix. est epicoenon vel promiscuum, quod sub una significatione marem ac || feminam conprehendit, ut passer aquila. sunt praeterea alia sono | masculina, intellectu feminina, ut Eunuchus comoedia, Orestes tragoedia, Centaurus navis; alia sono feminina, intellectu masculina, ut Fenestella scriptor, Aquila orator; alia sono neutra, intellectu feminina, ut Phronesium mulier vel Glycerium; alia sono feminina, intellectu neutra, ut poema schema; alia sono masculina, intellectu neutra, ut pelagus vulgus. sunt praeterea nomina in singulari numero alterius generis et alterius in plurali, ut balneum Tartarus caelum porrum caepe locus iocus forum. sunt item nomina incerti generis inter masculinum et femininum, ut cortex silex radix finis stirps pinus pampinus dies.' sunt incerti generis inter masculinum et neutrum, ut frenum clipeus vulgus specus. sunt incerti generis inter femininum et neutrum, ut buxus pirus prunus malus: sed

4 casui seruit uel adiungitur *L* 5 tunc hoc *L* tum hoc *P* tunc *S* 7 et *L* ut *S*, *om. P* 8 hoc *om. S* 11 gradus *om. P* iungitur *P* 13 DE GENERIBUS Genera *S* 16 ponitur *S* 22 est epicoenon id est promiscuum *P* est epicenon nomen promiscuum *L* et grece declinationis epicenon ut promiscuum *S* 23 quod] que *S* 24 aquilla *S* 25 Centaurus navis *om. L* 27 clicerium *S* sophronium *s* 28 alia — schema *om. L* 31 locus ioca formum (*corr.* forum) *S* lo . . . . . cus forum *P* ioca fori nauium *L* sunt *om. L* 32 ut cortex radix silex finis stirps dies pinus pampinus sunt *P* ut radix finis stirps penus dies silex pampinus tribus cortex sunt item *L*: penus quoque et masculini et feminini et neutri invenitur teste Donato et Capro *Prisc. p.* 713: pinus *tuentur Diomedes p.* 314 *Consentius p.* 2026 *Pompeius p.* 152 34 frenus *L* 35 prunus] pinus *s*

p. 12. 13 L. p. 1747. 48 P.

neutro fructum, feminino ipsas arbores saepe dicimus. sunt etiam genera nominum fixa, sunt mobilia. fixa sunt quae in alterum genus flecti non possunt, ut mater soror pater frater. mobilia autem aut propria sunt et duo genera faciunt, ut Gaius Gaia, Marcius Marcia, aut appellativa sunt et tria faciunt, ut bonus bona bonum, malus mala malum. sunt item alia nec in totum fixa nec in totum mobilia, ut draco dracaena, leo leaena, gallus gallina, rex regina. sunt alia deminutiva quae non servant genera quae ex nominibus primae positionis acceperunt, ut scutum scutula scutella, pistrinum pistrilla, canis canicula, rana ranunculus [statua statunculum].

Nomen in a vocalem desinens nominativo casu numero singulari aut masculinum est, ut Agrippa, aut femininum, ut Marcia, aut commune, ut advena, aut neutrum, ut toreuma; sed tamen Graecum est. nomen in e vocalem desinens nominativo casu numero singulari aut femininum Graecum est, ut Euterpe, aut neutrum Latinum, ut sedile. nomen in i vocalem desinens || nominativo casu numero singulari aut neutrum Graecum est, ut gummi sinapi, aut trium generum est aptoton, ut frugi nihili. nomen in o vocalem desinens nominativo casu numero singulari aut masculinum est, ut Scipio, aut femininum, ut Iuno, aut commune, ut pomilio vel papilio. nomen in u vocalem desinens nominativo casu numero singulari tantum neutrum est, ut cornu genu gelu specu veru. sed haec omnia et quae in consonantes desinunt et diversas regulas et multiplices habent. |

Numeri sunt duo, singularis et pluralis: singularis, ut hic sapiens, pluralis, ut hi sapientes. est et dualis numerus, qui singulariter enuntiari non potest, ut hi ambo, hi duo. sunt etiam nomina numero communia, ut res nubes dies [fines]. sunt semper singularia generis masculini, ut pulvis sanguis, semper pluralia, ut manes Quirites cancelli; semper singularia generis feminini, ut pax lux, semper pluralia, ut Kalendae nundinae feriae quadrigae nuptiae scalae scopae; semper singularia generis neutri, ut pus virus aurum argentum oleum ferrum triticum et fere cetera quae ad mensuram pondusve referuntur, quamquam multa consuetudine usurpata sint, ut vina mella hordea: sunt semper pluralia eiusdem generis, ut arma moenia Floralia Saturnalia. sunt quaedam positione singularia,

4 ex se faciunt *P* 5 tria genera faciunt *P* 6 nec in toto (totum *s*) fixa nec in toto (totum *s*) mouilia *S* leo lehena *S* 7 gallus galina *P* callus callina *S* alia *om. L* diminutiua *SP* 8 acceperunt] aduenerunt *S* scutula *om. S* 9 pristilla *P* pistrella ς canis caniscula *S* statua statunculum (*corr.* — lus *s*) *S*, *om. LP* 11 aut commune ut advena *om. L* 13 graecum aut epicenon ut aquila *L* 14 Latinum *om. L* 16 gumi *S*, *om. L* sinapi *Ps* senapi *SL* est et aptoton *SP* aptotum *L* 18 commune ut pomilio uel papio (*corr.* papilio *l*) commune ab epykenon ut pomilio uel papinio *S* commune ut pomilio uel papilio aut epiken' ut stelio *s* commune ut pumilio *P* commune ut homo ς 20 sed haec omnia nomina *P* sed et haec nomina *L* 22 DE NUMERO Numeri *S* 23 est et dualis — duo *om. L* 24 numeri communia *P* 25 fines *om. LP* 26 cancelli tragli semper *L*. cracli *est in appendice Probi p.* 440 *ed. Vindob.*, glari non cracli *ib. p.* 446 29 ut plumbum pus uirus aurum oleum uinum ferrum et fere *L* ut tus uirus pus aurum argentum oleum ferrum triticum et fere *P* 31 ordea *S*

p. 13. 14 L. p. 1748. 49 P.

intellectu pluralia, ut populus [conventus] contio plebs: sunt quaedam positione pluralia, intellectu singularia, ut Athenae Cumae Thebae Mycenae.

Figurae nominibus accidunt duae, simplex et composita: simplex, ut doctus potens, composita, ut indoctus impotens. componuntur autem nomina modis quattuor: ex duobus integris, ut suburbanus; ex duobus corruptis, ut efficax municeps; ex integro et corrupto, ut ineptus insulsus; ex corrupto et integro, ut pennipotens nugigerulus. componuntur etiam de conpluribus, ut inexpugnabilis inperterritus. in declinatione compositorum nominum animadvertere debemus ea quae ex || duobus nominativis composita fuerint ex utraque parte per omnes casus declinari, ut eques Romanus, praetor urbanus; quae ex nominativo et quolibet alio casu composita fuerint ea parte declinari tantum, qua fuerit nominativus casus, ut praefectus equitum, senatus consultum. providendum est autem ne ea nomina componamus, quae aut composita sunt aut conponi omnino non possunt.

Casus sunt sex, nominativus genetivus dativus accusativus vocativus ablativus. ex his | duo recti appellantur, nominativus et vocativus, reliqui obliqui [vel appendices]. ablativum Graeci non habent: hunc quidam Latinum, non nulli sextum casum appellant. est autem nominativus hic Cato, genetivus huius Catonis, dativus huic Catoni, accusativus hunc Catonem, vocativus o Cato, ablativus ab hoc Catone. quidam adsumunt etiam septimum casum, qui est ablativo similis, sed sine praepositione ab, ut sit ablativus casus 'ab oratore venio', septimus casus 'oratore magistro utor'. sunt autem formae casuales sex, ex quibus sunt nomina alia monoptota, alia diptota, alia triptota, alia tetraptota, alia pentaptota, alia hexaptota. sunt praeter haec aptota, quae neque per casus neque per numeros declinantur, ut frugi nihili nequam fas nefas nugas. de qua forma sunt etiam nomina numerorum a quattuor usque ad centum. nam ab uno usque ad tres per omnes casus numeri declinantur, et item a ducentis et deinceps praeter mille. sunt nomina, quorum nominativus in usu non est, ut siquis dicat hunc laterem vel ab hac dicione. item per ceteros casus nomina multa deficiunt. sunt praeterea nomina, quorum alia genetivum casum trahunt, ut ignarus belli, securus amorum; alia dativum, ut inimicus malis, congruus paribus; alia accusativum, sed figurate, ut exosus bella,

1 conventus *om. LP* 3 DE FIGURIS Figurae *S:* Figurae — 8 inperterritus *Diom. p.* 276 ut doctus potens *Ps Consentius p.* 2031 ut doctus prudens *S* ut potens *L* 4 ut indoctus impotens *Ps Consentius* ut indoctus imprudens *S* ut impotens *L* 7 pinnipotens *SP* nugigerolus *P* de conpluribus *LP Diomedes* ex pluribus *Sp* 8 DE CONEXIS NOMINIBUS In declinatione conpositiuorum *S:* In declinatione — 14 possunt *Diom. p.* 288 10 ex utraque parte *om. SP* 11 et ex quolibet *LP* 12 fuerit nominatiuus casus *Ps* fuerit nominatiuus *L* fuerunt nominatiui casus *S* 14 omni modo *corr.* omnino *S* 15 DE CASIBUS Casus *S* 17 uel apendices *S, om. LP* 18 Latinum] septimum ς 23 DE FORMIS CASUUM Sunt autem *S* 26 neffas *S* de qua — 29 mille *Diom. p.* 288: de qua *L Diomedes Consentius p.* 2034 ex qua *Cledonius p.* 1901 in qua *SP* 30 vel *om. P*, ut *S* 31 deficiunt ut sponte tabo natu *P* nomina *om. S* 32 amorum *Lp Diomedes p.* 292 *Consentius p.* 2035 armorum *Pl* armorum *S: cf. Verg. Aen.* I 350 *Sergius cod. Lavant. f.* 68

praescius futura; alia ablativum, ut secundus a Romulo, alter a Sylla; alia septimum casum, ut dignus || munere, mactus virtute.

Omnia nomina ablativo casu singulari quinque litteris vocalibus terminantur, sed ea dumtaxat quae non sunt aptota: in illis enim regula non tenetur. quaecumque nomina ablativo casu singulari a littera fuerint terminata, genetivum pluralem in rum syllabam mittunt, dativum et ablativum in is, ut ab hac Musa, harum Musarum, his et ab his Musis. necesse est autem contra hanc regulam declinentur ea nomina, in quibus genera discernenda sunt, ut ab hac dea, harum dearum, his et ab his deabus, ne, si deis dixerimus, deos, non deas significare videamur. quaecumque nomina ablativo casu singulari e littera correpta fuerint terminata, genetivum pluralem in um syllabam mittunt, dativum et ablativum in bus, ut ab hoc pariete, horum parietum, his et ab his parietibus. contra hanc regulam invenimus ab hoc vase, horum vasorum, his et ab his vasis. si vero e producta fuerint terminata, genetivum pluralem in rum syllabam mittunt, dativum et ablativum in bus, ut ab hac re, harum rerum, his et ab his rebus; et haec regula proprie feminini generis putatur. quaecumque nomina ablativo casu singulari i littera fuerint terminata, genetivum pluralem in ium syllabam mittunt, dativum et ablativum in bus, ut ab hac puppi, harum puppium, his et ab | his puppibus. huius modi nomina casum accusativum pluralem propter differentiam melius in is quam in es syllabam terminant, ut has puppis navis clavis. eorum autem nominum, quae genetivo casu plurali in ium syllabam exire possunt, trina regula est: una eorum est, quae nominativo casu singulari n et s litteris terminantur, ut mons montium; altera eorum, quae ablativo casu singulari e correpta finiuntur et feminina sunt, ut ab hac clade harum cladium [caede caedium]; tertia eorum, || quae ablativo casu singulari i littera terminantur, ut ab hac resti harum restium. sed haec regula etiam accusativum casum singularem interdum per i litteram profert, ut hanc restim, hanc puppim. horum multa cernimus consuetudine conmutata. quaecumque nomina ablativo casu singulari o littera fuerint terminata, genetivum pluralem in rum syllabam mittunt, dativum et ablativum in is, ut ab hoc docto horum doctorum his et ab his doctis. contra hanc regulam invenimus ab hac domo domorum domibus et ab hoc iugero iugerorum iugeribus. sed scire

3 DE OMNIBUS NOMINIB: ABLĀT CASU Omnia *S*: Omnia — 379, 9 existimet *Diom. p.* 279 *sqq.* 4 dumtaxat *om. SP* 8 contra hanc regulam declinentur *Cledonius p.* 1902 ut contra hanc regulam declinentur *Ls* contra hanc regulam ut declinentur *P* contra hanc regulam declinari *S* 10 ne — videamur] sed — uidemur *L* si diis *LS* non deā *S* 14 inuenimus ut ab *SP* 17 rebus ab hac specie harum specierum his et ab his speciebus sed haec *P* 22 *post* clavis *in* ꝯ *addita sunt haec*, quia puppim nauim clauim et non puppem nauem clauem: *eadem videntur fuisse in P, sed postea deleta* 23 quae genetibum casum pluralem in ium *S* 24 una eorum *L Diomedes p.* 282 prima eorum *P* prima erum *S* quae nominatibus singularis n et s litteris terminant *S* 25 e correptum finitur feminina *S* 26 caede caedium *om. LP*, ab hac caede harum caedium *superscripta sunt in P* 29 per i et m litteram *P* refert *S* puppim hanc turrim *P* 33 inuenimus ut ab hac domo *S* 34 domo domuum domibus et ab

p. 15. 16 L. p. 1751. 52 P.

debemus multa quidem veteres aliter declinasse, ut ab hac domu harum domuum domibus et ab hoc iugere iugerum iugeribus, verum euphoniam in dictionibus plus interdum valere, quam analogiam vel regulam praeceptorum. quaecumque nomina ablativo casu singulari u littera fuerint terminata, genetivum pluralem in uum syllabam mittunt, geminata u littera, dativum et ablativum in bus, ut ab hoc fluctu horum fluctuum his et ab his fluctibus. nam nihil necesse est retinere u litteram et fluctubus dicere, cum artubus necessitate dicamus, nequis nos artes, non artus significare velle existimet.

In hanc regulam non veniunt, ut dictum est, aptota nomina, ut est fas nefas nequam, nihili nugas; non veniunt tantum pluralia, ut Saturnalia Vulcanalia Conpitalia; non veniunt quae a Graecis sumpsimus, ut emblema epigramma stemma poema schema: nam huius formae nomina veteres etiam feminino genere declinabant. in his regulis analogia vel ex conlatione positivorum nominum vel ex deminutione cognoscitur. meminerimus autem Graeca nomina ad Graecam formam melius declinari, etsi illa non nulli ad Latinos casus conantur inflectere. duodecim autem omnino litteris nominativo casu singulari Latina nomina || terminantur, vocalibus quinque, semivocalibus sex, muta una, a e i o u l m n r s x t, ut tabula sedile frugi ratio genu mel scamnum flumen arbor flos nox caput. adiciunt quidam c, ut allec lac.

DE PRONOMINE.

Pronomen est pars orationis, quae pro nomine posita tantundem paene significat personamque interdum recipit. pronomini accidunt sex, qualitas genus numerus figura persona casus.

Qualitas pronominum bipertita est. aut enim finita sunt pronomina aut infinita. finita sunt quae recipiunt personas, ut ego tu ille; infinita sunt quae non recipiunt personas, ut quis | quae quod: sunt etiam pronomina minus quam finita, ut ipse iste. sunt praepositiva, ut quis hic; sunt subiunctiva [vel relativa], ut is idem. sunt alia gentis, ut cuias

hoc iugero iugerum iugeribus sed *L* 1 ut ab hac domo arum domorum *S* 2 uerum meminerimus euphoniam *P* 6 fluctu orum fluctuum his et ab his fluctibus — fluctubus *s:* fructu *etc. videtur fuisse in S* 9 extimet *S* 11 neffas *S, om. L* nugas *om. S* 12 uulganalia *corr.* uulcanalia *S* 13 stegma *S* 14 in his autem regulis *P* 15 diminutione *SP* 18 uocalibus quinque a e i o u semiuocalibus sex l m n r s t x . . . . . (s x muta una t *s*) *S. eum ordinem, qui est in LP, secutus est Cledonius p.* 1904 20 flos] os *S* flos *s* 21 ut allec lac *L* ut lac et alec *P* ut allec uel .... lac *S, ut videtur*, ut lac allaec *s* ut allec vel lac vel lacte *Cledonius p.* 1904 22 DE PRONOMINE] *Diom. p.* 316 *sqq.* 26 DE QUALITATE Qualitas *S* bipertita *L et Donatus in arte minore* duplex *SP* 28 quod] quid ⪯ etiam *om. S* 30 subiunctiua ut is idem *LP* subiunctiua uel relatiua ut qui . (ut qui is *s*) idem *S* subiunctiua ut qui *Cledonius p.* 1907 subiunctiva ut is tantus *Diomedes p.* 317: is '*pronomen articulare subiunctivum vel relativum*' *dixit idem p.* 319, '*subiunctivum vel relativum*' *ipse Donatus in arte minore* cuias nostras cuiatis nostratis *P; idem legerunt Cledonius p.* 1907 *et Pompeius p.* 245: *cf. Serv. in Don. p.* 1847

p. 16 L. p. 1752. 53 P.

nostras, cuiates nostrates; alia ordinis, ut quotus totus; alia numeri, ut quot tot [sed si per d scribatur, pronomen personale est; si per t, numeri]; alia ad aliquid finita, ut meus tuus illius: haec etiam possessiva dicuntur: alia ad aliquid infinita [quae nec personam nec locum nec tempus designant], ut cuius cuia cuium. sunt item alia qualitatis, ut qualis talis; alia quantitatis, ut quantus tantus. sunt alia demonstrativa, quae rem praesentem notant, ut hic haec hoc; alia relativa, quae rem absentem significant, ut is ea id: sunt alia magis demonstrativa, ut eccum eccam ellum ellam.

Genera pronominibus, ita ut nominibus, accidunt paene omnia: masculinum, ut quis, femininum, ut quae, neutrum, ut quod, commune, ut qualis talis, trium generum, ut ego tu.

Numerus pronominibus accidit uterque, singularis, ut iste, pluralis, ut isti. sunt etiam numero communia, ut qui quae: dicimus enim qui vir et qui viri, quae mulier et quae mulieres. sunt pronomina tota singularia, ut meus tuus [suus], tota || pluralia, ut nostri vestri; ex parte singularia, ut mei tui, ex parte pluralia, ut noster vester.

Figura etiam in pronominibus duplex est. aut enim simplicia sunt pronomina, ut quis; aut conposita, ut quisquis. conposita pronomina secundum formam nominum ex ea parte declinantur, qua pronomen fuerit casus nominativi. cuius rei exempla sunt haec, quisquis [quisnam] quispiam aliquis [et cetera]. nam idem, quod constat ex duobus corruptis, cum producitur, masculinum pronomen est, cum corripitur, neutrum; ut hic correptum pronomen est, productum adverbium loci.

Personae finitis pronominibus accidunt tres, prima, ut ego, secunda, ut tu, tertia, ut ille. sed persona prima et secunda generis sunt omnis; et persona prima in hoc pronomine, cum est numeri singularis, non habet vocativum casum, pluralis vero habet.

Casus item pronominum sex sunt, nominativus hic, genetivus huius, dativus huic, accusativus hunc, vocativus o, ablativus ab hoc. sunt pronomina quae non per omnes casus declinantur, ut eccum eccam, ellum ellam, cuius cuia cuium, cuiatis nostratis. sunt etiam sine nominativo et vocativo, ut sui sibi se a se: haec etiam numeri sunt communis. sunt

2 sed — numeri *om. LP* personale *S* inpersonale *s* 3 alia ad aliquid finita — dicuntur *post* alia ad aliquid infinita — cuium *habent SP* illius *LS et, ut videtur, P* suus *sp* 4 quae — designant *om. LP* 5 cuius cuias cuium *S* 6 alia magis demonstratiua *S* 9 illum illam *S* ellum ellam *s* ellam *om. LP* 10 DE GENERIBUS Genera *S* paene] fere *L* 12 ego tu sui ς 13 DE NUMERO Numeri pronominibus accidunt uterque *S* 14 numeri communia *P* 16 suus *om. LP* 18 DE FIGURA Figura *S* 19 ut quisquis Nam composita *L* 20 ex *om. S* qua fuerit nominatiuus casus *L* 21 quisnam *om. LP* 22 et cetera *om. LP* 25 DE PERSONIS Personae *S* 26 sed . . persona *S* sed hic persona *L* 28 pluralis uerom habet *S* pluralis habet *P* pluralem habet *L* 29 DE CASIB; Casus *S* 31 ellum — nostratis *om. L* 32 cuius cuias cuium *S* 33 haec etiam et in numeris communia sunt. sunt *L*

p. 16. 17 L. p. 1753 54 P.

item sine vocativo, ut ego, mei vel mis, mihi, me, a me. nullum autem pronomen recipit conparationem, quamvis et qualitatem significet et quantitatem.

Inter pronomina et articulos hoc interest, quod pronomina ea putantur, quae, cum sola sint, vicem nominis conplent, ut quis iste ille; articuli vero cum [pronominibus aut] nominibus aut participiis iunguntur, ut hic huius huic hunc o ab hoc, et pluraliter hi horum his hos | o ab his. haec eadem pronomina et pro articulis et pro demonstratione ponuntur. neuter uter unus [omnis] alter alius ullus ambo uterque sunt qui || nomina, sunt qui pronomina existiment, ideo quod articulis in declinatione non indigent.

DE VERBO.

Verbum est pars orationis cum tempore et persona sine casu aut agere aliquid aut pati aut neutrum significans. verbo accidunt septem, qualitas coniugatio genus numerus figura tempus persona.

Qualitas verborum in modis est et in formis. modi autem sunt, ut multi existimant, septem, indicativus, qui et pronuntiativus [dicitur], ut lego, imperativus, ut lege, promissivus, ut legam: sed hunc nos modum non accipimus: optativus utinam legerem, coniunctivus cum legam, infinitivus legere, inpersonalis legitur. hunc quidam modum pro genere ac significatione verbi accipiunt, cuius verba aut in tur exeunt aut in it aut in et. sed quae in tur et in it exeunt, haec ab indicativo oriuntur, ut lego legitur, contingo contingit. quae in et exeunt, duas formas habent: alia enim ab indicativo veniunt, ut misereor miseret; alia a se oriuntur, ut pudet taedet paenitet libet. qualitas verborum etiam in formis est constituta, quas formas alii verborum generibus vel significationibus admiscent. formae igitur sunt quattuor, perfecta meditativa frequentativa inchoativa: perfecta, ut lego; meditativa, ut lecturio; frequentativa, ut lectito; inchoativa, ut fervesco calesco. sed frequentativa verba semper primae coniugationis sunt. inchoativa non per omnia tempora declinantur, quia quae

1 item] etiam *S* 2 significat *S* significant *s* 4 quod] quae *corr.* quod *S* 5 implent *S* complent *s* articulis uero que (*corr.* quod) pronominibus *S* 6 cum nominibus aut pronominibus *L* adiunguntur *S* adiungitur *corr.* adiunguntur *P* ut *om. S* 8 ponimus *L:* ponuntur de incertis pronominibus neuter *S* 9 omnis *om. LP* 10 existiment *L Cledonius p.* 1910 existimant *P* exhistimant *S* ideo quod] atque ideo *L* 13 verbum quid est? secundum Donatum pars orationis cum tempore et persona sine casu *Priscianus p.* 1245 18 exhistimant *S* exaestimant *P* dicitur *om. LP* 20 coniunctatibus *S* 21 sed hunc *L* 25 misereo miseret *S* misereor miseret *s Consentius p.* 2058 26 paenitet *om. LP* libet quamuis dixerint ueteres pudeo taedeo *P:* quamuis ueteres dixerint pudeo taedeo peniteo *in margine add. s: eadem legisse videtur Pompeius p.* 273 qualitas — 382, 9 quiesco *Consent. p.* 2062 *sqq.* 27 miscent *LP* 28 DE FORMIS UERBORUM Formae igitur quattuor sunt perfecta meditatiua inchoatiua frequentatiua *S* formae igitur sunt quattuor nam et in his graeca lingua deficit *P: cf. Consent. p.* 2062 29 inchoatiua ut feruisco calisco frequentatiua ut lectito *S*

inchoantur praeteritum tempus non habent, et oriuntur a neutralibus verbis. sunt etiam frequentativa de nomine venientia, ut patrissat graecissat; sunt quasi diminutiva, quae a perfecta forma veniunt, ut sorbillo sugillo; sunt sine origine || perfectae formae, ut pitisso vacillo. et frequentativa saepe in tres gradus ducunt verbum, ut curro curso cursito, saepe in duos tantum, ut volo volito. sunt verba inchoativis similia, quae inchoativa non esse temporum consideratione pernoscimus, ut conpesco conpescui. sunt item alia inchoativa, quae a perfecta forma veniunt, ut horreo horresco; sunt quae originem sui non habent, ut consuesco quiesco.

Coniugationes verbis accidunt tres, prima secunda tertia. prima est quae indicativo modo tempore praesenti numero singulari secunda persona verbo activo et neutrali a productam habet ante novissimam litteram, passivo communi et deponenti ante novissimam syllabam, ut voco vocas, vocor vocaris; et futurum tempus eiusdem modi in bo et in bor syllabam mittit, ut voco | vocabo, vocor vocabor. secunda est quae indicativo modo tempore praesenti numero singulari secunda persona verbo activo et neutrali e productam habet ante novissimam litteram, passivo communi et deponenti ante novissimam syllabam, ut moneo mones, moneor moneris; et futurum tempus eiusdem modi in bo et in bor syllabam mittit, ut moneo monebo, moneor monebor. tertia est quae indicativo modo tempore praesenti numero singulari secunda persona verbo activo et neutrali i interdum correptam interdum productam habet ante novissimam litteram, passivo communi et deponenti pro i littera e correptam vel i productam habet ante novissimam syllabam, ut lego legis, legor legeris, audio audis, audior audiris; et futurum tempus eiusdem modi in am et in ar syllabam mittit, ut lego legam, legor legar, audio audiam, audior audiar. est altera species tertiae coniugationis, quae i producta enuntiatur: hanc non nulli quartam coniugationem putant, quod futurum tempus in am et in bo, in ar et in bor syllabam || mittit, ut servio servis serviam servibo, vincior vinciris vinciar vincibor. quod quidam refutantes negant in bo et in bor rite exire posse tertiam coniugationem, nisi in eo verbo quod in prima persona indicativi modi temporis praesentis numeri singularis e ante o habuerit, ut eo queo eam queam ibo quibo et a passivo queor quear vel quibor, et siqua sunt similia.

1 a neutrali uerbo *S* 2 sunt etiam frequentatiua — 6 volito *Diom. p.* 336 4 patrisso *corr.* pitisso *S* et frequentatiua forma saepe in tres gradus deducit uerbum *L: cf. Consent. p.* 2063 5 deducunt *P Diomedes p.* 336 ducunt *Sp* duas *S* 6 sunt verba — 9 quiesco *Diom. p.* 335 7 pernoscimus *L Diomedes* dinuscimus *corr.* dinoscimus *S* cognoscimus *P* 8 item alia] etiam *S* 10 DE CONIUGATIONE Coniugationes *S:* Coniugationes — 34 similia *Consent. p.* 2069 *sq.* 12 productum *P* 14 uiusdam *S* huiusdem *s* 17 productum *SP* 21 interdum correptum (*corr.* -am) interdum productum (*corr* -am) *S* interdum productam (-um *P*) interdum correptam (-um *P*) *LP* 23 e correptum (*corr.* -am *S*) uel i productum (*corr.* -am *S*) habet *SP* e correptam habet uel i productam *L* 25 huiusdam *S* eiusdem *s* 27 qui (quae *l*) i producta *L* quae i producto (-ta *p*) *P* quae in i producto (-ta *s*) *S* 28 quod futurum *LP Consentius p.* 2070 quae futurum *S* in am et in bo et in ar et in bor *L* in am et in ar in bo et in bor *SP* 30 quae quidam *S* 33 queor quear ibor quibor *S*

p. 18. 19 L. p. 1756. 57 P.

Genera verborum, quae ab aliis significationes dicuntur, sunt quinque, activa passiva neutra deponentia communia. activa sunt quae o littera terminantur et accepta r littera faciunt ex se passiva, ut lego legor. passiva sunt quae r littera terminantur et ea amissa redeunt in activa, ut legor lego. neutra sunt quae o littera terminantur et accepta r littera Latina non sunt, ut sto curro. sunt etiam neutra quae i littera terminantur, ut odi novi memini: sunt item quae in um syllabam desinunt, ut sum prosum; item quae in t litteram exeunt [et inpersonalia dicuntur], ut pudet taedet paenitet libet. sed haec et similia defectiva existimanda sunt. deponentia sunt quae r littera terminantur et ea amissa Latina non sunt, ut convivor conluctor. communia sunt quae r littera terminantur et in duas formas cadunt, patientis et agentis, ut scrutor criminor: dicimus enim scrutor te et scrutor a te, criminor te et criminor a te. sunt verba extra hanc regulam, quae inaequalia dicuntur, ut soleo facio fio fido audeo gaudeo vescor fero medeor [reddo] edo pando mando nolo volo. sunt quae declinari rite non possunt, ut cedo ave faxo sis amabo infit inquam quaeso aio. sunt etiam mono|syllaba, quae ideo sola producta sunt, ut sto do flo no. sunt verba incertae significationis, ut tondeo lavo fabrico punio munero partio populo adsentio adulo lucto auguro: haec enim omnia et in o et in r littera finiuntur, et his verbis tempora participiorum || accidunt paene omnia. sunt item verba quae conponere possumus, ut pono traho, repono retraho; sunt quae non possumus, ut aio quaeso.

1 DE GENERE Genera *S:* Genera — 21 paene omnia *Consent. p.* 2052 *sqq.* 2 communia deponentia *SP* deponentia *ante* communia ponunt *Consentius p.* 2052 *et Pompeius p.* 298 4 admissa *S* 6 neutralia quae *L* quae neutra *S* 8 prosum sunt item *L:* item quae t littera exeunt ut pudet tedet penitet *Cledonius p.* 1915: *cf. Serv. in Don. p.* 1849 et *om. S* 9 libet *om. P* libet oportet *L* existimanda (exaestimanda *P*) sunt. sunt praeterea neutra uerba et (ut *P*) passiua (praeterea neutro passiua ς) ut est gaudeo gauisus sum soleo solitus sum (audeo ausus sum fio factus sum fido fisus sum *add.* ς) deponentia *LP*ς*: cf. Serv. in Don. p.* 1849. *Consent. p.* 2054. *ea quae de verbis neutropassivis interposita sunt in* ς *addidit etiam s, non legit Pompeius p.* 303. existimanda sunt. communia sunt quae r littera terminantur et in duas formas (cadunt *add. s*) patientis et egentis ut scrutor criminor dicimus enim scrutor te et scrutor a te criminor te et criminor a te (deponentia sunt quae r littera terminantur et ea r amissa latina non sunt ut conuiuor conluctor communia sunt quae r littera terminantur et in duas formas cadunt patientis et agentis ut scrutor criminor dicimus enim scrutor te et scrutor a te criminor te et criminor a te *add. s deleta vetere scriptura, in qua quid olim fuerit non constat, sed pauciora fuisse adparet*) sunt uerba extra hanc *S* 10 sed ea amissa *L* 14 extra hanc regulam *S Cledonius p.* 1915 extra has regulas *LP* 15 medeor edo reddo pando nolo uolo *P* medeor pando edo uolo nolo *L* 16 ut cedo aue faxo amabo sis infit inquit inquam queso salue aio *L* ut cedo haue faxo fit infit inquam quaeso aio *P* amabo] ambo *S* 17 monosyllaba quae ideo sola producta sunt *L* monosyllaba quae in declinatione etiam contra regulam producta sunt *P* monosyllabę quae ..... ductae (quae in declinatione etiam extra regulam sola producta *s*) sunt *S* 18 no *om. LP* tundeo labo fabrico ponio munio pario populo adsentio adulo luctor auguro *S* tondeo labo fabrico punio munio partior numero populor adsentior adulor luctor auguror *s* tondeo lauo fabrico munio munero partio populo assentio adulo adiuuo auguro *L* tundeo (*corr.* tondeo) lauo fabrico punio munero partio populo assentio adulo adiuuo lucto auguro *P* 20 enim *om. S* omnia uerbo (*corr.* uerba *l*) et in o *L* r littera *S* or litteras *s* r litteris *LP* 22 non possumus *L Cledonius p.* 1917 non possunt *SP*

Numeri verbis accidunt duo, singularis et pluralis: singularis, ut lego, pluralis, ut legimus; item secundum quosdam dualis, ut legere.

Figurae verborum duae sunt, simplex et conposita. aut enim simplicia sunt verba, ut scribo, aut conposita, ut describo. conponuntur autem verba quattuor modis, sicut ceterae partes orationis: ex duobus corruptis, ut officio; ex duobus integris, ut obduco; ex corrupto et integro, ut alligo; ex integro et corrupto, ut defringo. sunt verba conposita quae simplicia fieri possunt, ut repono distraho; sunt quae non possunt, ut suspicio conpleo.

Tempora verbis accidunt tria, praesens praeteritum et futurum: praesens, ut lego, praeteritum, ut legi, futurum, ut legam. sed praeteriti temporis differentiae sunt tres, inperfecta perfecta plusquamperfecta: inperfecta, ut legebam, perfecta, ut legi, plusquamperfecta, ut legeram. ergo in modis verborum quinque tempora numerabimus, praesens, praeteritum inperfectum, praeteritum perfectum, praeteritum plusquamperfectum, futurum.

Personae verbis accidunt tres, prima secunda tertia. prima est quae dicit, lego, secunda cui dicitur, legis, tertia de qua dicitur, legit. et prima persona non eget casu, sed admittit plerumque nominativum, ut verberor innocens, liber servio: secunda persona trahit casum vocativum, ut verberaris innocens, liber servis: tertia trahit nominativum, ut verberatur innocens, liber servit. etiam verba inpersonalia, quae in tur exeunt, casui serviunt ablativo, ut geritur a me a te ab illo: quae in it exeunt, casui serviunt dativo, ut contingit mihi tibi illi: quae vero in et exeunt, ea modo dativo modo accusativo || casui serviunt; dativo, ut libet mihi tibi illi, accusativo, ut decet me te illum. sunt verba praeterea, quorum alia genetivi casus formulam servant, ut misereor reminiscor, alia dativi, ut maledico suadeo, alia accusativi, ut accuso invoco, alia ablativi, ut abscedo avertor, alia septimi casus, ut fruor potior.

| Omnia verba modi indicativi temporis praesentis numeri singularis primae personae aut e aut i aut u ante o habent. si autem vocalem ante o litteram non habebunt, exceptis f et k et q ceteras omnes Latinas recipient consonantes, ut sedeo lanio inruo libo voco vado lego traho in-

1 DE NUMERO Numeri *S:* Numeri — 9 conpleo *Consent. p.* 2066 *sq.* singularis et pluralis *om. L* 3 DE FIGURA Figurae *S* simplex et conposita *om. LP* 4 discribo *S* describo *s* 5 autem] etiam *LP* sicut] ut *LP* ex duobus corruptis — defringo *om. L* 6 efficio *P* abdico *P* 8 distrao *L* 9 suscipio *LS* 10 DE TEMPORIBUS Tempora *S* praesens praeteritum et futurum *om. P* 11 sed *om. S* 12 inperfecta perfecta plusquamperfecta *om. L* 14 numerabimus *corr.* numerauimus *P* numerauimus *S* enumerabimus *L* numeramus *Cledonius p.* 1917 17 DE PERSONA Personae uerborum *S:* Personae — 26 decet me te illum *Consent. p.* 2067 *sq.* 18 secunda que dicit *S* secunda cui dicitur *s* tertia que dicit *S* tertia de qua dicitur *s* 19 sed persona prima *LP* 21 seruis liber *S* 22 seruit liber *S* etiam *L Cledonius p.* 1917 sunt etiam *SP* quin etiam ς 23 et casui *Ps:* et *om. S* quae uero in it *S* 26 sunt — 29 potior *Consent. p.* 2074 30 numeri singularis *om. S* 32 latinas recipiunt consonantes *LP* latinas consonantes recipiunt *S:* latinas recipient *Cledonius p.* 1918 33 lego] ago *S*

p. 20 L. p. 1758. 59 P.

pello amo cano scalpo curro lasso peto texo. his accedunt i et u pro consonantibus, ut aio adiuvo: nam triumpho per p et h scribitur. k etiam o litterae non praeponitur. item q sine u praeferri o litterae non potest.

Sunt verba defectiva alia per modos, ut cedo, alia per formas, ut facesso, alia per coniugationes, ut adsum, alia per genera, ut soleo, alia per numeros, ut faxo, alia per figuras, ut impleo, alia per tempora, ut fero, alia per personas, ut [cedo facesso adsum soleo faxo impleo fero] edo. verba quoque inpersonalia cum per omnes modos declinari possunt, inveniuntur quaedam defectiva, ut liquet miseret.

DE ADVERBIO.

Adverbium est pars orationis, quae adiecta verbo significationem eius explanat atque inplet, ut iam faciam vel non faciam. adverbia aut a se nascuntur, ut heri hodie nuper, aut ab aliis partibus orationis veniunt: a nomine || appellativo, ut doctus docte; a proprio, ut Tullius Tulliane; a vocabulo, ut ostium ostiatim; a pronomine, ut meatim tuatim; a verbo, ut cursim strictim; a nomine et verbo, ut pedetemptim; a participio, ut indulgens indulgenter. a nomine venientia aut in a exeunt, ut una; aut in e productam, ut docte; aut in e correptam, ut rite; aut in i, ut vesperi; aut in o productam, ut falso; aut in o correptam, ut modo; aut in u, ut noctu; aut in l, ut semel; aut in m, ut strictim; aut in r, ut breviter; aut in s, ut funditus. adverbia quae in e exeunt produci debent praeter illa quae aut non conparantur, ut rite, aut conparationis regulam non servant, ut bene male: faciunt enim bene melius optime, male peius pessime: aut ea quae a nomine verbove non veniunt, ut inpune saepe. ceterum facile et difficile, quae ut adverbia ponuntur, nomina potius esse dicenda sunt [nomina] pro adverbiis posita, ut est ‘torvum clamat’, ‘horrendum resonat’. ergo adverbia, quae in e productam exeunt, ab eo nomine veniunt, quod dativo casu o littera terminatur, ut

1 sculpo *LP* accedunt ς accidunt *LSP* 2 k o litterae non praeponitur *Lp* k et q litterae non praeponuntur *P* k et o litterae non potest praeponi *deleto* et *S* k et ꝺo littera non praeponitur *codex Cledonii p.* 1918 ii̇. q. sine u praeferri o littera (litterae *s*) non potest *S* item sine u praeferri o littera non potest *codex Cledonii p.* 1918: *fortasse* item sine u proferri q littera non potest 3 praeferri] praeponi *L* 4 DE UERBIS DEFECTIUIS Sunt uerba alia defectiua per *S* 5 ut soleo *L* ut gaudeo soleo *P* ut gaudeo *S* 6 ut compleo *P* 7 cedo — fero *om. L* facisso *S* facesso *s* 8 possint *Cledonius p.* 1919 10 DE ADVERBIO] *Diom. p.* 398 *sqq.* 12 explanat atque inplet *Sergius cod. Lavant. f.* 68* aut complet aut minuit atque explanat *L* aut complet aut minuit *P Cledonius p.* 1919 aut complet aut mutat aut minuit ς*s*: *in S quid fuerit ante correctorem non adparet* 13 nuper *om. LP* 18 in e producta *L* in e productum *S* in e correpta *L* in e correptum *S* 19 in o producta *L* in o productum *S* in o correpta *L* in o correptum *S* 20 strictim] paulatim *S* 22 quae aut non conparantur *LPs:* aut *om. S Cledonius p.* 1920 24 a nomine et uerbo *L* 25 nomina potius esse dicenda Sunt nomina *L* nomina potius esse dicenda . . . . sunt nomina *S*, *ubi in litura videtur fuisse* nam, *pro quo* sunt *scripsit s*, nomina dicenda sunt esse *superscripto* potius *post* nomina *P* nomina potius esse ducenda sunt *codex Cledonii p.* 1922 26 torvum] *Verg. Aen.* VII 399 27 in e producta *L* in e productum *S* 28 quę datibo casu singulari o littera terminantur *S*

p. 20. 21 L. p. 1759. 60 P.

huic docto docte [et huic sedulo sedule]: quae in r exeunt, ab eo nomine veniunt, quod dativo casu i littera terminatur, ut huic agili agiliter. contra quam regulam multa saepius usurpavit auctoritas. nam quaedam, ut diximus, et in dativo casu [in o] permanent et adverbia [similiter] faciunt, ut falso sedulo; quaedam [multa] contra faciunt, ut huic duro non dure, sed duriter.

Adverbio accidunt tria, significatio conparatio figura. significatio adverbiorum in hoc cernitur, quia sunt adverbia loci, ut hic; temporis, ut hodie nuper; numeri, ut semel | bis; negandi, ut non; adfirmandi, ut etiam quinni; demonstrandi, ut en ecce; optandi, ut utinam; hortandi, ut eia; ordinis, ut deinde; interrogandi, ut cur quare quamobrem; similitudinis, ut quasi ceu; qualitatis, ut docte pulchre; quantitatis, ut multum parum; dubitandi, ut forsitan fortasse; personalia, || ut mecum tecum secum nobiscum vobiscum; vocandi, ut heus; respondendi, ut heu; seorsum; iurandi, ut edepol, ecastor, hercle, medius fidius; eligendi, ut potius immo; congregandi, ut simul una; prohibendi, ut ne; eventus, ut forte fortuitu; conparandi, ut magis vel tam. sunt item adverbia infinita, ut ubi quando; sunt finita, ut hic modo. adverbia loci duas species habent, in loco et ad locum [significantes]: in loco, ut intus foris, ad locum, ut intro foras. dicimus enim intus sum, foris sum, intro eo, foras eo. adiciunt quidam de loco, quod sic dicitur quasi in loco, ut intus exeo, foris venio. adiciunt quidam etiam per locum, ut hac illac. heus et heu interiectiones multi, non adverbia putaverunt, quia non semper haec sequitur verbum.

Conparatio accidit adverbio, quia hic quoque conparationis gradus sunt tres, positivus conparativus superlativus: positivus, ut docte, conparativus, ut doctius, superlativus, ut doctissime. et quoniam adverbia quoque sunt, quae per omnes gradus ire non possunt, ideo his ad augendam significationem pro conparativo et superlativo magis et maxime coniungimus, ad minuendam minus et minime. quem ad modum conparantur, ita et diminuuntur adverbia: a positivo, ut primum primulum, longe longule; a conparativo, ut melius meliuscule, longius longiuscule. a superlativo vel nulla exempla vel rara sunt.

1 et huic sedulo sedule *om. L* 2 que datibo casu singulari i littera terminantur 4 in o *om. LP:* in dativo casu manent et adverbia faciunt *Cledonius p.* 1922 aduerbium *SP* aduerbia *s* similiter *om. LP* 5 quaedam multa *S Cledonius p.* 1923 *et deleto* quaedam *P:* multa *om. L* 7 figura DE SIGNIFICATIONE Significatio *S* 8 cernitur *L Cledonius p.* 1923 secernitur *SP* 9 ut hodie nunc cras nuper *P* adfermandi *S* 10 quinni *L Cledonius p.* 1923 quidni *SP* 11 quare *om. L* 13 parum *Lp* paruum *P* parbum *S* 14 secum *om. L* heus *Ps* eus *L* eos *S* eu *LS* seperandi *S* 15 ecastor *Cledonius p.* 1923 castor *LSP* ercle *S* hercule *L* 16 elegendi *SP* ne] sine *corr.* ne *S* 19 significantes *om. LP* 21 quasi] tamquam *S* 23 heus et eu *S* 24 haec sequitur *L Cledonius p.* 1925 exsequitur *P* sequitur *S* 25 hic quoquae DE CONPARATIONE conparacionis *S* 26 positivus conparativus superlativus *om. L* 30 quemammodum *L* 31 a positivo *om. S, add. s* primule *SP* 33 rara *L* praras *expuncto* p *S* perrara *P*

p. 21. 22 L. p. 1760. 61 P.

Figurae adverbiorum duae sunt. aut enim simplicia sunt adverbia, ut docte prudenter, aut conposita, ut indocte inprudenter. conponuntur etiam adverbia modis quattuor.

Sunt multae dictiones dubiae inter adverbium et nomen, ut falso; inter adverbium et pronomen, ut qui; inter adverbium et verbum, ut pone; inter adverbium et participium, ut profecto; inter adverbium et coniunctionem, ut quando; inter adverbium et praepositionem, ‖ ut propter; inter adverbium et interiectionem, ut heu. horum quaedam accentu discernimus, quaedam sensu. sunt [item] adverbia loci, quae inprudentes putant nomina: in loco, ut Romae sum; de loco, ut Roma venio; ad locum, ut Romam pergo. his praepositio non anteponitur, quae provinciis locis regionibusve adici solet, quia de significatione nominis non recedunt, ut de Africa venio, ad Siciliam pergo, in Italia sum. praepositio separatim adverbiis non adplicabitur, quamvis legerimus de repente, de sursum, de subito et ex inde et ab usque et de hinc. sed haec tamquam unam partem orationis sub uno accentu pronuntiabimus.

| DE PARTICIPIO.

Participium est pars orationis dicta, quod partem capiat nominis, partem verbi. recipit enim a nomine genera et casus, a verbo tempora et significationes, ab utroque numerum et figuram. participiis accidunt sex, genus casus tempus significatio numerus figura.

Genera participiis accidunt quattuor, masculinum, ut lectus, femininum, ut lecta, neutrum, ut lectum, commune tribus generibus, ut legens. nam omnia praesentis temporis participia generis sunt communis. casus totidem sunt participiorum, quot et nominum: nam per omnes casus etiam participia declinantur. tempora participiis accidunt tria, praesens praeteritum et futurum, ut luctans luctatus luctaturus. significationes participiorum a generibus verborum sumuntur. veniunt enim participia a verbo activo duo, praesentis temporis et futuri, ut legens lecturus; a passivo duo, praeteriti temporis et futuri, ut lectus legendus; a neutro duo, sicut ab activo, praesentis temporis et futuri, ut stans staturus; a deponenti tria, praesentis praeteriti et futuri, ut luctans luctatus luctaturus; a com-

1 DE FIGURA Figurae *S* 4 sunt multae dictiones sunt dubiae *S* dubiae inter aduerbium et nomen et pronomen et uerbum et participium et coniunctionem et praepositionem et interiectionem inter nomen et aduerbium ut est (interiectionem ut in nomine *superscripto* est *P*) falso *LP* 5 in pronomine qui in uerbo pone in participio profecto in coniunctione ut uel quando in praepositione propter in interiectione heu *P* ut quo *S* 9 item *om. LP* inprudenter *S* inprudentes *s* 11 his *om. S, add. s* ante praeponitur *S* 12 solent *S* recidunt *S* recedunt *s* 14 legeremus *S* legerimus *s* de repente *om. S, add. s* 17 DE PARTICIPIO] *Charis. p.* 159 19 partem uerbi *L* partemque uerbi *PS Charisius* 21 tempus significatio ς *et Donati ars minor* significatio tempus *LSP* 22 DE GENERE Genera *S* 23 tribus generibus *om. SP* 24 omnia participia praesentis temporis *SP* 26 DE TEMPORE Tempora *S* 27 DE SIGNIFICATIONE Significationes *S* 28 ab actiuo *P* ab hactibo *S* 30 a neutro sicut ab actiuo duo *L:* sicut ab activo *om. P* 32 praeteriti temporis *L*

p. 22. 23 L. p. 1761—63 P.

muni quattuor, praesentis praeteriti et duo || futura, ut criminans criminatus criminaturus criminandus. inchoativa participia praesentis temporis sunt tantum, ut horrescens tepescens calescens. defectiva interdum alicuius sunt temporis, ut soleo solens solitus, interdum nullius, ut ab eo quod est memini nullum participium reperitur: interdum a non defectivo verbo participia defectiva sunt, ut ab eo quod est studeo studens, futurum tempus non habet. ab inpersonali verbo participia nisi usurpata non veniunt. numerus participiis accidit uterque, singularis et pluralis: singularis, ut hic legens, pluralis, ut hi legentes. figura item participiorum duplex est. aut enim simplicia sunt participia, ut scribens, aut composita, ut describens. conponi etiam participia quattuor modis possunt.

Sunt nomina speciem participiorum habentia, ut tunicatus galeatus, quae quia a verbo non veniunt, non sunt participiis applicanda. ex quibus sunt etiam illa quae, cum participia videantur, verborum tamen significatione privata sunt, ut pransus cenatus placita nupta triumphata regnata: nam prandeor cenor placeor nubor triumphor regnor non dicitur. sunt item alia participia, quae accepta praepositione et a verbis et a participiis recedunt, ut nocens innocens: nam noceo dicitur, innoceo non dicitur. sunt veluti participia, quae a verbo veniunt et, quia tempus non habent, nomina magis quam participia iudicantur, ut furibundus moribundus. sunt multa participia eadem et nomina, ut passus visus cultus, quae tamen et in casibus discrepant et de temporibus dinoscuntur. sunt participia defectiva, quae per omnia tempora ire non possunt, ut coeptus urguendus. sunt participia, quae accepta conparatione fiunt nomina, ut acceptus incensus, acceptior incensior. adverbia de participiis fieri posse non nulli negant; sed hos plurimae lectionis revincit auctoritas. ||

| DE CONIVNCTIONE.

Coniunctio est pars orationis adnectens ordinansque sententiam. coniunctioni accidunt tria, potestas figura ordo. potestas coniunctionum in quinque species dividitur. sunt enim copulativae disiunctivae expletivae causales rationales. [VI] copulativae sunt hae, et que at atque ac ast;

1 praesentis praeteriti temporis et duo futura *L* praesens (*corr.* -tis) praeteritum (*corr.* -ti) et duo futura (*corr.* -ri) *P* praesentis praeteriti et duum futurorum *Cledonius p.* 1928 3 orriscens tepiscens caliscens *S* 4 temporum *S* ab eo uerbo (uerba *P*) quod est memini *LPs* habeo que est memini *S* 6 ut studeo studens et futurum *S* ut ab eo quod est studeo studens cresco crescens futurum *P* 8 DE NUMERO Numeri participiis accidunt *S* singularis et pluralis *om. L* 9 DE FIGURA Figura *S* 10 discribens *S* 11 conponuntur autem participia modis quattuor possunt *S* 12 tonicatus *LP* 13 ad participia *S* participiis *s* 14 quae participia uidentur *S* 17 item *LPs* etiam *S* 18 recidunt *S* 20 ut foribundus *S* 22 dinoscuntur et comparata mutantur *P* 23 ut ceptus urgendus *L* 24 acceptus incensus *om. SP* 26 sed hoc *S* sed hos *s* 27 DE CONIUNCTIONE] *Diom. p.* 409 *Claud. Sacerd. p.* 22 29 DE POTESTATE Potestas *S* 31 UII (*corr.* UI) copulatiuae hae sunt *S* copulatiuae sunt hae *L* copulatiuae hae sunt *P*

p. 23 L. p. 1763. 64 P.

[VI] disiunctivae [sunt], aut ve vel ne nec neque; [XI] expletivae [sunt], quidem, equidem, saltim, videlicet, quamquam, quamvis, quoque, autem, porro, porro autem, tamen; [triginta quattuor] causales, si, etsi, [etiam] etiamsi, [ac si, tamen si] si quidem, quando, quando quidem, quin, quin etiam, quatenus, sin, seu, sive, [neve] nam, namque, ni, nisi, nisi si, si enim, etenim, ne, sed, interea, licet, quamobrem, praesertim, item, itemque, ceterum, alioquin, praeterea. [quindecim] rationales, ita, itaque, enim, enimvero, quia, quapropter, quoniam, quoniam quidem, quippe, ergo, ideo, igitur, scilicet, propterea, idcirco. figurae coniunctionum duae sunt, simplex, ut nam, conposita, ut namque. ordo coniunctionum in hoc est, quia aut praepositivae sunt coniunctiones, ut at ast, aut subiunctivae, ut que autem, aut communes, ut et igitur.

Sunt etiam dictiones, quas incertum est utrum coniunctiones an praepositiones an adverbia nominemus [ut cum et ut. haec, nisi sententiam consideraverimus, incerta sunt], quae tamen omnes sensu facile dinoscuntur. nam et coniunctiones pro aliis coniunctionibus positae inveniuntur potestate mutata.

DE PRAEPOSITIONE.

Praepositio est pars orationis, quae praeposita aliis partibus orationis significationem earum aut mutat aut conplet aut minuit. nam aut nomini praeponitur, ut invalidus; aut pronomini praeponitur, ut prae me, vel subponitur, ut mecum tecum nobiscum vobiscum; aut verbum praecedit, ut perfero, aut adverbium, ut expresse, aut participium, || ut praecedens, aut coniunctionem, ut absque, aut se ipsam, ut circumcirca. praepositiones aut casibus serviunt aut loquellis aut et casibus et loquellis. aeque aut coniunguntur aut separantur aut et coniunguntur et separantur. coniunguntur, ut di dis re se am con; dicimus enim diduco distraho recipio secubo amplector congredior: separantur, ut apud penes: coniunguntur et separantur ceterae omnes. ex quibus in et con praepositiones, si ita conpositae fuerint, ut eas statim s vel f litterae consequantur, plerumque producuntur, ut insula infula consilium confessio.

1 UI (UII *s*) disiunctiuae sunt *S:* VI *et* sunt *om. LP* nec neque *S* nec an neque *s* XI (XII *s*) expletiuae sunt *S:* XI *et* sunt *om. LP* 2 autem porro autem tamen *S* autem porro porro autem licet tamen *s* autem porro sin autem licet tamen *P* enim autem porro licet tamen ς 3 triginta quattuor *om. LP* etiam *om. LP* si etiam *Diomedes p.* 410 4 ac si tamen si *S* ac si tametsi *sP, om. L* 5 quatinus *L* quatenus *corr.* quatinus *P* neue] neu *P, om. L* si *ante* enim *om. S* 6 ne] non enim *P* licet *om. SP* 7 quindecim *om. LP* ita que *S* ita itaque *s* 8 enim etenim enimuero *P* 9 scilicet uidelicet propterea *L* DE FIGURA Figurae *S* 13 dictiones plurimae *P* 14 ut cum — incerta sunt *om. LP* 18 DE PRAEPOSITIONE] *Diom. p.* 404 20 aut complet aut mutat aut minuit *L* implet *P* 22 quod et Donatus in secunda arte docet his verbis, aut verbum — circumcirca *Priscianus p.* 990 praecidit *S* 24 se *om. S, add. s* 25 aut et casibus et loquellis *om. L* aeque casibus et loquellis *P* ęque *L* haeque *S, om. P* 26 quae loquelis seruiunt tantum coniunguntur ut di *P* 27 distrao *L* 28 pęnes item coniunguntur *L*

p. 23. 24 L. p. 1764. 65 P.

Praepositioni accidit casus tantum. casus namque in praepositionibus duo sunt, accusativus | et ablativus. aliae enim accusativo casui praeponuntur, aliae ablativo, aliae utrique. accusativi casus praepositiones sunt hae, ad apud ante adversum cis citra circum circa contra erga extra inter intra infra iuxta ob pone per prope secundum post trans ultra praeter propter supra [circiter] usque [secus] penes. dicimus enim ad patrem, apud villam, ante aedes, adversum inimicos, cis Renum, citra forum, circum vicinos, circa templum, contra hostem, erga propinquos, extra terminos, inter naves, intra moenia, infra tectum, iuxta macellum, ob augurium, pone tribunal, per parietem, prope fenestram, secundum fores, post tergum, trans ripam, ultra fines, praeter officium, propter rem, supra caelum, [circiter annos], usque Oceanum, [secus vos] penes arbitros. ex his ad et apud cum unius casus sint, diverso modo ponuntur. dicimus enim 'ad amicum vado', 'apud amicum sum'. nam neque 'apud amicum vado' recte dicitur neque 'ad amicum sum'. usque praepositio plurimis non videtur, quia sine aliqua praepositione proferri recte non potest. ablativi casus praepositiones sunt hae, || a ab abs cum coram clam de e ex pro prae palam sine absque tenus. dicimus enim a domo, ab homine, abs quolibet, cum exercitu, coram testibus, clam custodibus, de foro, e iure, ex praefectura, pro clientibus, prae timore, palam omnibus, sine labore, absque iniuria, tenus pube. sed haec praepositio propter euphoniam subicitur et facit pube tenus. clam praepositio casibus servit ambobus. utriusque casus praepositiones sunt hae, in sub super subter. quarum in et sub tunc accusativi casus sunt, cum ad locum vel nos vel quoslibet ire isse ituros esse significamus; tunc ablativi, cum vel nos vel quoslibet in loco esse fuisse futuros esse significamus. cuius rei exempla sunt haec: in accusativi casus, 'itur in antiquam silvam;' in ablativi casus, 'stans celsa in puppi.' sub accusativi casus, 'postesque sub ipsos Nituntur gradibus;' sub ablativi casus,

arma sub adversa posuit radiantia quercu.

3 utriusque cas ..... *S* utrique casui *s* 5 prope propter secundum *P* 6 propter *hoc loco om. P* circiter *om. L* secus *om. LS, add. s: cf. Don. art. min. de praep.* 7 aduersum ostes *S* aduersum inimicos *s* 10 prope fenestram propter disciplinam secundum *P* 11 propter rem *L*, *om. P*: *in S est litura, in qua quid olim fuerit non adparet* 12 circiter annos *om. LP* usque ad uictoriam *corr.* usque ad oceanum *P* secus vos *om. LP* 14 sum] suum *L* 15 sum] suum *L* 16 preferri *S* recte *om. L* 17 potest ut usque ad caelum usque ad oceanum *P, ubi in margine adscripta sunt haec,* unde et adiungitur utrique casui pro qualitate praepositionis cius cui fuerit copulata ut usque ad et usque ab, *quae post* potest *addunt s*ς 22 *de* clam *praepositione testimonio Donati usus est Priscianus p.* 998, *item de praepositionibus utriusque casus p.* 1203 24 tunc praepositiones accusatiui casus sunt, cum aduersum uel ante significant, ut 'ibat in Euryalum' (*Verg. Aen.* VIIII 424) et 'sub ipsum Arcturum' (*Verg. georg.* I 67) pro ante; tunc ablatiui casus, cum uim recte retinent nec pro accusatiuis praepositionibus ponuntur. item accusatiui casus sunt, cum ad locum uel nos uel quoslibet ire iisse ituros esse significamus. cuius ς 27 itur] *Verg. Aen.* VI 179 28 staus] *Verg. Aen.* III 527. VIII 680. X 261 potestque *S: Verg. Aen.* II 442 30 arma] *Verg. Aen.* VIII 616 querco *S* quercu *s*

super vero et subter cum accusativo casui naturaliter praeponantur, et ablativo tamen plerumque iunguntur, ut 'gemina super arbore sidunt' et

ferre iuvat subter densa testudine casus.

| quamquam multi sunt qui non putant praepositiones esse ambiguas nisi duas, in et sub; ceterum super et subter, cum locum significant, figurate ablativo iungi. extra quam formam super praepositio, cum de significat, hoc est mentionem de aliquo fieri, ablativi casus est tantum, ut

multa super Priamo rogitans, super Hectore multa,

hoc est de Priamo et de Hectore.

Separatae praepositiones acuuntur; coniunctae casibus aut loquellis vim suam || saepe conmutant et graves fiunt. praepositiones aut ipsa verba [cum conponuntur] corrumpunt, ut conficio, aut ipsae corrumpuntur, ut suffero, aut et corrumpunt et corrumpuntur, ut suscipio. antiqui praepositiones etiam genetivo casui coniungebant, ut crurum tenus. item post et ante et circum utriusque casus invenimus. sed scire nos convenit praepositiones ius suum tunc retinere, cum praeponuntur, subpositas vero et significationem suam et vim nominis et legem propriam non habere. separatae praepositiones separatis praepositionibus non cohaerent. et adverbia faciunt, si quando illas non subsequitur casus. sunt qui putant accidere praepositioni et figuram et ordinem: figuram, quia sunt praepositiones simplices, ut abs, conpositae, ut absque; ordinem, quia sunt praepositivae praepositiones, ut sine, sunt subiunctivae, ut tenus. sed haec nos et similia in his numerabimus, quae inaequalia nominantur.

DE INTERIECTIONE.

Interiectio est pars orationis interiecta aliis partibus orationis ad exprimendos animi adfectus; aut metuentis, ut ei [eu]; aut optantis, ut o; aut dolentis, ut [heia et] heu; aut laetantis, ut evax. sed haec apud Graecos adverbiis adplicantur, quod ideo Latini non faciunt, quia huiusce modi voces non statim subsequitur verbum. licet autem pro interiectione

2 tamen *om. S, add. s* gemina] *Verg. Aen.* VI 203 sedunt *S* sidunt *s* sedent *corr.* sidunt *P* 4 ferre] *Verg. Aen.* VIII 514 iubat *L* iubet *corr.* iuuat *P* iubet *S* iuuat *s* 5 praepositiones esse ambiguas *P* praepositiones ambiguas *L* ambigu. s (ambiguas *s*) praeposiciones *S* 6 duas *om. L* figuratī *L* 7 iunguntur *P* 9 multa] *Verg. Aen.* I 750 super Hectore multa, *item* et de Hectore *om. LP* 11 idque Donatus etiam in secunda arte de praepositione se intellegere confirmat his verbis, separatae praepositiones — graves fiunt *Priscianus p.* 977 loquillis fuerint uim *S* 12 aut ipsa uerba *s Servius in Don. p.* 1856 aut ipsae uerba *LP* aut uerba *S* 13 cum conponuntur *om. LP Servius l. c.* 14 afferro *S* suffero *s* aut corrumpunt *LP* 15 crurum] *Verg. georg.* III 53 16 utriusque casibus inuenimus *P* utriusque casibus iunctas inuenimus *S* utrique casui adiunctas inuenimus *s* 17 ius suum] uim suam *L* 18 suam *om. S, add. s* 19 aduerbium *S* aduerbia *s* 22 simplices ut abs *om. S, add. s* 24 numerauimus *L* adnumerauimus *P* numerantur *SP* nominantur *s* 27 ut ei eu *S* ut at at *s* ut enim at at *Putschius:* eu *om. LP* 28 ut heia et eu *S* ut heu *sLP* ut heu aut admirantis ut papae ς

etiam alias partes orationis singulas pluresve subponere, ut nefas, pro nefas. accentus in interiectionibus certi esse non possunt, ut fere in aliis vocibus quas inconditas invenimus. ‖

DE BARBARISMO.

Barbarismus est una pars orationis vitiosa in communi sermone. in poemate metaplasmus, itemque in nostra loquella barbarismus, in peregrina barbarolexis dicitur, ut siquis dicat mastruga cateia magalia. barbarismus fit duobus modis, pronuntiatione et scripto. | his bipertitis quattuor species subponuntur, adiectio detractio inmutatio transmutatio litterae syllabae temporis toni adspirationis. per adiectionem litterae fiunt barbarismi, sicut ‘relliquias Danaum’, cum reliquias per unum l dicere debeamus; syllabae, ut ‘nos abiisse rati’ pro abisse; temporis, ut ‘Italiam fato profugus’, cum Italiam correpta prima littera dicere debeamus: per detractionem litterae, sicut ‘infantibu parvis’ pro infantibus; syllabae, ut salmentum pro salsamentum; temporis, ut ‘unius ob noxam’ pro unīus: per inmutationem litterae, sicut olli pro illi; syllabae, ut permities pro pernicies; temporis, ut ‘fervere Leucaten’ [pro fervere ‘et Actia bella videbis’], cum fervere sit secundae coniugationis et producte dici debeat: per transmutationem litterae, sicut Euandre pro Euander; syllabae, ut displicina pro disciplina; temporis, ut siquis deos producta priore syllaba et correpta posteriore pronuntiet. toni quoque similiter per has quattuor species conmutantur. nam et ipsi adiciuntur detrahuntur inmutantur transmutantur. quorum exempla ultro se offerent, siquis inquirat. ‖ totidem modis etiam per adspirationem deprehenditur barbarismus, quem quidam scripto, quidam pronuntiationi iudicant adscribendum, propter h scilicet, quam alii litteram, alii adspirationis notam putant. fiunt etiam barbarismi per hiatus. sunt etiam malae conpositiones, id est cacosyntheta, quas non nulli barbarismos putant, in

2 *de accentu interiectionum Donati auctoritate utitur Priscianus p.* 1024 4 DE BARBARISMO IDEM *S* 6 loquilla *S:* barbarismus in nostra loquella *LP* 7 barbarolexis *LP Servius in Don. f.* 181 *Sergius cod. Lavant. f.* 72 barbaris (*ut videtur, corr.* barbara) lexis *S* mastrugga *P* mustruca *S* mastruga *s* 11 relliquias] *Verg. Aen.* I 30 12 nos] *Verg. Aen.* II 25 13 Italiam] *Verg. Aen.* I 2 14 sicut infatibu *S: Lucret.* I 186: sicut infatibus pro infantibus et nutriram pro nutrieram *Iulianus* 15 pro salsamento *P* unius] *Verg. Aen.* I 41 17 ut permities *SP* ut pernities *s* ut permicies *L* ut pernucies ϛ: *cf. Sergius cod. Lavant. f.* 72. permities *exemplis Plauti et Taciti confirmavit A. Kochius exercit. crit. in prisc. poet. Lat.* (*Bonnae a.* 1841) *p.* 9: pernucies *probavit Bergkius ephem. antiquit.* (*Zeitschrift f. Alterthumswissenschaft*) *a.* 1855 *p.* 299, pernuties *F. Ritterus mus. Rhenan. noviss.* XVI (*a.* 1861) *p.* 468. *de stirpe vocabuli disseruit H. Schweitzerus ephem. ling. compar. III* (*Zeitschrift für vergleichende Sprachwissenschaft a.* 1854) *p.* 398 fervere] *Verg. Aen.* VIII 677 18 pro fervere — videbis *om. LP* cum si (sit *s*) secundae coniugationis est (et *s*) *S* 19 debeant *corr.* debeat *S* 20 Euandre] *Verg. Aen.* XI 55 24 offerent *SP* offerunt *Ls* inquirat *LS* inquiret *Ps* 25 pronuntiatione *P* pronontiationem *S* 26 asscribendum *L* 27 fiunt — 393, 4 relinquemus *Diom. p.* 445 28 conposicionis (conposiciones *s*) id est cacosinteton *S* quam *S* quas *s* quae *P*

p. 26. 27 L. p. 1768. 69 P.

quibus sunt myotacismi labdacismi iotacismi hiatus conlisiones et omnia, quae plus aequo minusve sonantia ab eruditis auribus respuuntur. nos cavenda haec vitia praelocuti controversiam de nomine pertinacibus relinquemus.

DE SOLOECISMO.

Soloecismus est vitium in contextu partium orationis contra regulam artis grammaticae factum. inter soloecismum et barbarismum hoc interest, quod soloecismus discrepantes aut inconsequentes in se dictiones habet, barbarismus autem in singulis verbis fit scriptis vel pronuntiatis. quamquam multi errant, qui putant etiam in una parte orationis fieri soloecismum, si aut demonstrantes virum hanc dicamus, aut feminam hunc; aut interrogati quo pergamus respondeamus Romae; aut unum [re]salutantes salvete dicamus, cum utique praecedens demonstratio vel interrogatio vel salutatio vim contextae orationis obtineat. multi etiam dubitaverunt, scala quadriga scopa soloecismus an barbarismus esset, cum scilicet id genus dictionis barbarismum esse vel ex ipsius vitii definitione facile possit agnosci.

Soloecismus fit duobus modis, aut per partes orationis aut per accidentia partibus orationis. per partes orationis fiunt soloecismi, cum alia pro alia ponitur, ‖ ut ‘torvumque repente Clamat’ pro torve: nomen pro adverbio positum est. fit et in eadem parte orationis hoc vitium, cum ipsa pro se non in loco suo neque ut convenit ponitur, ut ‘cui tantum de te licuit’ pro in te, et ‘apud amicum eo’ pro ‘ad amicum’, et ‘intro sum’ pro ‘intus sum’, et ‘foris exeo’ pro foras. per accidentia partibus orationis tot modis fiunt soloecismi, quot sunt accidentia partibus orationis. sed ex his propter compendium exempli causa perpauca monstrabimus. nam per qualitates nominum fiunt soloecismi, sicut

hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus

pro Dardanius; proprium nomen pro appellativo posuit: per genera, sicut ‘validi silices’ et ‘amarae cortices’ et ‘collus collari caret’: per numeros, sicut ‘pars in frusta secant’ pro secat: per conparationem, sicut

1 miotacismi *L* moetacismi *S* metacismi *P* 3 relinquimus *P* relinquamus *S* 7 inter soloecismum — 17 agnosci *Diom. p.* 451 8 inter se *Charisius p.* 238 10 errant] erunt *S* errant *s* 12 salutantes *L superscripto* re *S* resalutantes *Pl Diomedes* 13 aut interrogatio *S* 16 barbarismum esse *Lps* barbarismus esse *SPl* 18 per ea quae accidunt partibus oracionis *S* 20 torvumque] *Verg. Aen.* VII 399 21 in eadem *Lps* in ea *PS* 22 cui de te tantum elicuit *S: Verg. Aen.* VI 502 28 hauriat] *Verg. Aen.* IIII 661 30 nomen *om. SP* 31 ualidi silices et amarae cortices *LPs Pompeius p.* 434 *Servius in Don. f.* 182* ualidi silicis et amarae corticis *S:* amarae corticis *est apud Vergilium bucol.* 6, 62 collus collaricaret *L* collus collario (*corr.* collaria) caret *P* collus collaria caret *S* collus collarigaret *Iulianus: Plaut. Capt.* II 2, 107 32 pars] *Verg. Aen.* I 212 per comparationes *P*

respondit Iuno Saturnia sancta dearum

pro sanctissima: per casus, sicut

urbem quam statuo vestra est

pro ‘urbs quam statuo’. per modos verborum, sicut

itis, paratis arma quam primum, viri

| pro ‘ite parate’; indicativum modum pro imperativo posuit: per significationes, sicut

spoliantur eos et corpora nuda relinquunt

pro spoliant: per tempora, sicut

ceciditque superbum

Ilium et omnis humo fumat Neptunia Troia

pro ‘cecidit et fumavit’: per personas, sicut

Danai, qui parent Atridis, quam primum arma sumite

pro ‘qui paretis sumite’. per adverbia, sicut ‘intus eo’ pro intro, et ‘foras sto’ pro foris, et ‘Italia venio’ et ‘ad Romam pergo’, cum praepositio nomini separatim addenda sit, || non adverbio. per praepositiones, cum alia pro alia ponitur aut necessaria subtrahitur: alia pro alia ponitur, ut ‘sub lucem’ pro ‘ante lucem’; necessaria subtrahitur, ut

silvis te, Tyrrene, feras agitare putasti

pro ‘in silvis’. per coniunctiones, sicut ‘subiectisque urere flammis’ pro subiectisve; et ‘autem fieri non debet’, cum dicendum sit ‘fieri autem non debet’. fiunt praeterea soloecismi pluribus modis, quos reprehendendo potius quam imitando possumus adnotare. soloecismus in prosa oratione, in poemate schema nominatur.

DE CETERIS VITIIS.

Cum barbarismo et soloecismo vitia duodecim numerantur hoc modo, barbarismus soloecismus acyrologia cacenphaton pleonasmos perissologia macrologia tautologia eclipsis tapinosis cacosyntheton amphibolia.

Acyrologia est inpropria dictio, ut

hunc ego si potui tantum sperare dolorem:

sperare dixit pro timere.

Cacenphaton est obscena enuntiatio vel in conposita dictione vel in

1 respondit] *Enn. annal.* I 65 *ed. Vahl.* 3 urbem] *Verg. Aen.* I 573 6 per significationem *S* 8 expoliantur ς: *Ennii annalibus versum adscripsit Columna* corpura *S* corpora *s* reliquunt *S* 9 pro expoliant ς 10 ceditque *S* . . . ditque *L* caditque *lP*: *Verg. Aen.* III 2: *cf. Charis. p.* 239 11 humu fumant *S* humo fumat *s* 12 pro cedit (cecidit *s*) et fumauit *S* pro fumauit *L* pro cecidit fumauit *l* 13 atrides *S* atridis *s* Atridi *Pompeius p.* 436 *et Iulianus* 15 italiam *S* cum praepositio — adverbio *om. S* 17 necessaria *LS* necessario *lP* alia pro alia ponitur *om. S, add. s* 18 sub lucem ibant *P* necessaria *L* necessario *Pl* uel cum necessaria *S* 19 silvis] *Verg. Aen.* XI 686 20 subiectisque] *Verg. Aen.* II 37 21 et non autem fieri debet *S* 23 soloechismus est in *deleto* est *S* 25 DE CETERIS VITIIS] *Charis. p.* 242 *sqq. Diom. p.* 443 *sqq.* 28 amphibologia *L* 30 hunc] *Verg. Aen.* IIII 419 32 dictio *SP* dictione *sp*

uno verbo, ut 'numerum cum navibus aequet', 'arrige aures Pamphile'.

Pleonasmos est adiectio verbi supervacui ad plenam significationem, ut 'sic ore locuta est' pro 'sic locuta est'.

Perissologia est supervacua verborum adiectio sine ulla vi rerum, ut | ibant qua poterant, qua non poterant non ibant.

Macrologia est longa sententia res non necessarias conprehendens, ut 'legati non inpetrata pace retro, unde venerant, domum reversi sunt'.

Tautologia est eiusdem dictionis repetitio vitiosa, ut egomet ipse. ||

Eclipsis est defectus quidam necessariae dictionis, quam desiderat praecisa sententia, ut 'haec secum': deest enim loquebatur.

Tapinosis est humilitas rei magnae non id agente sententia, ut

penitusque cavernas
ingentes uterumque armato milite complent

et 'Dulichias vexasse rates' et

Pelidae stomachum cedere nescii.

Cacosyntheton est vitiosa conpositio dictionum, ut 'versaque iuvencum Terga fatigamus hasta'.

Amphibolia est ambiguitas dictionis, quae fit aut per casum accusativum, ut siquis dicat 'audio secutorem retiarium superasse'; aut per commune verbum, ut siquis dicat 'criminatur Cato', 'vadatur Tullius', nec addat quem vel a quo; aut per distinctionem, ut 'vidi statuam auream hastam tenentem'. fit et per homonyma, ut siquis aciem dicat et non addat oculorum aut exercitus aut ferri. fit praeterea pluribus modis, quos percensere omnes, ne nimis longum sit, non oportet.

DE METAPLASMO.

Metaplasmus est transformatio quaedam recti solutique sermonis in alteram speciem metri ornatusve causa. huius species sunt quattuordecim, prosthesis epenthesis paragoge aphaeresis syncope apocope ectasis systole diaeresis episynaliphe synaliphe ecthlipsis antithesis metathesis.

1 numerum] *Verg. Aen.* I 193 aequet *LP* aequat *Sl* arrige] *Ter. Andr.* V 4, 30 4 sic] *Verg. Aen.* I 614 6 ibant] *cf. Charis. p.* 242 8 legati] *cf. Charis. l. c.* retro *om. P, add. p* 10 dictionis *Ls* dicti *SP* 11 desideret *P* 12 haec secum] *Verg. Aen.* I 37 13 non id agente sententia quod demonstrat ς 14 penitusque] *Verg. Aen.* II 19 15 uterque *L* utrumque *l:* uterumque — rates et *om. S, add. s:* uterumque — nescii *in marg. add. P* complent id est multae legiones armatorum impleuerunt cauernas *Ps* 16 Dulichias] *Verg. bucol.* 6, 76 17 Pelidae] *Hor. carm.* I 6, 6 18 versaque] *Verg. Aen.* VIII 610 20 Amphibologia *L* 25 oculorum exercitus ferri *L* pluribus *LPs* plurimis *S* 26 recensere *S* 27 DE METAPLASMIS *P: Diom. p.* 435, *cf. Consent. p.* 5 *sqq. ed. Buttm.* 29 metri ornatus necessitatisue causa *LP* 30 prothesis *LS* 31 diheresis *LSP* episynaliphe *L* synheresis . . . . . *P* sineresis *s: in S quid olim fuerit non adparet* ecliptosis *corr.* eclipsis *L* eclipsis *S* e.lypsis *P*

p. 29. 30 L. p. 1771. 72 P.

Prosthesis est appositio quaedam ad principium dictionis litterae aut syllabae, ut gnato ‖ pro nato, tetulit pro tulit.

Epenthesis est appositio ad mediam dictionem litterae aut syllabae, ut relliquias pro reliquias, induperator pro imperator. hanc alii epenthesin, alii parenthesin dicunt.

Paragoge est appositio ad finem dictionis litterae aut syllabae, ut magis pro mage et potestur pro potest. hanc alii prosparalepsin appellant.

| Aphaeresis est ablatio de principio dictionis contraria prosthesi, ut mitte pro omitte, temno pro contemno.

Syncope est ablatio de media dictione contraria epenthesi, ut audacter pro audaciter, commorat pro commoverat.

Apocope est ablatio de fine dictionis paragoge contraria, ut Achilli pro Achillis et pote pro potest.

Ectasis est extensio syllabae contra naturam verbi, ut ‘Italiam fato profugus’, cum Italia correpte dici debeat.

Systole est correptio contraria ectasi, ut ‘aquosus Orion’, cum Orion producte dici debeat.

Diaeresis est discissio syllabae unius in duas facta, ut

olli respondit rex Albai longai.

Episynaliphe est conglutinatio duarum syllabarum in unam facta contraria diaeresi, ut Phaethon pro Phaëthon, Nerei pro Nerëi, aeripedem pro aëripedem.

Synaliphe est per interceptionem concurrentium vocalium lubrica quaedam lenisque conlisio, ut

atque ea diversa penitus dum parte geruntur.

haec a quibusdam syncrisis nominatur.

Ecthlipsis est consonantium cum vocalibus aspere concurrentium quaedam difficilis ac dura conlisio, ut

multum ille et terris iactatus et alto.

1 Prothesis *L* Protesis *S* 3 ad medium dictionis *S* 4 et hanc *S* 7 magis pro mage *LP* mage pro magis *p* magi pro magis *S* magis pro magi *s* pote (potestur *s*) pro potest *S* prosparalipsin *S* prosparalypsin *P* proparalemsin *L* 8 prothesi *LSP* 9 pro demitte (pro omitte *s*) et temno *S* 11 pro commemorat *S* 12 ut Achille pro Achilles et pote pro potis est *Iulianus* 13 pote pro potest . . *P* potes pro potestis *L* potis pro potis est *S* potis pro potest *s* 14 Italiam] *Verg. Aen.* I 2 15 cum italiam *P* correpta prima littera *L* 16 ut cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion (*Verg. Aen.* I 535) *Putschius* aquosus *om. S, add. s: Verg. Aen.* IIII 52 cum] pro *S* cum *s* 18 Diheresis *LP* Dihęsis *S* diresis *s* factas *S* 19 olli] *Enn. annal.* I 34 *ed. Vahl.* 20 Episynaliphe] Synheresis *P* Sineresis *s:* in *S quid olim fuerit non adparet* factam *S* 21 diheresi *LS* phethon pro phoethon neri pro nerei eoridem (eripedem *s*) pro eoripidem (aeripedem *s*) *S* phoeton nerei pro phoeton nerei eripedem pro aeripedem *L* phaeton pro phoeton . . . . . aeripedem ceruam pro aeripedem *P* Phaeton *per συναλοιφήν dictum P. Varronis versu probavit Quintilianus* I 5, 17 Nerei] *Verg. Aen.* VIII 373, *ubi* Neri *defendit Servius, et* X 764 aeripedem] *Verg. Aen.* VI 803 23 interiectionem *SP* interceptionem *s* 25 atque] *Verg. Aen.* VIIII 1 26 sincussis *S* sincrisis *sL* synchysis ς 27 E.lypsis *P* Heclipsis *S* Ecliptosis *L* 29 multum] *Verg. Aen.* I 3

Antithesis est litterae pro littera positio, ut olli pro illi. ‖

Metathesis est translatio litterarum in alienum locum, nulla tamen ex dictione sublata, ut Euandre pro Euander, Thymbre pro Thymber.

DE SCHEMATIBVS.

Schemata lexeos sunt et dianoeas, id est figurae verborum et sensuum. sed schemata dianoeas ad oratores pertinent, ad grammaticos lexeos. quae cum multa sint, ex omnibus necessaria fere sunt decem et septem, quorum haec sunt nomina, prolepsis zeugma hypozeuxis syllepsis anadiplosis anaphora epanalepsis epizeuxis paronomasia, schesis onomaton, parhomoeon homoeoptoton homoeoteleuton polyptoton hirmos polysyndeton dialyton.

| Prolepsis est praesumptio rerum ordine secuturarum, ut

continuo reges ingenti mole Latinus

et cetera.

Zeugma est unius verbi conclusio diversis clausulis apte coniuncta, ut

Troiugena interpres divum, qui numina Phoebi,
qui tripodas, Clari lauros, qui sidera sentis

et cetera.

Hypozeuxis est figura superiori contraria, ubi diversa verba singulis [quibusque] clausulis [proprie] subiunguntur, ut

regem adit et regi memorat nomenque genusque

et cetera.

Syllepsis est dissimilium clausularum per unum verbum conglutinata conceptio, ut 'hic illius arma, Hic currus fuit'. hoc schema ita late patet, ut fieri soleat non solum per partes orationis, sed et per accidentia partibus orationis. item syllepsis est, cum singularis dictio plurali verbo adiungitur, ut

sunt nobis mitia poma,
castaneae molles et pressi copia lactis.

1 repositio *L* 3 Euandre] *Verg. Aen.* XI 55 Thymbre pro Thymber *om. S* tymbre pro timber *s:* thymbre pro tymber euandre pro euander *L: Verg. Aen.* X 394 4 DE SCEMATIBUS LEXEOS *S: Charis. p.* 249 *sqq. Diom. p.* 438 *sqq. Beda de trop. p.* 342 *sqq. ed. Pith.* 5 id est figurae verborum et sensuum *om. LP* 8 prolemsis *LSP* zeuma *LS* syllemsis *LSP* 9 epanalempsis *S* epanalemsis *LP* paromoeon *P* paronomoeon *S* paranomoeon *L* 10 omoeoteleuton omoeoptoton *P* homoeoptoton homoeuteleuthon *s: in S quid olim fuerit non adparet* polypsindeton *P* posi . teton *S* polisintheton *s* 12 Prolemsis *LSP* ordinem secuturarum praecedens *S* ordine secutarum *Diomedes et Iulianus* 13 continuo] interea *P: Verg. Aen.* XII 161 15 Zeuma *LS* apta *S* apte *s* 16 Troiugena] *Verg. Aen.* III 359 17 clarii *SP* laurus *P* 19 singulis clausulis subiunguntur *LP* singulis quibusque (quibus *S* quibusque *s*) proprie subiunguntur *S Iulianus:* ubi singula verba vel sententiae singulis quibusque clausulis subiunguntur *Beda p.* 343 21 regem] *Verg. Aen.* X 149 adiit *S* 23 Syllemsis *SP* Sylemsis *L* 24 hic] *Verg. Aen.* I 16 25 non solum *corr.* et *P* et *L* sed et *S* sed etiam *s* set *corr.* et *P* et *L* 26 item — 29 lactis *om. L, deleta sunt in P* silemsis est *P* syllemsis *S* 27 adiungatur *S* adiungitur *s* adiungat *P* 28 sunt] *Verg. bucol.* 1, 81

Anadiplosis est congeminatio dictionis ex ultimo loco praecedentis versus et principio sequentis, ut

sequitur pulcherrimus Astur,
Astur equo fidens.

Anaphora est relatio eiusdem verbi per principia versuum plurimorum, ut ||

nate, meae vires, mea magna potentia solus,
nate patris summi, qui tela Typhoëa temnis.

Epanalepsis est verbi in principio versus positi in eiusdem fine repetitio, ut

ante etiam sceptrum Dictaei regis et ante.

Epizeuxis est eiusdem verbi in eodem versu sine aliqua dilatione congeminatio, ut

me, me, adsum qui feci, in me convertite ferrum.

Paronomasia est veluti quaedam denominatio, ut

nam inceptio est amentium, haut amantium.

Schesis onomaton est multitudo nominum coniunctorum quodam habitu copulandi, ut

Marsa manus, Peligna cohors, Vestina virum vis.

| Parhomoeon est, cum ab isdem litteris diversa verba sumuntur, ut

o Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.

Homoeoptoton est, cum in similes casus exeunt verba diversa, ut

merentes flentes lacrimantes commiserantes.

Homoeoteleuton est, cum simili modo dictiones plurimae finiuntur, ut

eos reduci quam relinqui, devehi quam deseri malui.

Polyptoton est multitudo casuum varietate distincta, ut

litora litoribus contraria, fluctibus undas
inprecor, arma armis, pugnent ipsique nepotesque.

Hirmos est series orationis tenorem suum usque ad ultimum servans, ut

3 equitum *S* sequitur *s: Verg. Aen.* X 180 astor astor *S* 7 nate] *Verg. Aen.* I 664 8 patris — temnis *om. L, add. l* typhia *S* typhoea *s* 9 Epanalemsis *LSP* 11 ante] *Verg. georg.* II 536 12 dilatatione *corr.* dilatione *S* 14 me] *Verg. Aen.* VIIII 427 15 Paranomasia est quotiescumque de nomine aliud efficitur nomen ueluti *P* 16 nam] *Terent. Andr.* I 3, 13 amentium aut amantium *LP* amantium aut amentium *p* ame . . . um *p* aut amentium *S* amentium *p* non amantium *s* 17 habitu *P* abitu *LS* ambitu *s* 19 Marsa] *Ennio tribuere videtur Sergius cod. Lavant. f.* 74*: cf. Enn. annal.* VIII 208 *ed. Vahl.* Vestina *I. Dousa apud Merulam in Enn. annal. p.* 453 festina *LSP* 20 Paromoeon *P* Paronomoeon *S* Paronomeon *L* 21 o tute tite (o tite tute tate *p*) tibi *P* o tite tu . . . tibi *L* o tite tu tati tibi *l: Enn. annal.* I 113 *ed. Vahl.* tyrranne *S* 22 Homoeoptoton — commiserantes *post* Homoeoteleuton — malui *habet P* 23 merentes] *Enn. annal.* I 107 *ed. Vahl.*: *Plauto tribuit Sergius cod. Lavant. f.* 74 24 est cum similiter *P* est oracio cum simili modo *S* 25 eos reuei *S* eos reduci *s: Enn. Iphigen. fragm.* 9 *ed. Vahl., cf. Charis. p.* 251 relinquere (relinqui *s*) deuei *S* 28 litora] *Verg. Aen.* IIII 628 29 inpugnent *L* nec potesteque *S* nepotesque *s*

p. 32. 33 L. p. 1774. 75 P.

principio caelum ac terras camposque liquentes
lucentemque globum lunae Titaniaque astra
spiritus intus alit.

Polysyndeton est multis nexa coniunctionibus dictio, ut

Acamasque Thoasque
Pelidesque Neoptolemusque

et cetera.

Dialyton vel asyndeton est figura superiori contraria carens coniunctionibus, ut ||

ite
ferte citi flammas, date tela impellite remos.

DE TROPIS.

Tropus est dictio translata a propria significatione ad non propriam similitudinem ornatus necessitatisve causa. sunt autem tropi tredecim, metaphora catachresis metalepsis metonymia antonomasia epitheton synecdoche onomatopoeia periphrasis hyperbaton hyperbole allegoria homoeosis.

Metaphora est rerum verborumque translatio. haec fit modis quattuor, ab animali ad animale, ab inanimali ad inanimale, ab animali ad inanimale, ab inanimali ad animale: ab animali ad animale, ut

Tiphyn aurigam celeris fecere carinae;

nam et auriga et gubernator animam habent: ab inanimali ad inanimale, ut 'ut pelagus tenuere rates'; nam et naves et rates animam non habent: ab animali ad inanimale, ut

| Atlantis cinctum assidue cui nubibus atris
piniferum caput;

nam ut haec animalis sunt, ita mons animam non habet, cui membra hominis ascribuntur: ab inanimali ad animale, ut 'si tantum pectore robur Concipis'; nam ut robur animam non habet, sic utique Turnus, cui haec dicuntur, animam habet. scire autem debemus esse metaphoras alias reciprocas, alias partis unius.

1 principio] *Verg. Aen.* VI 724 2 titaneaque *L* tytaneaque *P* 4 Posinteton *corr.* Polisinteton *S* multis quonexa *S* 5 acamasque *corr.* achamasque *P* achamasque *LS: Verg. Aen.* II 262 10 ite] *Verg. Aen.* IIII 593 11 ferte ceti *S* date uela *P* 12 DE TROPIS] *Charis. p.* 243 *sqq. Diom. p.* 452 *sqq. Beda de trop. p.* 346 *sqq. ed. Pith.* 13 non ad propriam *S* 15 metalemsis *LSP* 18 ergo ab animali ad animale *s, om. S* 20 typhin *LSP*: *Varronis Atacini versum esse conieci in Charis. p.* 272, 13, *item R. Ungerus de Varr. Atac.* (*Friedlandiae a.* 1861) *p.* 13, *qui* Tiphyn at aurigam *scribendum esse coniecit* celeres *S corr.* celeris *P* carenae *S* 22 ut pelagus] *Verg. Aen.* V 8 nam et rates et pylagus animam non habent *P* et (nam et *s*) pelagus et nabes (rates *s*) animam non habent *S* animam non habent nec rates nec naues *L* 24 Atlantis] *Verg. Aen.* IIII 248 25 pinniferum *corr.* piniferum *S* caput et cetera *L* caput uento quassatur et imbri *P:* uento — imbri *in marg. add. ls* 27 asscribuntur *L* si] *Verg. Aen.* XI 368 28 robor *P* rubor *S* robur *s* ut robor *S* sic utique *S et, ut videtur, P* sic *p* ita *L Beda* 29 metaforas alias esse *P:* esse *om. L*

p. 33. 34 L. p. 1775. 76 P.

Catachresis est usurpatio nominis alieni, ut parricidam dicimus qui occiderit fratrem, et piscinam quae pisces non habet. haec enim nisi extrinsecus sumerent, suum vocabulum non haberent.

Metalepsis est dictio gradatim pergens ad id quod ostendit, ut 'speluncis abdidit‖atris' et

post aliquot mea regna videns mirabor aristas.

Metonymia est [dictio] quaedam veluti transnominatio. huius multae sunt species. aut enim per id quod continet id quod continetur ostendit, ut 'nunc pateras libate Iovi'; aut contra, ut 'vina coronant'; aut per inventorem id quod inventum est [ostendit], ut

sine Cerere et Libero friget Venus;

aut contra, ut

vinum precamur, nam hic deus praesens adest.

haec exempli causa diligentibus posita etiam reliqua demonstrabunt.

Antonomasia est significatio vice nominis posita, quae fit modis tribus, ab animo, a corpore, extrinsecus: ab animo, ut 'magnanimusque Anchisiades'; a corpore, ut 'ipse arduus altaque pulsat Sidera'; extrinsecus, ut

infelix puer atque impar congressus Achilli.

Epitheton est praeposita dictio proprio nomini. nam antonomasia vicem nominis sustinet, epitheton numquam est sine nomine, ut | 'dira Celaeno' et 'dia Camilla'. fit etiam epitheton modis tribus, ab animo, a corpore, extrinsecus. his duobus tropis vel vituperamus aliquem vel ostendimus vel ornamus.

Synecdoche est significatio pleni intellectus capax, cum plus minusve pronuntiat. aut enim a parte totum ostendit, ut 'puppesque tuae pubesque tuorum'; aut contra, ut 'ingens a vertice pontus in puppim ferit' et fontemque ignemque ferebant'. [meminisse autem debemus, cum fit a parte totum, ab insigni parte faciendum.]

Onomatopoeia est nomen de sono factum, ut tinnitus aeris, clangor tubarum.

Periphrasis est circumlocutio, quae fit aut ornandae rei causa, quae pulchra est aut, vitandae, quae turpis est, ut

3 sumpserint *P* sumerent *p* sumantur *S* habent *S* 4 Metalemsis *LP* Metalensis *S* speluncis] *Verg. Aen.* I 60 5 addidit *S* abdidit *s* 6 post] *Verg. bucol.* 1, 70 7 dictio *om. L Beda* 9 nunc] *Verg. Aen.* VII 133 vina] *Verg. Aen.* VII 147 10 ostendit *om. LP* 11 sine] *Terent. Eunuch.* IIII 5, 6 13 vinum] *Plauto tribuit Servius in Verg. Aen.* I 724 precatur *S* precamur *s* 16 magnanimus *S*: *Verg. Aen.* V 407 17 ipse] *Verg. Aen.* III 619 altaque pulsat sidera *om. LP* 19 infelix] *Verg. Aen.* I 475 20 praeposita *LS* superposita *Ps* cum proprio nomine *P* 21 numquam sine nomine fit *L* dira] *Verg. Aen.* III 211 22 diua *corr.* dia *SP* dia *L* diua *l*: *Verg. Aen.* XI 657 24 uel ostendimus *om. S* 26 pronunciet *S* puppes tuae *L*: *Verg. Aen.* I 399 27 ingens] *Verg. Aen.* I 114 28 fontemque] *Verg. Aen.* XII 119 meminisse — faciendum *om. L, deleta sunt in P* 30 tinnitus] *cf. Diom. p.* 460, 3 glangor *S*

p. 34. 35 L. p. 1776—78 P.

et iam prima novo spargebat lumine terras

et cetera et 'nimio ne luxu obtunsior usus sit genitali arvo' et cetera.

Hyperbaton est transcensio quaedam verborum || ordinem turbans, cuius species sunt quinque, hysterologia anastrophe parenthesis tmesis synchysis. hysterologia vel hysteroproteron est sententiae cum verbis ordo mutatus, ut

torrere parant flammis et frangere saxo.

anastrophe est verborum tantum ordo praeposterus, ut 'Italiam contra' pro contra Italiam. parenthesis est interposita ratiocinatio divisae sententiae, ut

Aeneas, neque enim patrius consistere mentem
passus amor, rapidum ad naves praemittit Achaten.

| tmesis est unius conpositi aut simplicis verbi sectio, una dictione vel pluribus interiectis, ut 'septem subiecta trioni' pro septemtrioni et 'saxo cere comminuit brum' et

Massili portabant iuvenes ad litora tanas,

hoc est cerebrum et Massilitanas. synchysis est hyperbaton ex omni parte confusum, ut

tris notus abreptas in saxa latentia torquet,
saxa vocant Itali mediis quae in fluctibus aras:

est enim ordo hic, tris abreptas notus in saxa torquet, quae saxa in mediis fluctibus latentia Itali aras vocant.

Hyperbole est dictio fidem excedens augendi minuendive causa: augendi, ut nive candidior, minuendi, ut tardior testudine.

Allegoria est tropus, quo aliud significatur quam dicitur, ut

et iam tempus equum fumantia solvere colla,

hoc est 'carmen finire'. huius species multae sunt, ex quibus eminent septem, ironia antiphrasis aenigma charientismos paroemia sarcasmos astismos. ironia est tropus per contrarium quod conatur ostendens, ut ||

egregiam vero laudem et spolia ampla refertis

1 et iam prima aurora nouo *LP: Verg. Aen.* IIII 584 2 nimio] *Verg. georg.* III 135 5 temesis *L* themesis *Ps* thimesis *S* 6 sinthesis *S* 8 torrere] *Verg. Aen.* I 179 9 Italiam] *Verg. Aen.* I 13 10 diuersae *P* 12 Aeneas] *Verg. Aen.* I 643 13 passus est amor rapidumque *P* 14 Temesis *L* Timesis *S* Themesis *Ps* 15 septem] *Verg. georg.* III 381 16 xaso *S.* '*qui locus in Servio* (*in Verg. Aen.* I 412) *manuscripto Sertorii Quadrimani, ut mihi ipse significavit, aperte ex Ennio affertur*' *Columna in Enn. fragm. p.* 151 *ed. Hess.: Ennio tribuit Sergius cod. Lavant. f.* 74 comminuit *S* 17 Massali *Iulianus. Ennii annalibus versum adscripsit Columna Enn. fragm. p.* 149 *ed. Hess., contra quem dixit Kochius exercit. crit. in priscos poetas Rom.* (*Bonnae a.* 1851) *p.* 2: *Lucilii esse coniecit Bergkius annal. philol. nov. t.* 82 (*a.* 1861) *p.* 637 portant ς litor&anas *S* litoratanas *s* 18 hoc est septemtrione cerebrum et masilitanas *S, om. P* Sinchisis *L* Synchesis *P* Sinthesis *S* Sincresis *s* 20 tres *SP: Verg. Aen.* I 108 adreptas *S* 22 est — fluctibus *om. S* 24 fidem excedens dictio *L* 27 et iam] *Verg. georg.* II 542 30 contraria *S* contrarium *s* extendens *S* ostendens *s* 31 egregiam] *Verg. Aen.* IIII 93

tuque puerque tuus

et cetera. hanc nisi gravitas pronuntiationis adiuverit, confiteri videbitur quod negare contendit. antiphrasis est unius verbi ironia, ut [bellum lucus et Parcae] bellum, hoc est minime bellum, et lucus eo quod non luceat, et Parcae eo quod nulli parcant. aenigma est obscura sententia per occultam similitudinem rerum, ut

mater me genuit, eadem mox gignitur ex me,

cum significet aquam in glaciem concrescere et ex eadem rursus effluere. charientismos est tropus, quo dura dictu gratius proferuntur, ut cum interrogantibus nobis, numquis nos quaesierit, respondetur ‘bona fortuna’; exinde intellegitur neminem nos quaesisse. paroemia est accommodatum rebus temporibusque proverbium, ut ‘adversum stimulum calces’ et ‘lupus in fabula’. sarcasmos est plena odio atque hostilis inrisio, ut

en agros et quam bello, Troiane, petisti,
Hesperiam metire iacens.

| astismos est tropus multiplex numerosaeque virtutis. namque astismos putatur quidquid simplicitate rustica caret et faceta satis urbanitate expolitum est, ut est illud

qui Bavium non odit amet tua carmina, Maevi,
atque idem iungat vulpes et mulgeat hircos.

Homoeosis est minus notae rei per similitudinem eius quae magis nota est demonstratio. huius species sunt tres, icon parabole paradigma. icon est personarum inter se vel eorum quae personis accidunt conparatio, ut ‘os humerosque deo similis’. parabole est rerum genere dissimilium conparatio, ut

qualis mugitus fugit cum saucius aram
taurus

et cetera. || paradigma est enarratio exempli hortantis aut deterrentis: hortantis, ut

Antenor potuit mediis elapsus Achivis
Illyricos penetrare sinus

et cetera; deterrentis, ut

at non sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor
Ledaeamque Helenam Troianas vexit ad urbes.

1 tuque puerque tuus *om. LP* 3 ut bellum lucus parce Enigma *L:* bellum lucus et Parcae *om. P* 8 significet *Ls* significat *SP* concrescere *L* conuertere *SP* 10 num quis nos *L* quis nos *S* num nos *P* 11 exinde *LP* et exinde *s: in S quid olim fuerit non adparet* 14 en] *Verg. Aen.* XII 359 16 innumerossaeque *P* 19 qui] *Verg. bucol.* 3, 90 bauium *s* uauium *L* uabium *Sp* abium *P* 24 os] *Verg. Aen.* I 589 26 qualis] *Verg. Aen.* II 223 30 Antenor] *Verg. Aen.* I 242 31 Illyricos penetrare sinus *om. S* 33 an *S* at *s: Verg. Aen.* VII 363 34 troianam uexit ad urbem *L*

MARII SERVII HONORATI

COMMENTARIVS IN ARTEM DONATI

DE FINALIBVS AD AQVILINVM

DE CENTVM METRIS

DE METRIS HORATII.

SERVII COMMENTARIVS IN ARTEM DONATI.

p. 1779 P.

Ars dicta est vel ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est a virtute, quam Graeci unius cuiusque rei scientiam vocant; vel certe ideo ars dicitur, quod artis praeceptis cuncta concludat, id est angustis et brevibus. plerique artem scribentes a litterarum tractatu inchoaverunt, plerique a voce, plerique a definitione artis grammaticae. sed omnes videntur errasse. non enim propriam rem officii sui tractaverunt, sed communem et cum oratoribus et cum philosophis. nam de litteris tractare et orator potest; de voce nemo magis quam philosophi tractant; definitio etiam Aristotelicorum est. unde proprie Donatus et doctius, qui ab octo partibus inchoavit, quae specialiter ad grammaticos pertinent.

Nomen dictum est eo, quod res nobis efficit notas; pronomen, quia fungitur officio nominis, ut siquis dicat 'Virgilius fecit bucolica, ipse scripsit georgica'. verbum dictum est eo, quod verberato aere motu linguae haec pars orationis inventa sit, et licet omnes orationes cum hac oratione misceantur, tamen speciale sibi haec pars hoc nomen efficit eo, quod hac frequenter utamur in elocutione, in tantum ut dicamus 'verba fecit apud populum Tullius', 'verba fecit Tullius in senatu'. adverbium

P codex Parisinus 7530, *cuius integra exhibita est scriptura*
ς *exemplaria olim inpressa, ex quibus adhibita sunt haec,*
editio princeps Veneta Nicolai Iensoni
editio Mediolanensis a. 1513
editio Ascensiana Parisiis a. 1516.
in his editi sunt commentarii in utramque artem de partibus orationis, alter Servii nomine inscriptus, 'Servii Honorati in secundam Donati editionem interpretatio' (*p.* 1779—1800 *ed. Putsch.*), *alter Sergii ita,* 'Sergii grammatici in secundam Donati editionem commentarius' (*p.* 1837—1856 *ed. Putsch.*). *reliqua ex Parisino codice nunc primum edita sunt.*

1 INCIP PARS SERGII *P* SERVII HONORATI IN SECUNDAM DONATI EDITIONEM INTERPRETATIO ς 5 incoauerunt *P* 10 docte ς incoauit *P* 12 DE NOMINE Nomen *P* 18 in senatum *P*

dictum est, quia numquam recedit a verbo: sive enim dicam ‘cras facio’, ‘hodie dico’, invenias adverbia verbis cohaerentia. participium vocatur, quoniam partem tenet nominis, partem verbi, quasi particapium. nam a nomine habet genera *et casus*, a verbo *tempora et* significationes, ab utroque nu||merum et figuram. coniunctio dicta est, quia coniungit elocutiones, ut ‘ego et tu eamus’. praepositio dicitur, quoniam in loquendo praeponitur: dicimus enim ‘ante templum est’, non ‘templum ante est’. interiectio dicta est, quia interponitur ad exprimendos animi affectus, ut puta ‘heu mortuus est’. in his autem octo partibus naturalis est ordo. rite enim nomen primum ponitur, quod ex ipso omnium rerum notitia procreatur. post hoc debet sequi pronomen, quia nominis officio fungitur nec debet ab eius significatione divelli. inde sequitur verbum, quo diximus nos frequenter uti. inde adverbium, quod a verbo numquam recedit. participium autem rite post nomen et verbum ponitur, quod ex partibus utriusque natum est. praepositio cum vel verbo vel nomini praeponitur, et ipsa iuste hoc loco posita est, illis iam ante praedictis, quibus praeponitur. similiter coniunctio, quae coniungit omnia, non debet primum locum tenere. primo enim debemus scire, quae res coniungantur, tunc unde coniungantur. interiectio ideo ultima posita est, quod nihil aliud exprimit nisi affectus animi, qui raro interponuntur.

DE NOMINE.

‘Nomen est pars orationis cum casu corpus aut rem proprie communiterve significans’. in omnibus partibus orationis definitiones ita esse debent, ut et segregent ab aliis partibus et ipsius partis quam definiunt aliquam proprietatem dicant. igitur quod dixit nomen partem esse orationis, segregavit *a* sibilis plausibus et quidquid confusae voci datur. quod autem dixit ‘cum casu’, segregavit a verbis adverbiis praepositionibus coniunctionibus. quod autem dixit corpus aut rem significare, hoc ipsius || proprium est. corporale autem nomen vel incorporale grammatici ita definierunt, ut corporale sit quidquid videtur et tangitur, ut lapis, incorporale quod nec videtur nec tangitur, ut pietas. item dicit aliam proprietatem, ‘quod aut proprium aliquid significat aut appellativum.’ nam proprium est quod unius est, ut Hector, appellativum quod multorum est, ut homo. scire debemus inveniri frequenter nomina appellativa quae fiunt propria, ut est

1 siue enim dicas cras facio inuenies ς. *videntur autem alia etiam adverbiorum exempla excidisse* 3 partemque uerbi ς 4 a nomine habet genera et casus, a uerbo tempora et significationes ς *et Sergius p.* 485 *ed. Lind.* a nomine habet genera a uerbo significationes *P* 5 quia coniungat ς quae coniunget *P* 6 *definitionem praepositionis* praepositio — ante est *post definitionem coniunctionis* coniunctio — eamus *transposuit* ς: *cf. Serg. p.* 485 *ed. Lind.* 8 quae interponitur *P* quod interponitur ς 17 quae coniunget *P* quia coniungit ς 18 res coniunguntur ς res coniungitur *P* tunc unde coniungatur *P, om.* ς 26 segregauit sibilis plausibus *P* segregauit syllabas a plausibus ς

felix, quae communi sensu facile dinoscuntur. illud etiam scire debemus, quia, si proprium est quod unius est, numerum tantum modo recipit singularem. neque enim potest res unius in pluralitatem cadere. nam quod propria nomina pluraliter declinantur, sciendum est non ab unius nomine procreatum numerum pluralem, sed multitudine nominum hoc facere. rite enim dixit Virgilius Marios et Camillos, quoniam plures fuerunt. appellativum autem nomen cum sit res multorum, recipit tamen et numerum singularem. in multis enim etiam unus tenetur.

Conparationis gradus sunt tres, positivus, ut doctus, conparativus, ut doctior, superlativus, ut doctissimus. plerique nolunt conparativum esse doctiorem, dicentes non esse conparationem, quando doctior dicimus, quia non conparet sed praeferat. sed errant: nam omnis conparatio id agit, ut alterum praeferat. illa enim quae aequat similitudo est potius quam conparatio. positivus autem omnia recipit genera, masculinum, ut hic doctus, femininum, ut haec docta, neutrum, ut hoc doctum, commune, ut docilis, omne, ut amans. conparativus vero gradus duo tantum suscipit genera, commune, ut doctior, neutrum, ut doctius; superlativus tria tantum, masculinum, ut doctissimus, femininum, ut doctissima, neutrum, ut doctissimum. praeterea non omnia recipiunt conparationem, sed ea quae sunt qualitatis et quantitatis. qualitas autem et quantitas aut ab animo dicitur, ut doctus, aut a corpore, ut candidus niger, aut a fortuna, ut miser, aut a mensura, ut longus. quare quaesitum || est, utrum Latinior diceretur, quod tunc dicitur, cum pro diserto ponitur, ut sit Latinior, quo modo disertior; cum autem gentem significat, non potest conparari. ita enim non possumus dicere Latinior, quem ad modum *nec* Graecior. conparativus autem gradus iungitur casibus tribus, ablativo, septimo, et nominativo interposita particula quam: ablativo, ut ‘doctior ab illo’, septimo, ut ‘doctior illo’, nominativo, ut ‘doctior hic quam ille’. sed frequenter utimur septimo, ablativo paene numquam. superlativus vero gradus genetivo tantum plurali adiungitur, ut ‘doctissimus illorum’. quamquam et singulari cohaereat, quotiens nomen est enuntiatione singulare, intellectu plurale, ut, ‘o Danaum fortissime gentis Tydide.’ illud sane servandum est, quod et postea tractatum est, conparativum gradum nos et nostro et extraneo generi coniungere, superlativum autem tantum nostro. dicimus enim ‘velocior homo hominibus’ et ‘velocior homo canibus’, quoniam conparativus est gradus; superlativum vero gradum tantum nostro praeferimus generi, ut ‘velocissimus homo hominum’. nemo enim dicit ‘velocissimus homo equorum’.

Genera dicta sunt ab eo, quod generant, atque ideo duo sunt tan-

5 multitudinem ς recte enim ς 6 Virgilius] *georg.* II 169 plures ς plurales *P et princeps editio* 12 conparat sed praeferat ς conparat sed proferat *P* 24 qua modo disertior *P* 25 quomodo nec graecior ς: nec *om. P* 32 o Danaum] *Verg. Aen.* I 96 tydidem *P* 39 Genera] *cf. Serg. p.* 491 *ed. Lind.*

tum genera principalia, masculinum et femininum. haec enim sexus tantum generat. genera autem aut naturalia sunt, aut ex auctoritate descendunt: naturalia sunt, ut vir mulier; auctoritate descendunt, ut hic paries, haec fenestra. in his enim naturalem nullum intellegimus sexum, sed eum sequimur, quem firmavit auctoritas. cetera vero genera a superioribus veniunt, ut est neutrum, quod nec masculinum est nec femininum, commune, quod et masculinum et femininum, omne, quod omnia supra dicta continet genera, epicoenon vero, quod confusum continet sexum. nam inter commune et epicoenon hoc interest, quod commune est, ubi visu secernimus sexum, ut canis; epicoenon est e contrario, ubi visu non secernimus sexum, ut piscis. inter epicoenon et commune hoc interest, quod in communi articulo secernimus sexum, ut hic canis vel haec canis: in epicoeno vero unus articulus sumitur et utrumque sexum intellegimus, ut haec aquila. eum autem sumimus articulum, quem auctoritas dederit. nam cum naturaliter non possumus in epicoenis sexum deprehendere, debemus auctoritate firmari.

Numerus aut singularis est aut pluralis. dualis vero Graecus non usurpatur nisi in nominibus duobus, quae sunt haec, duo et ambo, atque ideo etiam inaequaliter declinantur.

Figura aut simplex est aut composita: simplex, quae unam rem continet atque naturalis est, ut doctus; composita vero, quae ex arte fit et duas res habet, ut indoctus. composita autem figura fit quattuor modis, qui in arte sunt positi. quod autem dicit 'ex corruptis', ita intellegere debemus, ut tunc intellegamus corrupta esse in compositione, quotiens resoluta possunt *esse* integra: ut siqui dicat concipio, iure dicitur corruptum, quia, si solvatur, facit capio, quod est integrum; et conficio facit facio et similia.

Ablativus singularis regit genetivum dativum et ablativum pluralem secundum regulas in arte positas. sed illud quod dicit 'ablativo e producta vel correpta terminata', ita intellegendum est, ut tunc producta sit, quotiens genetivus singularis ei terminatus sit; cum vero is fuerit terminatus idem genetivus singularis, *correpta*, ut huius patris, ab hoc patre. ideo autem Latini voluerunt ab ablativo singulari regulas sumere, quoniam hic casus Latinus est, nec eum habent Graeci; et ille utique casus debuit regulas Latinis nominibus dare, qui proprius Latinorum est.

Omnia nomina, quae in rerum natura sunt, quinque regulis continentur, quae regulae apud Donatum quidem non sunt propter conpendium, tamen tenendae sunt. colliguntur autem istae regulae de genetivo

1 hi enim sexus tantum generant ς 11 sexum ς sexu *P* 16 auctoritate ς auctoritatem *P* 17 aut singularis ς autem singularis *P et princeps editio* 18 nominibus ς omnibus *P* 25 esse *om. P:* resoluta integrari possunt ς hoc teneamus illa esse corrupta quae resoluta possunt esse integra *Sergius p.* 494 *ed. Lind.: cf. Pompei. p.* 166 30 tunc ς nunc *P* 32 correpta *om. P*ς, *add. Putschius* 36 Omnia] *cf. Serg. p.* 497 *ed. Lind.*

singulari: nam is casus quinque finibus terminatur, aut ae diphthongo, ut Musa Musae, aut i, ut doctus docti, aut is, ut pa||ter patris, aut us, ut hic fluctus huius fluctus, aut ei, ut hic vel haec dies huius diei. ergo cum invenerimus aliquod nomen, de cuius declinatione dubitatur, quaerendus nobis erit praecipue genetivus; qui inventus si ae fuerit terminatus, ad similitudinem Musae declinabitur. ita et in reliquis fiet. sed constat Graeca nomina etiam Graece posse declinari. plane duo praecipue casus in his regulis sollicite proferre debemus, vocativum secundae declinationis et ablativum tertiae, in quibus contra regulas plurimum sibi adsumpsit auctoritas. vocativus enim singularis secundae declinationis tunc in i exibit, cum nominativus singularis in ius fuerit terminatus in genere masculino in proprio nomine, ut hic Mercurius o Mercuri. hoc enim nomen et ius terminat nominativum et masculinum est et proprium. si autem nominativus us terminatur, ut hic doctus, vocativum facit o docte; et si appellativum sit, licet ius terminatur, ut hic impius o impie facit, hic egregius o egregie. sed huic regulae contrarium est hic filius o fili. quare maiores nostri timentes ipsum vocativum similem fecerunt nominativo, ut Virgilius dicit

corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum,

et 'Lucius Octavius iudex esto'. ablativus vero tertiae declinationis, qui et i et e terminatur, multum confusus est. tamen hoc servare debemus, ut, cum [vel] nomen fuerit generis communis, quod in is mittit nominativum et genetivum, ablativum i terminemus, ut hic et haec docilis ab hoc et ab hac docili: item neutra omnia, quae e terminantur in nominativo, ut hoc mare ab hoc mari. ea vero quae x littera terminantur in e exeunt, ut hic calix ab hoc calice, haec paelex ab hac paelice, haec lex ab hac lege et similia. item omnia participia e terminantur, ut ab hoc calente, ab hoc furente; quae si nomina fuerint, i magis terminabuntur: item quae or terminantur in nominativo, ut doctior clarior minor maior: facit enim a doctiore clariore minore maiore. reliqua vero sic ambigua sunt, ut vix etiam || auctoritate firmentur. nam et ab hac navi et ab hac nave legimus, et ab hac puppi et ab hac puppe, et ab hoc igni et ab hoc igne. in quibus omnibus meliorum auctoritas sequenda est.

DE PRONOMINE.

Pronomen dictum est, quia ponitur pro nomine, ut siquis dicat 'Vergilius scripsit bucolica, ipse scripsit georgica.' nec tamen videntur pronomina, quoniam nominum funguntur officio, esse nomina. nam etsi nominum vim exprimant, non tamen plene exprimunt. nomina enim posita plenas faciunt elocutiones, pronomina semiplenas. item nomina posita

18 Virgilius] *Aen.* VIII 77 22 vel *om.* ς 25 x littera terminatur *P*
26 haec pelex ab hac pelice *P* 28 ab hoc furente ς ab hoc fruente *P*

velut inchoant elocutiones, pronomina autem velut complent. qualitas pronominum principaliter bipertita est. omnia enim pronomina aut finita sunt aut infinita. finita sunt quae recipiunt personas, id est quae definiunt personas, et sunt tantum tria, ego tu ille. sed ille plerumque variat. nam si ad praesentis personam referatur, tunc vere finitum est; si de absente dicatur, minus quam finitum est. infinita autem pronomina varias habent species. nam licet omnia quaecumque non recipiunt personas infinita sint, tamen alia dicuntur generaliter infinita, alia minus quam finita, alia articularia vel demonstrativa, alia possessiva. generaliter infinita sunt quae cuicumque personae aptari possunt, ut est quis; et sunt haec septem tantum, quis qualis talis quantus tantus quotus totus. minus quam finita dicuntur quae commemorationem habent notarum personarum, ut est ipse: haec sunt sex tantum, ipse iste is hic idem sui. sed ex his alia sunt quae absentes personas significant, alia quae praesentes: absentes reliqua omnia; praesentes haec tantum, iste ista istud et hic haec hoc, quae non nulli pronomina etiam articularia vocant, eo quod more Graeco cum nominibus declinantur. possessiva dicuntur pronomina quae nos aliquid possidere ostendunt, ut est meus ‖ tuus. haec in quattuor partes dividuntur. aut enim utraque parte singularia sunt, aut utraque pluralia, aut intrinsecus singularia, extrinsecus pluralia, aut intrinsecus pluralia, extrinsecus singularia. utraque parte singularia sunt, ubi et persona possidentis et possessi una est, ut meus; utraque parte pluralia, ubi multi sunt qui possidentur et multi qui possident, ut est nostri; intrinsecus singularia, extrinsecus pluralia sunt quae possidentis unam personam ostendunt, possessorum plurimas, ut est mei, vel e contrario, ut est noster. intrinsecus autem dicitur quod pertinet ad personam possidentis, extrinsecus quod pertinet ad personam possessi. sunt autem possessiva pronomina quinque tantum, meus tuus suus noster vester. absque his pronominibus, quae omnia sunt viginti et unum, nullum aliud, quod suam originem habeat, poterit reperiri; sed siqua sunt, compositione fiunt.

Scire autem debemus in declinatione pronominum plerumque sub una significatione casus varie proferri, ut est quis vel qui: nam possumus dicere ‘quis tibi fecit iniuriam’ et ‘qui tibi fecit iniuriam’. item invenitur genetivus duplex, ut mei vel mis, tui vel tis: nam possumus dicere ‘mei causa te peto’ *et* ‘*mis causa te peto*’ *et* ‘*tui causa te peto*’ *et* ‘*tis causa te peto*’. sed mis et tis de usu recesserunt. item ablativus singu-

1 incoant *P* 4 uariatur ς 7 recipiunt ς excipiunt *P* 10 quae cuius personae attari *P* quae unicuique personae aptari ς: generaliter infinitum dicitur quod potest cuicumque aptari personae *Sergius p.* 503 *ed. Lind.* 15 et hic et haec et hoc *P* 30 suam ς sua *P* 33 quis uel qui. Nam possumus dicere mei causa te peto et mis causa te peto et tis causa te peto. sed mis ς 36 et mis — tis causa te peto *om. P:* dicimus enim tui causa te rogo et tis causa te rogo, mis causa te rogo et mei causa te rogo *Sergius p.* 506 *ed. Lind.*

laris aliquando varie terminatur, ut a quo vel a qui. nam dicimus ‘a quo venisti’ et ‘a qui venisti’; sed a qui in usu esse desiit. dativus etiam et ablativus pluralis plerumque varii sunt: dicimus enim et a quis et a quibus. qui quidem videntur hac ratione variari, quoniam ablativus singularis inventus est varius. scimus enim quia omnia quae o terminantur in is mittunt, quae i, in bus. ergo sicut dicimus ab hoc docto ab his doctis, ita dicimus a quo a quis. item sicut dicimus a puppi a puppibus, ita dicimus a qui a quibus. sed pronomina quem ad modum in declinatione duplicant casus, ita plerumque minuunt. nam sunt pronomina ubi tantum modo genetivi sunt * ut eccum eccam ellum; sunt ubi nominativus et vocativus deest, ut sui sibi se a se; sunt ubi vocativus tantum deest, ut in pronomine quod est ego.

‖ DE VERBO.

‘Verbum est pars orationis cum tempore et persona sine casu’. quod dixit ‘cum tempore et persona’, conexum intellegendum est. neutrum enim potest in verbo ab altero separari. nam si solam personam velis intellegere, pronomen est; si solum tempus, participium est; si utrumque simul, tum verbum est. quod autem adiecit casu carere, non velut superflue est positum. quis enim nescit verbum casu carere? sed timuit propter illas elocutiones, quae sic formantur, quasi casum habeant, ut ‘da mihi bibere’. sic est enim ‘da mihi bibere’, ut si dicas ‘da mihi vinum’, quod utique casum habet. ne qui ergo putarent propter similitudinem elocutionum casum modo infinito adtribui, ideo dixit penitus casum a verbo repelli. nam illae elocutiones non casum recipiunt, sed Graecam elocutionem sequuntur.

Qualitas verborum dividitur in modos et in formas. modi omnes sunt octo, indicativus imperativus promissivus optativus coniunctivus infinitus inpersonalis gerundi. sed ex his quinque volunt esse legitimos; de tribus vero dubitatur, id est de promissivo inpersonali gerundi. indicativus dicitur modus, quoniam per ipsum quod gerimus indicamus, ut est lego; imperativus, quoniam per ipsum imperamus, ut est lege; optativus, quoniam habet adverbium optantis, ut utinam legam. coniunctivum vero modum non ideo coniunctivum dicimus, quia habet aliquid coniunctum, id est cum (nam et optativus inciperet esse coniunctivus, quia habet adverbium coniunctum utinam); sed ideo dictus est coniunctivus, quia in loquendo, cum solus locutionem inplere non poterit, coniungit sibi indicativum, ut ‘cum scripsero faciam’ et ‘cum dixero legam’. infinitus dicitur modus, quia non definit personas, sed omnes tres uno modo pro-

2 desiit ς desit *P* 5 quae o terminatur ς quae ox terminantur *P* 6 i *om. P, add.* ς 7 a quo a quis ς a quo quis *P* 10 genetivi] accusativi *Putschius: lacunam indicavi, qua exempla pronominum casus tantum genetivi exciderunt: cf. Pomp. p.* 257 11 et vocativus *om. P, add.* ς 18 non *om.* ς 20 formantur ς firmantur *P* 38 uno uerbo ς

fert, id est legere. ceteri vero modi in personis differentiam faciunt, quod probatur hac elocutione, 'legere volo, le‖gere vis, legere vult.' nam quoniam volo vis vult indicativus est modus, differentia facta est personarum; quoniam vero legere infinitus est, omnes uno modo prolatae sunt. hi sunt generales modi. illi vero tres, de quibus dubitatur, ita explicandi sunt. qui negant promissivum modum esse, hoc asserunt, superflue hunc modum putari, quoniam indicativi modi sit tempus futurum, id est legam scribam. qui autem dicunt proprium modum esse, negant indicativum modum tempus futurum per rerum naturam habere posse. nam si indicativus ideo dictus est, quod per ipsum indicamus, nemo autem indicat nisi quae novit, futurum non potest habere, quia nemo indicat ea quae nescit. de inpersonali autem modo hoc loquuntur. plerique hunc modum dicunt, quia sic de verbo nascitur, quem ad modum ceteri modi, ut lego lege legito. sed tamen non probatur modus esse, sed verbum. nam cum unus quisque modus non possit currere per modos, relinquitur ut hic non sit modus qui currit per modos. nam habet indicativum legitur, imperativum legatur, coniunctivum cum legatur. item gerundi quem dicunt modum, plerique negant eum modum esse, sed dicunt participiorum a passivo futuri et praeteriti esse declinationem. sed est modus, quia in u desinit ultimo tempore suo, in quam litteram nullum desinit participium, et significationem habet tam agentis quam patientis, quod utique non haberet, si participium passivum esset. etenim cum dicimus cantando, et agentis et patientis habet significationem, quod probatur teste Virgilio: nam ubi dicit 'cantando tu illum', agentis significationem ostendit; ubi dicit 'cantando rumpitur anguis', patientis.

Formae sunt quattuor, per quas non declinatio, sed significatio verborum explicatur: quae ideo quattuor sunt, quoniam [non] omne quod agimus quattuor temporum officio continetur. nam aut cogitamus utrum agendum sit, aut quod placuit inchoamus, aut inchoata conplemus; aut completa iteramus. idcirco etiam ipsae for‖mae haec nomina accipiunt. una enim meditativa, quae non agere nos aliquid, sed adhuc velle agere ostendit, ut est lecturio: significat enim non lego, sed legere volo. secunda est inchoativa, quae nos aliquid initiare ostendit, ut est calesco, quod significat calere incipio. tertia est perfecta, ut lego, quae plenum ostendit actum. quarta est frequentativa, quae nos aliquid saepe agere

6 superfluo *P:* esse superfluum hunc putari modum ς 13 quemammodum *P* 14 ut lego lege legitur ς ut lego legi legitur *Putschius* 20 in u] in o *P:* nam si participia sunt, quid faciemus de eo quod est lectu? nam nullum participium per rerum naturam u littera terminatur ablativo casu *Sergius p.* 510 *ed. Lind.* 24 cantando tu] *Verg. bucol.* 3, 25 25 cantando rumpitur] *Verg. bucol.* 8, 71 28 quoniam non omne *P:* non *om.* ς. *fortasse* quoniam ratione omne 29 continetur ς continentur *P* 30 incoamus aut incoata *P* 31 acceperunt ς 34 incoatiua *P* *itemque postea* quae aliquid nos muntiare ς

ostendit, ut lectito: significat enim saepe lego. quas formas plerique veluti inutiles refutare volunt, sed convincuntur secundum rationem naturalem. multa enim sunt, quae proprie explicari non possunt nisi istis. meditativa autem forma in rio desinit, ut scripturio parturio. inchoativa autem verba quinque regulis continentur, quarum si una defuerit, inchoativa non erunt. debent enim in sco syllabam exire et originem ducere a neutrali verbo et tertiae esse coniugationis correptae et carere tempore perfecto et plusquamperfecto, carere etiam participio futuri temporis. ideo autem inchoativa carent tempore perfecto, quoniam quae inchoantur nihil perfectum habere debent. frequentativa forma in to quando exit, semper primae coniugationis est, ut lectito lectitas, cursito cursitas, scriptito scriptitas. si autem in so exeat, etiam tertiae esse potest, ut lacesso lacessis et facesso facessis.

Coniugationes tres sunt nomina habentes ab ordine litterarum. quaeruntur autem quinque rebus, id est indicativo modo, tempore praesenti, numero singulari, secunda persona, ante litteras vel ante syllabas: ante litteras in verbis activis et neutralibus, ante syllabas in ceteris, id est passivis communibus deponentibus. ergo ubi a fuerit, prima coniugatio est, ut amo amas; ubi e, secunda, ut doceo doces; ubi i, tertia, ut lego legis: sed tertia plerumque et correpta est et producta, quod deprehenditur hac ratione. si correpta fuerit, in passivo ante *ultimam* syllabam e habebit, ut lego legis, legor legeris; si autem producta fuerit, i reservabit in passivo, ut nutrio || nutris, nutrior nutriris. quae varietas etiam de imperativo modo colligitur: nam tertia correpta in e exit, ut lege, tertia producta in i, ut nutri: item infiniti modi paenultima syllaba, quae si longa fuerit, productam coniugationem esse demonstrat, ut nutrire; si brevis, correptam esse significat, ut legere. hae autem coniugationes futurum tempus indicativi modi varie mittunt. nam prima et secunda coniugationes in bo ducunt, ut amo amas amabo, doceo doces docebo. tertia vero correpta in am tantum mittit, ut lego legis legam. tertia producta duas habet regulas requirendas indicativi modi tempore praesenti: si ante o ultimam e fuerit correpta, in bo tantum mittit, ut exeo exibo; si autem i habuerit ante o, futurum tempus et in am et in bo mittit, ut servio serviam servibo. quas regulas Probus artifex tuetur.

Verborum genera quinque sunt, activa passiva neutra communia deponentia. quaecumque sint illis definitionibus, quae in arte lectae sunt varie, tamen, quantum ad significationes pertinet, omnia ista quinque duas habent significationes, id est aut agentis aut patientis. hinc est quod in

21 ante syllabam *P* penultima syllaba ς 31 ante o ultima e fuerit correpta *P* ante o ultimum e fuerit correptum ς 34 Probus] *instit. art. p.* 419 *ed. Vindob.*: *cf. Pompei. p.* 491 36 quaecunque ille sint diffinitiones quae hic lectae sunt: uarie tamen quantum ad significationes id pertinet ς. *fortasse* quae cum sint — varia lecta *P* 38 id est ut agentis *P*

neutrali verbo et agentis invenimus significationem, ut nato, et patientis, ut vapulo. item in deponenti verbo, ubi sola utique debuit esse passiva significatio, et agentis non numquam invenitur, ut est loquor. confusio autem communis verbi casibus segregatur. nam si accusativum casum iungas, agentis est, ut criminor illum; si ablativum, patientis, ut criminor ab illo.

Tempora sunt quinque: praesens, quod agitur, ut lego; praeteritum inperfectum, quod omissum est et non completum, ut legebam; praeteritum perfectum, quod completum est paulo ante, ut legi; praeteritum plusquamperfectum, quod completum est olim, ut legeram; futurum, quod inminet, ut legam. unde vitiose locuntur qui dicunt 'expecta, modo egredior.' nam iungunt significationem futuram et praesens tem||pus. item qui dicunt 'cras tibi lego lectionem' vitiose locuntur. nam cum lego praesentis temporis sit, cras vero adverbium futurum, utique haec locutio non cohaeret. tractandum etiam illud, an sana esset locutio haec, 'cras legam', an 'cras lego'. 'cras lego', ut diximus, vitiosum est; 'cras' autem 'legam' ideo non nulli vitiosum iudicant, quoniam duo futura quasi in aliud futurum nos differunt.

Modi varie tempora recipiunt. indicativus enim omnia quinque supra dicta habet tempora; imperativus vero duo tantum, praesens et futurum; optativus tria, sed geminata: nam praesens et inperfectum pro uno est: item perfectum et plusquamperfectum habet et futurum. coniunctivus tot tempora habet, quot et indicativus. infinitivus tria habet tempora, praesens praeteritum futurum. sed scire debemus in omnibus passivis verbis praeterita tempora, id est perfectum et plusquamperfectum, habere ulteriora praeterita. personas omnes modi segregatas habent absque infinito, ubi confusae sunt, ut diximus. modus autem imperativus habet difficultatem personarum, quae talis est. prima persona in tempore praesenti deficit, sed in numero singulari; ceterum in numero plurali non deficit. ideo autem deficere creditur, quoniam omne imperativum in alium procedit, id est secunda persona nascitur. in tempore vero futuro tam in numero singulari quam in numero plurali prima persona deficit; secunda vero et tertia in numero singulari uno modo proferuntur, ut legito tu, legito ille, ut est apud Virgilium

tertius Argolica hac galea contentus abito.

nam si dicam legito legat, legito quidem erit tempus futurum, legat vero praesens. item tertia persona numeri pluralis his regulis continetur: indicativo modo tempore praesenti tertia persona numero plurali o accipit et facit hanc personam imperativi modi per omnes coniugationes, ut amant amanto, do||cent docento, legunt legunto, nutriunt nutriunto; quod servavere maiores, ut ait Horatius

11 egrediar $P\varsigma$ 15 esset] sit ς 25 ulteriora praeterita ς ulteriora praeterea P 34 apud Virgilium] *Aen.* V 314 41 Horatius] *de art. poet.* 100

et quocumque volent animum auditoris agunto.

nam si diceret agant, tempus praesens ostenderet, non futurum. prima coniugatio et tertia correpta tot syllabas habere debent in secunda persona, quot in prima habent indicativo modo, ut amo amas, lego legis. quidquid autem aliter fecerit, anomalum est, ut edo es, comedo comes.

DE ADVERBIO.

Adverbium dictum est eo, quod necesse habet hanc partem orationis verbum sequi, ut 'cras faciam', 'hodie scribo'. sed non, ut necesse est adverbio sequi verbum, ita necesse erit verbo sequi adverbium. nam quando dico 'facit orator', est elocutio plena, quamquam sine adverbio. potest ergo verbum sine adverbio poni; adverbium autem sine verbo numquam ponitur. in significationibus adverbiorum localia adverbia diligenter advertenda sunt, quae habent quattuor species, in loco, de loco, ad locum et per locum. in loco sunt haec, hic illic ibi intus foris. de loco sunt haec, hinc illinc inde. intus foris uno modo tam in loco quam de loco proferuntur, id est sine coniunctione praepositionis. ad locum sunt haec, huc illuc illo istuc intro foras. per locum sunt haec, hac illac illa. ergo animadvertere debemus, ut, quotiens fuerint adverbia in loco, iungamus verba quae habent significationem in loco, ut puta, ibi sum, illic sedeo, intus *sto* et similia; quotiens sunt autem adverbia quae significant ad locum, iungamus ea his verbis similiter quae habent significationem euntis, ut pergo illuc, vado illo, proficiscor intro et similia. nam siqui dicat 'venio ibi', vitiosum est. venio enim significationis est ad locum, ibi vero in loco est, et duo haec diversa numquam cohaerent. non omnia adverbia recipiunt conparationem, sed ea tantum, quae ducunt originem a no|minibus recipientibus conparationem, ut doctus docte. iure enim dicimus doctius doctissime, quoniam et nomen ipsum doctus facit doctior doctissimus. adverbia autem quae conparantur in positivo gradu duas habent regulas, e et er, ut docte et fortiter; in conparativo unam, ut doctius fortius; in superlativo autem unam e, quod semper productum est, ut doctissime fortissime. quando autem positivus e terminetur, quando er, dativus singularis ostendit. nam e tum terminatur adverbium positivo, cum dativus singularis o fuerit terminatus, ut docto docte, claro clare. tunc autem adverbium er terminatur, cum dativus singularis i fuerit terminatus, ut huic agili agiliter et huic forti fortiter. quae his regulis non serviunt, adverbia anomala sunt.

Nomina provinciarum semper recipiunt praepositiones, ut 'ad Cam-

1 animum auditoris agunto ς animam auditoris angusto *P* 3 debet *P* 4 quicquid *P* 6 DE ADUERBIIS *P* 8 facio *P:* cras faciam hodie legam quottidie scribo ς sed non ut necesse est uerbo sequi aduerbium ita necesse erit aduerbio sequi uerbum *P* sed non ut necesse est uerba sequi aduerbium, ita necesse est aduerbium sequi uerbum ς 20 sto *om. P*ς 23 ibi uero ς ubi uero *P*

paniam pergo', 'de Campania venio', 'in Campania sum'. e contrario nomina civitatium numquam recipiunt praepositiones, quando funguntur vice adverbiorum. verum tamen si ad locum significant, accusativi forma sequenda est, ut 'Carthaginem vado'; si de loco, secundum septimum loquimur, ut 'Carthagine venio'; si in loco, duplex regula est. nam si nomen fuerit secundae declinationis, adverbium in loco fit secundum formam genetivi: dicimus enim 'Deli fui', 'Beneventi fui', quoniam huius Deli, huius Beneventi genetivus est. si autem nomen erit alterius cuiuscumque declinationis, tunc formam sequimur dativi casus: dicimus enim 'Carthagini fui', 'Tiburi fui', quoniam huic Carthagini, huic Tiburi dativus est. sciendum est sane pauca nomina his regulis repugnare, ut est Narbone in Philippicis Ciceronis, 'cum tu Narbone mensas hospitium conuomeres': debuerat enim dicere Narboni. item Vergilius ait 'Turia Carthagine qui nunc Exspectat' [inquit Carthagine], non Carthagini, quod erat regulae. sed Cicero antiptosin fecit figuram, Vergilius vero metri necessitatem mutata regula servavit. generaliter tenendum || est quod adverbiis non debet coniungi praepositio separatim. nemo enim dicit 'de sero', 'de modo'; unde nec 'de mane' dicere debemus, quod plerique in usu habent. sed quoniam legimus 'dum mane novum', id est quoniam legimus hoc ipsum mane iam nomen effectum (genus enim non recipit nisi nomen), videmur ei adicere posse praepositionem. quare tutius loquuntur qui et solum adverbium sine praepositione ponunt, ut 'mane venit', et quando volunt addere praepositionem, genus coniungunt, ut 'de primo mane venio'. iam enim non videtur iungi ei parti orationis quae est mane, sed quae est primo.

DE PARTICIPIO.

Participium dictum est, quasi particapium. habet enim partes a nomine duas, genus et casum, a verbo duas, tempus et significationem, ab utroque duas, numerum et figuram: ideo ab utroque, quoniam numerus et figura tam nomini accidunt quam verbo; illa vero bina his tantum accidunt, a quibus trahuntur.

Genera participiorum sunt haec, masculinum femininum neutrum et omne. masculinum participium in us syllaba terminatur, femininum a, neutrum um, ut lectus lecta lectum, lecturus lectura lecturum, legendus legenda legendum. nam haec sunt duo tempora, praeteritum et futurum, quae genera secundum regulas quas diximus dividunt. praesentis autem

11 repugnare ς pugnare *P* 12 in filippicis *P:* II 30, 75 hospitum *codex Lavantinus Sergii p.* 521 *ed. Lind.* 13 comuomeres *P* Vergilius] *Aen.* IIII 224 16 seruauit ς sanauit *P* 17 aduerbiis id est solis positis ς 19 dum] *Verg. georg.* III 325 20 id est hoc ipsum mane iam nomen effectum est ς*: fortasse* id est quoniam hoc ipsum mane iam nomen effectum est 34 lecturus] lecturos *P* 35 praeteritum ς praesens *P*

temporis participium semper generis est omnis et duabus clauditur consonantibus, ut est legens.

Casus totidem sunt in participiis, quot in nomine et pronomine. participia autem masculini et neutri secundae sunt declinationis, feminini primae, omnis tertiae, in quo ablativus et i et e terminatur, ut amanti amante. sed scire convenit quod ars exigat ut e littera terminetur; i autem ubi fuerit terminatus ablativus huius participii, necessi||tas est aut metri aut euphoniae.

Tempora in participiis Latinis tria sunt, praesens praeteritum et futurum; regulae tamen quattuor sunt. nam praesens unam habet, quam diximus, ns, ut legens; praeteritum unam, us, ut lectus; futurum vero tempus duas habet regulas, rus et dus, ut lecturus legendus. ideo autem neutrale verbum tot et eadem habet participia, quae et activum, quoniam sic declinatur ut activum: nam participia declinatione noscuntur. deponens autem verbum participium futuri temporis in rus mittit, ut locuturus. nam ideo dictum est deponens, non quod r litteram non deponat, *κατὰ ἀντίφρασιν* (nam et commune deponens esset: et hoc enim r litteram non relinquit); sed ideo deponens dicitur, quod deponit participium declinationis suae, id est futurum, quod dus syllaba terminatur. nemo enim potest dicere loquendus, licet inveniamus apud poetas hanc usurpationem. commune vero verbum ideo quattuor habet participia, quia commune est, id est agentis et patientis habet significationem; et novimus quod participia duo veniant ab activo et duo a passivo. sane scire debemus quia, licet Latinitas non habeat nec praeteritum participium ab activo nec praesens a passivo, invenitur tamen apud poetas talis elocutio, ubi alterius temporis pro hac significatione ponatur, ut est

et qua vectus Abas et qua grandaevus Aletes:

vectus enim dixit pro eo quod est vehebatur. regulae participiorum ita se habent, ut participium futuri temporis a passivo regat participium praesentis temporis ab activo, id est ut de participio futuri temporis a passivo sublata dus syllaba et addita s littera faciamus participium praesentis temporis ab activo, vel e contrario. item participium praeteriti temporis a passivo sublata s littera et addita rus syllaba facit participium futuri temporis ab activo, ut lectus lecturus, vel e contrario. sed his regulis repugnant pauca participia nova ratione usurpata, ut est || moriturus, quod nulla ratione dicitur. sublata enim rus syllaba et addita s littera moritus facit, quod Latinitas non habet: nam mortuus dicimus. et illud sciendum est, maiores nostros saepe a verbis neutralibus praeteriti temporis usurpasse participia, ut est regnata triumphata placita nupta pransus cenatus et similia. quibus nos ideo utimur, quoniam auctoritate firmantur; non

8 eyphoniae *P* 11 ns ȿ ens *P* 15 locuturus] lecturus *P* auxiliaturus ȿ 18 relinquid *P* 27 et] *Verg. Aen.* I 121 grandebus alethes *P* 35 repugnant ȿ depugnant *P*

tamen possumus de aliis verbis neutralibus similiter quae non lecta sunt usurpare, sed debemus ea tantum quae lecta sunt dicere.

DE CONIVNCTIONE.

Coniunctiones dictae sunt ab eo, quod coniungant elocutionem. nam siqui dicat 'ego tu eamus', dissidet elocutio; si interponas et et dicas 'ego et tu eamus', incipit cohaerere. copulativae dicuntur eo, quod et verba et sensum copulant, ut siqui dicat 'ego et tu eamus'. nam in hac elocutione et verba coniuncta sunt et sensus: utrumque enim iturum significat. disiunctiva vero penitus contra naturam sermonis fuisset inventa, nisi vel verba coniungeret. nam quid tam contrarium coniunctioni, quam habere speciem disiunctionis? sed ideo disiunctiva dicitur, quod sensum disiungat: nam verba coniungit, ut siqui dicat 'ego aut tu eamus'. nunc enim elocutio coniuncta est, sed sensus disiunctus: non enim utrumque, sed alterum iturum significat. expletivae dicuntur coniunctiones eo, quod additae illud quod minus fuerat explere contendunt, ut siqui dicat neglegenti lege, dicendo lege in eo eum arguit, quod non legit; at si dicat 'saltem lege', in eo arguit, quod nihil omnino agit. inter causales et rationales hoc interest, quod tunc utimur causalibus, cum de causa loquimur, tunc rationalibus, cum de ratione. causa est autem, quae nos impingit ad aliquid faciendum; ratio autem, qua utimur in faciendo. sed plane sciendum est quod pro rationalibus causales ponere possumus; pro causalibus num||quam ponimus rationales. etenim causa non statim ratione reperitur; ubi autem ratio est, iam causa praecessit. in ordine autem hoc servandum est, quod sunt aliquae quae semper praeponuntur, ut at ast. dicimus enim 'ast ego quae divum incedo regina', non 'ego ast'; et item 'at pater Anchises', non 'pater at Anchises'. postponuntur vero que autem: dicimus enim 'primusque Machaon', non 'que primus Machaon', et 'hoc autem fac', non 'autem hoc fac'. igitur vero et primo et ultimo et medio convenit loco: dicimus enim et 'igitur patres conscripti censuerunt' et 'patres igitur conscripti censuerunt'.

DE PRAEPOSITIONE.

Praepositio dicta est, quod in loquendo praeponitur (dicimus enim 'apud amicum sum'), excepta una praepositione, quae non numquam praeponitur et postponitur, ut tenus (dicimus enim et 'pube tenus' et 'tenus pube'), et excepta altera praepositione, id est cum, scilicet in pronominibus non nullis, ut mecum tecum nobiscum vobiscum, quod con-

2 debemus ς debeamus *P* 3 DE CONIUNCTIONIBUS *P* 5 interponas *corr.* -at *P* 9 desiunctiua *P* 10 vel *om.* ς 16 at si ς ac si *P* 22 non statim rationem recipit ς 24 praeponuntur ς proponuntur *P* 25 ast ego] *Verg. Aen.* I 46 27 primusque] *Verg. Aen.* II 263 33 una] bina *P*ς quae nunquam praeponitur sed postponitur ς 34 dicimus enim pubetenus et non tenus pube ς

p. 1797. 98 P.

tra artem ex aperto dicitur (nemo enim dicit 'cum me', 'cum te' propter cacenphaton). natura enim praepositionis exigebat, ut praeponeretur. accusativae praepositiones sunt xxx, quae accusativo tantum iunguntur vel singulari vel plurali. ex his ad et apud diversas habent significationes. nam ad ad locum significat, ut 'ad patrem vado', apud vero in loco, ut 'apud parentem sum'. sed ad non numquam auctoritate etiam in loco reperitur, ut 'decem fiscos ad senatorem illum relictos', et apud Maronem 'ad Troiam pro caris gesserat Argis'. temptaverunt plerique facere discretionem et in hac elocutione, quae fit de ad et de in, ut 'ad forum venio', 'in forum venio'. etenim 'ad forum venio' est ad forum accedo, 'in forum venio' forum ingredior, ut sit illud prius propinquantis ad locum, hoc autem locum ipsum tenentis, sicut videtur locutus esse Salustius dicendo 'hi utrique ad urbem imperatores erant || inpediti ne triumpharent calumnia paucorum'. nam si necdum triumphaverant, urbem ingressi non fuerant. ergo 'ad urbem' quod dixit, propinquantis significatio habetur, non ingredientis. usque etiam praepositio novo modo sibi aliam coniungit praepositionem: dicimus enim, ut Vergilius 'ad usque columnas exulat'. nec sequi debemus quod non nulli dicunt, usque adverbium esse. multo minus enim sibi iungeret praepositionem, si adverbium fuisset: adverbio enim praepositio separatim non cohaeret. et e et ex praepositiones habent differentiam. nam si pars orationis sequatur a vocali incohans, ex praeponimus, ut 'ex amico'; si autem a consonanti inchoet, e, ut 'e foro'. e contrario autem positae aut hiatum faciunt aut asperitatem, hiatum 'e amico', asperitatem 'ex foro'. clam praepositio, quam Donatus inter ablativas posuit, scire debemus quod indifferenter pro arbitrio dicentis et ablativo iungitur et accusativo: dicimus enim et 'clam patre' et 'clam patrem'. in sub super et subter et accusativae sunt et ablativae; sed apud maiores nostros indifferenter ponebantur, id est nulla lege servata. nam et Virgilius dixit 'rapuitque in fomite flammam' pro 'in fomitem', et Horatius [Naso]

destrictus ensis cui super impia
cervice pendet

pro 'super cervicem', et Cicero 'si forte in eo quaeritis' pro 'in eum', et similia. verum tamen aetas posterior super et subter accusativas fecit. in vero et sub coniunguntur accusativis casibus, cum mutatio est loci, ut 'in forum vado'; 'sub basilicam vado'; tunc iunguntur ablativis,

7 decem] *Cic. in Verr. act.* I 8, 22 8 apud Maronem] *Aen.* I 24 13 Salustius] *Catil.* 30 ire utique imperatores ad urbem erant utrique impediti ς ire utrique imperatores ad urbem erant utique impediti *Putschius* 18 Vergilius] *Aen.* XI 262 29 Vergilius] *Aen.* I 176 30 oratius *P: carm.* III 1, 17 32 districtus ensis cui super magna ceruice pendet ς 34 Cicero fortes in eo quiritis ς: si fortes fueritis in eo (*Cic. in Verr. act. sec.* I 1, 3) *Pompeius* p. 401 *et Servius in Verg. Aen.* I 176 36 fecit ς facit *P*

cum permansio est, ‘in foro sum’, ‘sub basilica sum’. haec autem mutatio vel permansio verborum, quae ad elocutionem praeponenda sunt, ratione colligitur. nam pergo proficiscor vado et huius modi mutationem significant, sto sedeo dormio et huius modi permansionem. loquellares praepositiones ideo dicuntur, quia semper cohaerent, ut conduco recipio. cohaerere autem eas res illa significat, quod non patiuntur in significatione interpositionem: nemo enim dicit ‘con tibi duco’ aut ‘re illum cipio’. praepositiones cum postpositae fuerint, si casum suum reservent, adhuc praepositiones sunt, ‖ ut ‘transtra per et remos’. si autem casum mutent, fiunt adverbia, ut ‘tempore post’. sed plerumque metrorum ratione etiam praepositae idem faciunt, ut ‘longo post tempore venit’. sciendum est etiam, praepositiones utriusque casus quotiens pro aliis praepositionibus ponuntur, illis eas casibus iungi, quibus iunguntur illae pro quibus ponuntur, ut ‘in alterum’. nam quoniam in modo contra significat, accusativo iungenda est, quia contra accusativi casus est. item ‘super Priamo rogitans’: quoniam super de significat, ablativo iungenda est.

DE INTERIECTIONE.

Interiectiones proprie sunt affectus voce incondita expressi. sed et plenus frequenter sermo pro interiectione habetur, si affectum significet, ut ‘pro dolor’.

[Sunt nomina similia participiis praesentis temporis, ut demens legens. ‖ discernuntur autem sic. si nomen fuerit, conparationem recipit, ut dementior; si participium fuerit, non recipit conparationem. inveniuntur nomina similia participiis praeteriti temporis vel potius eadem et participia; sed discernuntur declinatione. nam participia si fuerint, secundae sunt declinationis, ut hic visus huius visi, hic auditus huius auditi; si autem nomina fuerint, erunt quartae declinationis, ut hic visus huius visus, hic auditus huius auditus. quamquam haec quae diximus etiam illa ratione discernimus, quod participium tunc est, cum tempus habet, ut puta ‘ille auditus est’; cum autem non habet tempus, nomen est, ut ‘auditus meus obtusus est’, ‘visus meus obtusus est’.]

---

9 transtra] *Verg. Aen.* V 663 10 mutent ς mutuent *P* 11 longo] *Verg. bucol.* 1, 30 12 uenit ς uenis *P* 16 super Priamo] *Verg. Aen.* I 750 22 De participiis transeuntibus in nomina. Sunt nomina *Putschius. tractatum et ab hoc loco et ab ipso Servio alienum in fine eorum quae in minorem artem Donati grammaticus commentatus erat adiecisse videtur librarius.* 24 non recipit comparationem. nemo enim dicit legentior legentissimus. quid si sit nomen non simile participio sed quid sit et participium aliam recipit discretionem, ut est amans, quod et nomen est et participium. nam si sit nomen, genitiuo iungitur, ut amans tui: si autem participium sit, accusatiuo iungitur, ut amans te quemadmodum colens te. si autem inueniantur ς 25 sed *om.* ς 26 sunt declinationis ς sunt declinationes *P* 32 et uisus meus breuis ς

DE LITTERA.

Litteras Latinas constat Carmentem invenisse, matrem Euandri. quae ideo dictae sunt litterae, quod legentibus iter praebeant, vel quod in legendo iterentur, quasi legiterae. omnes autem litterae principaliter in duas dividuntur partes, in vocales et in consonantes. item ipsae consonantes in duas dividuntur partes, in semivocales et mutas. || vocales dicuntur, quia per se sonant et per se syllabam faciunt, et nullae aliae litterae sine ipsis possunt syllabam facere. consonantes dicuntur, quia non naturaliter sonant, sed mixtae cum vocalibus proferuntur; quae non tam videntur unum quoddam sonare, sed quasi duplex consonare. semivocales dicuntur, quia semis habent de potestate vocalium. nam cum vocales et per se sonant et per se syllabam faciunt, istae per se quidem sonant, sed per se syllabam non faciunt. mutae dictae sunt eo, quod nihil habeant de potestate vocalium. nam nec per se sonant nec per se syllabam faciunt. etenim semivocalibus si detrahas naturales sonos, vel paululum sonant; mutis si detrahas, nihil sonabunt. vocales sunt quinque, a e i o u. ex his duae, e et o, aliter sonant productae, aliter correptae. nam o productum quando est, ore sublato vox sonat, ut Roma; quando correptum, de labris vox exprimitur, ut rosa. item e quando producitur, vicinum est ad sonum i litterae, ut meta; quando autem correptum, vicinum est ad sonum diphthongi, ut equus. i vero et u varias habent potestates: sunt enim vocales consonantes mediae nihil digammi duplices. sed ut sint vocales consonantes et mediae, utriusque litterae est; ut autem nihil et digammos sit, u litterae est; ut duplex sit, ad i litteram pertinet. vocales autem sunt i et u, quando vel solae positae syllabas faciunt, ut unus itur, vel quando iunguntur consonantibus, ut unda inde. consonantes autem tunc fiunt, quando ipsae praecedentes post se habent alias vocales in isdem syllabis constitutas, ut vanus Ianus. quin etiam ipsae duae si inter se iungantur, quae prior est fit consonans, ut Iuno vita. etiam sola *u* quando geminatur et syllabam facit, quae prior est fit consonans, ut vultus vulgus. mediae autem tunc sunt, quando naturalem sonum recipiunt, ut vir optimus: nam quod e contra sonamus ut scribimus, sed pingue nescio quid pro naturali sono usurpamus. u littera nec vocalis nec consonans est, quando dicimus quoniam. etenim non est vocalis, quia eam o vocalis consequitur, et scimus, quando post se habet aliam vocalem, quod fit consonans. non autem potest esse || consonans, quoniam non ipsa praecedit, nec potest esse consonans, nisi quando ipsa praecedit.

8 quae non naturaliter *P* 11 quae semis *P* 12 per se sonat *P* 20 ad sonum E litterae *P: cf. Serg. cod. Lavant. f.* 55 26 inde] indis *P* 28 in. i. isdem *P* 30 u *om. P* 32 hae aliquando mediae dicuntur, quando non eo sono dicuntur quo scribuntur *Sergius cod. Lavant. f.* 55: *fortasse* non quidem contra sonamus ac 36 esse sonans *P*

f. 167. 67* cod. Par.

fungitur etiam digammi ratione, id est pinguiorem sonum praestat partibus orationis, ut Velena. hoc ergo et nos facimus, quotienscumque consonans est, ut Venus. i vero quaeritur utrum geminata possit unam syllabam facere, ut puta dii utrum iam per duo i scribatur, quod multi dicunt, multi negant. plane sciendum est quod i inter duas posita vocales in una parte orationis pro duabus est consonantibus, ut Troia. omnes vocales Latinae et produci et corripi possunt. a producitur, ut acer; corripitur, ut amor: e producitur, ut meta; corripitur ut ego: i producitur, ut itur; corripitur, ut ibi: o producitur, ut Roma; corripitur, ut rosa: u producitur, ut unus; corripitur, ut ubi. sed quod dicimus eas et produci posse et corripi, sic intellegimus, non in una parte orationis utrumque posse contingere, sed [de ratione adspirationis] in diversis. aspirare non debemus, nisi quando sequitur vocalis, ut homo. sed non ubicumque vocalis est, et aspiratio est; sed ubicumque aspiratio est, necessario et vocalis. semivocales sunt septem, quae ita proferuntur, ut inchoent ab e littera et desinant in naturalem sonum, ut ef el em en er es ix; sed x ab i inchoat et duarum consonantium fungitur loco. nam maiores nostri pro hac x aut g et s aut c et s ponebant, g et s, ut rex regis, c et s, ut pix picis. de genetivi autem declinatione colligebant, quando vel c vel g uterentur. sed posteaquam inventa sunt nomina quae nec c nec g in genetivo haberent, ut nix nivis, senex senis, coepit haec littera scribi, id est x, et pro duabus haberi consonantibus. s littera hanc habet naturam, ut, ubi opus est, excludatur de metro, ut in hoc versu 'ponite spes sibi quisque'. excluditur autem, quotiens vel inchoat sermonem vel determinat; in medio autem posita numquam excluditur, ut respira. quattuor sunt liquidae, l m n r. sed frequenter utimur duabus, prima et quarta, raro secunda, tertia numquam nisi in Graecis nominibus. sane tunc possunt istae liquescere, cum ante se habuerint in una syllaba vel quamcumque mutam vel f semivocalem. sed et hic haec || ratio servanda est, quae in adspiratione praedicta est, id est non ubicumque praecedit muta vel f semivocalis, istae liquescunt; sed ubicumque istae liquescunt, necesse est ut illae praeponantur. mutae sunt novem, quae debent inchoare a naturali sono et in vocalem e litteram desinere, ut b g et reliquae. ex quibus tres, quoniam non desinunt in e, contumeliam patiuntur, *h k q. h a* plerisque adspirationis nota, a plerisque consonans habetur. k vero et q aliter nos utimur, aliter usi sunt maiores nostri. namque illi, quotienscumque a sequebatur, k praeponebant in omni parte orationis, ut kaput

4 per duos scribatur *P* 11 intellegamus *P* 15 quod autem ab i incipit eius nomen ostendit etiam Servius in commento, quod scribit in Donatum his verbis 'semivocales sunt — inchoat' *Priscianus p.* 540 16 ix] ex *P* 18 pro hac .i. x *P* 23 uerso *P: Verg. Aen.* XI 309 33 ut fg et reliqua *P* 34 ideo illae, quia non ab e incipiunt neque in e desinunt, possunt pati calumniam, ut nec litterae uideantur aut non sint necessariae. — ex mutis removentur propter illam quam diximus rationem h k q *Sergius cod. Lavant. f.* 55 patiuntur plerisque adspirationis *P* 35 c uero *P*

f. 167*. 68 cod. Par.

et similia; nos vero *non* usurpamus k litteram nisi in Kalendarum nomine scribendo. itemque illi q praeponebant, quotiens u sequebatur, ut qum; nos vero non possumus q praeponere, nisi et u sequatur et post ipsam alia vocalis, ut quoniam. y et z Graecae sunt litterae. y vocalis est, z pro duplici, quamquam apud nos z et pro duplici sit, ut 'Mezenti ducis exuvias', et pro simplici, ut 'nemorosa Zacynthos'. omnia nomina litterarum generis sunt neutri et indeclinabilia sunt. sciendum autem x litteram Latinam duplicem etiam pro simplice posse poni, quando Graeca sunt nomina, ut in hoc versu, 'implevit litora Xanthus'.

DE SYLLABA.

Syllaba dicta est ex Graeco vocabulo, *ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν τὰ γράμματα*, id est a conceptione litterarum. ergo proprie illa dicitur syllaba, quae de plurimis constat, ut est post. quae autem de una vocali perficitur, abusive dicitur syllaba, ut e. omnes autem syllabae a vocalibus suis incipiunt habere tractatum, atque inde exordium sumunt. consonantes enim quae sequuntur ipsi syllabae inputantur; praecedentes autem non ipsi, sed aut vacabunt aut superiorem brevem iuvabunt. ut puta glans: ab a considerantes n et *s* ipsi syllabae damus, quia secuntur vocalem; g vero et l non ipsi inputamus, sed servamus ad auxilium superioris brevis, si forte praecedat. consonantes autem non hae solae, quae in eadem syllaba sunt, || sed etiam in sequenti positae iuvant praecedentem vocalem, ut arma. syllabae breves quattuor modis considerandae sunt: primo ut habeant vocalem brevem, deinde ut non desinant in duas consonantes aut in unam duplicem aut in i inter duas vocales constitutam. quibus quattuor modis e contrario animadversis deprehendimus longas. nam si sit vocalis naturaliter producta, syllaba erit longa, ut est dos: si etiam duae consonantes secuntur brevem, similiter longa erit, ut ars; vel si una duplex sequatur, ut est pix; vel si *i* inter duas vocales, ut est Troia. plane diphthongi semper longas syllabas faciunt [quae diphthongus sic declinatur quo modo doctus]. sunt autem quattuor, ae, ut Aeneas; oe, ut poena; au, ut aurum; eu, ut Eurus. ceterum e et i apud antiquos tantum modo deprehenditur, ut eitur. y et i in Graecis nominibus diphthongus est, ut Harpyia. plane quoniam difficilis est deprehensio circa syllabas naturaliter longas, idcirco primum debemus considerare, quem ad modum naturaliter proferantur; deinde inflexiones considerare debemus. nam facilitas si non intellegis qualis est in nominativo, in genetivo cognosces, quia longa est et aperte producitur: facilitatis enim facit. item re-

1 nos uero usurpamus c litteram *P* 2 qum] cum *P* 3 et o sequatur *P* 5 Mezenti] *Verg. Aen.* XI 7 6 exubias *P* nemorosa] *Verg. Aen.* III 270 8 duplice etiam *P* 9 xanethus *P* 18 s *om. P* 26 uocalis syllaba naturaliter producta erit *P* 28 i *om. P* 30 docti *P* 31 ey ut eyrus *P* 33 arpyia *P* 34 quemammodum *P*

f. 168. 68* cod. Par.

legerunt: le ne dubites qualis sit, significat singularis numeri pronuntiatio; relegit enim facit. deinde studeamus pronuntiationi, poetarum etiam exempla teneamus. deinde considerare debemus sermonum primas origines. nam *prima positio* ut fuerit, similiter omnis derivatio sequitur, ut puta amor, a brevis est: sive postea amicus, sive amo, sive amator, sive amant, sive amantem dicas, ubique a brevis erit. pauca sunt enim nomina quae ab hac regula recedunt, ut puta lux et lucerna: nam cum lux longa sit, lucerna brevis est. et quia his rebus deficimur, superest ut ad exempla curramus, quae aput poetas per lectionem facillime deprendimus.

Communes syllabae modis fiunt octo. primus modus est, || si correptam vocalem duae consonantes sequuntur, quarum prior muta quaepiam est vel f semivocalis et sequens liquida: est enim longa in hoc, 'vasto Cyclopis in antro'; brevis in hoc, 'vastosque ab rupe Cyclopas'. secundus modus est, cum correpta vocalis in unam desinit consonantem sequente h, quae adspirationis est nota: est enim longa in hoc, 'terga fatigamus hasta'; brevis in hoc, 'quisquis honos tumuli'. tertius modus est, cum correptam vocalem duae consonantes sequuntur, quarum prior s littera est: est enim longa in hoc, 'unde spissa coma'; brevis in hoc,

ponite: spes sibi quisque, et haec quam angusta videtis.

quartus modus est, cum correpta vocalis partem terminat orationis, quae in unam desinit consonantem: est enim longa in hoc,

nam tibi, Thymbre, caput Euandrius abstulit ensis;

brevis in hoc, 'hoc caput o cives'. quamquam et si in nullam desinat consonantem, videtur posse exemplo probari: invenies enim apud Vergilium

dona dehinc auro gravia sectoque elephanto.

sed sciendum est quod brevis syllaba potest pro brevi et pro longa poni. quintus modus est, cum diphthongum vocalis sequitur: est enim longa in hoc, 'Musae Aonides'; brevis in hoc, 'insulae Ionio in magno'. sed et hoc tunc contingit, cum nulla consonans intervenit et nudam diphthongon sequitur nuda vocalis. sextus modus est, cum nudam vocalem vocalis sequitur. est enim longa in hoc, 'o ego infelix'; brevis in hoc, 'sub Ilio alto'. septimus modus est, cum pronomen c littera terminatum vocalis statim subsequitur: est enim longa in hoc, 'hoc erat alma parens'; brevis in hoc, 'solus hic inflexit sensus'. sed quando

4 nam | ut fuerit *P:* prima positio, *quod addidi, vel simile quiddam in fine versus excidisse videtur* 10 DE COMMUNIBUS SYLL. Communes *P* 11 sequantur *P* 12 vasto] *Verg. Aen.* III 617 13 cyclopas *P* uastosque] *Verg. Aen.* III 647 15 terga] *Verg. Aen.* VIIII 610 16 quisquis] *Verg. Aen.* X 493 18 unde] *Terentian.* 1103 20 ponite] *Verg. Aen.* XI 309 21 cum partem orationis terminat brevis syllaba *Donatus p.* 1738 23 nam] *Verg. Aen.* X 394 24 hoc caput] *Verg. Aen.* XII 572 27 dona] *Verg. Aen.* III 464 30 insulae] *Verg. Aen.* III 211 34 sub] *Verg. Aen.* V 261 35 hoc erat] *Verg. Aen.* II 664 36 solus] *Verg. Aen.* IIII 22

c pro duabus consonantibus ponitur, debet cum quadam conlisione proferri. octavus modus est, cum brevem vocalem sequitur z: est enim longa in hoc, 'Mezenti ducis exuvias'; brevis in hoc, 'nemorosa Zacynthus'.

DE PEDIBVS.

Pes dictus est eo, quod pedis fungatur officio. nam sicut nos pedibus incedimus, ita etiam metra per pedes quodam modo incedunt. arsis dicitur elevatio, thesis positio. quotienscumque || contingit ut tres sint syllabae in pede vel quinque, quoniam non licet in divisione temporum syllabam scindi, sed aut principio adplicatur aut fini, idcirco debemus considerare, media syllaba cui parti coniungi debeat. et hoc ex accentu colligimus. nam si in prima syllaba fuerit accentus, arsis duas syllabas possidebit; si autem in media syllaba, thesi duas syllabas damus. solutio dicitur in metro, quotiens pro una longa duas ponimus breves. nam pro spondeo, qui legitimus est versus heroici, invenimus etiam dactylum positum, ut 'arma virumque cano', non numquam anapaestum, ut 'fluviorum rex Eridanus', aliquando proceleumaticum, ut 'genua labant' et 'arietat in portas' et 'abiete costas' et

tenuia nec lana per caelum vellera ferri.

divisiones autem temporum tres sunt: aequa, quae et dactylica, dupla, quae iambica, sescupla, quae paeonica nominatur. aequa dicitur divisio, cum tot tempora habet arsis, quot thesis, ut puta unum et unum, duo et duo, tria et tria, quattuor et quattuor; quae divisio hos recipit pedes, pyrrichium spondium dactylum anapaestum proceleumaticum dispondium diiambum ditrochaeum antispastum choriambum. dupla dicitur divisio, quotiens altera pars alteram partem duplo vincit, ut puta unum et duo, duo et quattuor; quae divisio hos recipit pedes, iambum, trochaeum, tribrachyn, molossum, ionicum maiorem, ionicum minorem. sescupla dicitur divisio, quotiens altera pars alteram partem non duplo vincit, sed dimidietate dupli, ut puta tria et duo vel duo et tria; quae divisio hos septem recipit pedes, bacchium, antibacchium, amphimacrum et quattuor paeones. reliqui vero pedes, id est amphibrachys et epitriti, ab his divisionibus repelluntur. nam amphibrachys cum constet aut de tribus et uno aut ex uno et tribus, nullam recipit divisionem. epitriti vero divisionis suae possident nomen: nam epitriton dicunt Graeci quattuor et tria vel tria et quattuor. legitimi dicuntur pedes metri cuiusque, qui sunt naturales in versibus, ut spondeus in heroico; nothi autem, qui per corru-

3 Mezenti] *Verg. Aen.* XI 7 nemorosa] *Verg. Aen.* III 270 6 fungantur *P* 8 eleuatio positio positio quotienscumque *P* 11 media syllaba coniungi debeat cum parti *P* 15 etiam] enim *P* 16 fluviorum] *Verg. georg.* I 482 17 genua] *Verg. Aen.* XII 905 18 arietat] *Verg. Aen.* XI 890 abiete] *Verg. Aen.* II 16 19 tenuia] *Verg. georg.* I 397 32 id est amfimacrus et epitriti *P* 33 nam amfibrachus *P*

f. 169*. 70 cod. Par.

ptelam solutionis accedunt, ut est || dactylus in versu heroico vel trochaeus. syllaba autem longa duo habet tempora, brevis unum. ideo autem unum dicimus tempus in brevi, quoniam cursim profertur; duo autem in longa, quia tractim et cum quadam mora, et tantum possumus proferendo duas breves temporis consumere, quantum dum unam longam proferimus.

DE ACCENTIBVS.

Accentus dictus est quasi adcantus secundum Graecos, qui *προσῳδίαν* vocant. nam apud Graecos *πρός* dicitur ad, cantus vero *ᾠδή* vocatur. plane sive accentum dicas sive tonum sive tenorem, idem est [aut hoc est]. omnis accentus aut acutus est / aut circumflexus ^. acutus dicitur accentus, quotiens cursim syllabam proferimus, ut arma; circumflexus vero, quotiens tractim, ut Musa. nam gravis accentus \ in Latino sermone paene usum non habet, nisi quod vel cum acuto vel circumflexo poni potest, in his scilicet syllabis, quae supra dictos accentus non habent. unus autem sermo unum recipit accentum, vel acutum vel circumflexum; utrumque autem simul habere non potest. accentus in ea syllaba est, quae plus sonat. quam rem deprehendimus, si fingamus nos aliquem longe positum clamare. invenimus enim naturali ratione illam syllabam plus sonare, quae retinet accentum, atque usque eodem nisum vocis ascendere. accentus autem conputantur non a prioribus syllabis, sed ab ultimis, id est retrorsum, nec possunt ascendere nisi usque ad tertiam syllabam a fine. Graeci acutum accentum in tribus syllabis ponunt, id est in ultima et paenultima vel antepaenultima; circumflexum vero in duabus, id est in ultima et paenultima. Latinitas autem in ultima syllaba nullum ponit accentum. unde fit ut acutus accentus apud Latinos duos possideat locos, paenultimum et antepaenultimum, circumflexus unum paenultimum tantum. in monosyllabis partibus orationis quotiens syllaba naturaliter longa est, circumflexum habet accentum, ut res dos; || quotiens vero vel naturaliter brevis est vel positione longa, acutum habet accentum, ut nec nix nox. nam in accentibus syllaba sive naturaliter brevis sive positione longa indifferenter accipitur. in disyllabis vero unus modus est, qui circumflexum ostendit accentum, quotiens prior naturaliter longa est et ultima naturaliter brevis, ut meta Creta Roma. aliter vero acutum habet, sive ambae natura longae fuerint, ut leges, sive positione longae, ut princeps, sive naturaliter breves, id est duae syllabae, ut ego, ut ait Virgilius ‘ast ego quae divum incedo’. sic et sive prior positione longa sit, ut arma, sive posterior, ut Arabs, ubique acutus, ut diximus, accentus est. in trisyllabis et tetrasyllabis et deinceps (nam necesse est ut trisyllaborum rationem omnia posasyllaba sequantur, eo quod usque ad tres syllabas a

1 uerso *P* 7 qui prosidian uocant nam apud grecos ΠΡΩCΟΔΙΑ dicitur ad *P* 10 *acuti notam om. P* 19 usque eadem *P* 35 Virgilius] *Aen.* I 46 36 incedo is et. c. siue *P* 39 sequatur *P*

f. 170. 70* cod. Par.

fine ascendit accentus) tertia a fine syllaba acutum semper habebit accentum. numquam enim ad ipsam circumflexus ascendit. tunc autem supra dictum habebit accentum, cum secunda a fine fuerit naturaliter brevis, ut Romulus: nam ideo Ro habet accentum, quia mu syllaba brevis est. quotiens autem paenultimo loco longa est, ipsa habebit accentum; quem autem habeat, de disyllaborum ratione cognoscimus. quattuor sunt particulae, quae corrumpunt in pronuntiando regulas accentuum hae, ve ne que ce. nam quotienscumque istae particulae sequuntur, faciunt accentus in ultimis syllabis superiorum esse sermonum, ut Musaque Musane Musave illiusce huiusce. Graeca verba tunc Graecis accentibus proferimus, cum Graeca fuerit declinatio. hos Arcades quoniam Latina declinatio est, prior syllaba habebit accentum, id est tertia a fine; quando autem dicimus hos Arcadas, media, quoniam declinatio Graeca est. 'itaque' pars orationis quaeritur utrum correpta media an producta dici debeat. scire debemus ‖ quoniam tunc corripitur media, [id est] cum una pars fuerit orationis; tunc vero producitur, cum duae. hoc intellegere ex elocutionibus possumus. nam siqui dicat 'itaque fecit', 'itaque dixit', pro duabus *est*, nec in aliqua elocutione potest esse pro duabus, nisi in ea ubi pro simplici ponitur.

Quotienscumque quaerimus, quae consonantes in scribendo sibi cohaereant vel cui syllabae inputentur, utrum priori an sequenti, similitudo aliorum nominum hunc solvit errorem. ut puta si dicamus aspice et dubitemus, utrum s et p dividendae sint consonantes et s danda priori syllabae, p sequenti, intellegimus hoc fieri non posse, sed ambas consonantes sequenti tantum modo dare nos debere, eo quod invenitur sermo qui a duabus istis consonantibus inchoetur, ut spica. similiter amnis: debemus m et n sequenti syllabae dare in scribendo, quoniam invenitur sermo qui ab his consonantibus inchoetur, ut Mnestheus. attulit: non possumus duo t sequenti syllabae dare, quia nullus sermo invenitur, qui a duabus t consonantibus inchoetur. et hoc in ceteris consonantibus observabimus. plane *scire debemus*, conexiones quod dico consonantium non eas quae Latinis syllabis congruunt, sed etiam quae Graecis, excepta scilicet ea syllaba quae constat de b et d, quae in Latinum sermonem numquam ita transit, ut cohaereat, ut est *βδέλλα*. quando enim scribimus abditur, non possumus a in una syllaba ponere, et b et d in sequenti.

DE POSITVRIS.

Tres sunt positurae vel distinctiones quas *θέσεις* Graeci vocant, distinctio, subdistinctio, media. distinctio est, ubi finitur plena sententia: huius punctum ad summam litteram ponimus. subdistinctio est, ubi non

5 quem] quae *P* 7 accentum *P* 13 mediam *P* 17 est *om. P* 21 cui] cuius *P* 22 dubitemus] ubi tempus *P* 29 a duobus *P* 31 scire debemus *om. P* 37 quas thesis greci *P*

f. 170* cod. Par. p. 1837. 38 P.

multum superest de sententia, quod tamen necessario separatum mox inferendum sit: huius punctum ad imam litteram ponimus. media est, ubi fere tantum de sententia superest, quantum iam diximus, cum tamen respirandum sit: huius punctum ad mediam litteram ponimus. in lectione tota sententia perihodos dicitur, cuius partes sunt cola et commata. colon quidam dixerunt membrum, comma caesum.

DE PARTIBVS ORATIONIS.

Duae sunt principales partes orationis, nomen et verbum, eo quod ipsae solae faciunt elocutionem, ut 'Cicero scripsit', 'Virgilius fecit', et sine ipsis nulla alia pars inplet elocutionem. nam quando dicimus 'ipse legens', minus est aliquid, puta 'dixit', ut sit 'ipse legens dixit'. Aristotelici duas dicunt esse partes orationis, nomen et verbum, Stoici quinque, grammatici octo, plerique novem, plerique decem, plerique undecim. interiectionem Graeci non penitus non habent, sed inter partes orationis non conputant. nos articulo non penitus caremus, sed in pronomine conputamus. tres partes orationis sunt quae casibus declinantur, nomen pronomen participium, et una quae temporibus, id est verbum; ceterae omnes quattuor non declinantur. quaesitum est, quando pars orationis *alius partis orationis* officio fungitur, utrum ius suum retineat an eius *recipiat, cuius* accipit significationem. nam frequenter invenimus || et nomina pro adverbiis posita, ut 'torvum clamat', et adverbia pro nominibus posita, ut 'mane novum'. quare sciendum est quoniam, si nomen sit pro adverbio constitutum, incipit non posse declinari. etenim cum desinat esse quod est et transeat in adverbium, incipit iam sic non posse declinari, quem ad modum nec illud adverbium naturaliter declinatur. item adverbium si transeat in significationem nominis, non numquam declinatur, quoniam significat eam partem orationis, quae recipit declinationem. unde est illud apud Plautum, 'a primo mani usque ad vesperam'. utique modo mane nomen est, hoc mane huius manis huic mani hoc mane ab hoc mani. nam si adverbium esset, nec genus reciperet, nec praepositioni adiungeretur, nec posset i terminari.

6 caesum. EXPLICIT ARTIS DONATI PRIMAE COMMENTARIŪ A SERVIO FACTUM EXPLETUM EST *P* 7 DE PARTIBVS ORATIONIS] INCIP̄ DE PARTIBUS ORATIONIS ARTIS DONATI SECUNDAE *P* SERGII GRAMMATICI IN SECVNDAM DONATI EDITIONEM COMMENTARIVS ς 8 uerbum AIOTI eo quod *P* 9 elocutionem PHCIN ut *P* 10 quando dicimus ipse legens dixit Aristotelici ς: quando dicimus ipse legens dixit, pro nomine ponimus. Aristotelici *editio Ascensiana* 11 sit] si *P* 19 alius partis orationis *om. P*ς 20 recipiat cuius *om. P*: eius cuius accipit significationem ς 21 torvum] *Verg. Aen.* VII 399 22 mane] *Verg. georg.* III 325 28 apud Plautum] *Mostell.* III 2, 80 (767 *R*) sol semper hic est usque a mani ad vesperum, *quem versum de eadem re disputans adscripsit Servius in Verg. Aen.* V 19: *cf. Pompei. p.* 358 a primo mani *Pompeius p.* 88 a primo mane *P* 29 uesperum ς 30 ab hoc mane ς 31 nec posse. i. s. terminari *P* nec posset terminari ς

DE NOMINE.

Proprium nomen in quattuor dividitur partes, praenomen nomen cognomen agnomen. praenomen est quod in loquendo praeponimus, ut Publius: || nomen est commune familiae, ut Cornelius: cognomen est proprium vocabulum, ut Scipio: agnomen est quod extrinsecus sumitur, vel a virtutibus, ut Africanus, vel a vitiis, ut Gurges Strabo. sed sciendum est quod plerumque contingit, ut unum tantum modo inveniatur: nam ecce Romulus unum tantum habet: plerumque duo inveniuntur, ut Numa Pompilius; plerumque tria, ut Publius Virgilius Maro; plerumque quattuor, ut Publius Cornelius Scipio Africanus. sane sciendum est quia, quotiens unum invenitur, cognomen est; nemo enim potest esse sine vocabulo: quotiens duo, plerumque praenomen et cognomen, si libertus est; nam non potest libertus habere nomen, quod familiam significat, cum ipse sine familia sit.

Appellativorum nominum species sunt viginti septem. sunt nomina corporalia, quae videmus et tangimus, ut terra lapis; sunt incorporalia, quae nec videmus nec tangimus, ut pietas iustitia. sunt primae positionis, quae a natura firmata sunt, ut mons schola; sunt derivativa, quae a primae positionis nominibus deducuntur, ut montanus scholasticus. haec autem derivativa non regulis, sed auctoritate firmantur. nam plerumque invenimus varia ab uno sermone, ut *a* Tuder est Tudertinus Tuders. sunt etiam diminutiva, quae sensum minuunt et non semper, sed frequenter syllabis crescunt, ut agnus agnellus. sunt etiam alia sono diminutiva, ut tabula fabula. in his enim significatio principalis est, sed enuntiatio diminutiva. tunc enim re vera essent diminutiva, si haberent alia principalia, ut oculus ocellus. sunt quae dicuntur tota Graeca, ut Dido Manto: haec possunt et Graece et Latine declinari, Graece, ut Dido Didus, Latine, *ut* Dido Didonis, Manto Mantus et Manto Mantonis. sunt quae tota Latina appellantur, quae longe aliter a Latinis proferuntur quam a Graecis. nam cum Graeci dicant Polydeuces, Latini appellant Pollux. haec autem quae tantum Latina sunt Latine declinamus. sunt quae || appellantur notha, quae non primis syllabis, sed ultimis a Graeco sermone dissentiunt, ut Achilleus Achilles, Agamemnon Agamemno; et fere omnia Graeca, quae in on exeunt, detracta n littera per brevem o proferuntur, ut Apollon Apollo, Platon Plato. sunt synonyma, quae varias habent elocutiones, sed unam significationem, ut terra humus solum tellus. sunt homonyma superioribus contraria, ut aries: nam et machinamentum, quo muri expugnantur, et sidus in caelo et animal in terra aries vocatur. sunt pa-

1 DE NOMINE *om.* *P* 5 uocabolum *P* 6 a uirtutibus ς a uirtutis *P* ut gurges strauo *P* ut iugulator ς 14 sine familia ς sine familiae *P* 19 nomini eiusdem deducuntur *P* nomine eiusdem dicuntur ς 21 ut a Tuder *Putschius:* a *om.* *P*ς 26 ocellus ς ocellum *P* 27 Didus] didous ς 28 ut *om.* *P* Mantus] mantous ς 30 poludeyces *P* 32 ut achilleys *P* 38 uocatur ς uocantur *P* patronomica *P*

tronymica, quae trahuntur non tantum a patribus, sed etiam a parentibus: nam inveniuntur et a matre ducta, ut Thetideius et Letoides, et ab avo, ut Aeacides, et a maioribus, ut Dardanides Aeneas, et a vitrico, ut Amphitryoniades. sic ergo dicimus patronymica non a patre tantum, sed a parentibus tracta, ut dicimus parricidam non eum qui patrem tantum, sed qui quemque parentum necaverit. haec autem patronymica, si Graeca fuerint, aut in des exeunt, ut Atrides, aut in ius, ut Atreius, aut in on, ut Atrion. sed quae in des exeunt, tantum patronymica sunt, ut Atrides Agamemnon; quae in ius exeunt, et patronymica et possessiva, ut Atreius Agamemnon, Atreius gladius, Euandrius ensis. quae autem in on exeunt, in Latinum sermonem non transeunt. feminina autem aut in is exeunt, ut Atreis; aut in ias, ut Atreias; aut in ne, ut Atrine. sunt etiam nomina adiectiva, quae plerumque sensum habent, sed coniunctione laetantur, ut magnus fortis: dicimus enim 'magnus vir', 'fortis exercitus'. sunt etiam qualitatis, quae trahuntur ab animo, a corpore, extrinsecus, ut doctus niger felix; sunt quantitatis, quae trahuntur a mensura, ut longus latus; sunt gentis, quae gentem significant, ut Graecus Hispanus; sunt quae patriam significant, ut Romanus; sunt quae numerum, ut unus duo tres quattuor quinque; sunt quae ordinem, ut quintus sextus. sunt quae ad aliquid dicuntur, quae penitus non possunt sine alterius coniunctione intellegi, ut pater: non enim patrem possumus dicere, nisi filium habeat. sunt ad aliquid qualiter se habentia, quae e contrario significationem sumunt, ut dexter sinister niger candidus. sunt generalia, in quibus species continentur, ut animal: nam animal dicitur et homo et canis et equus. sunt specialia, ut sunt illa quae diximus, canis homo et equus: nam illa sunt specialia, quae *a* genere descendunt. sunt facta de verbo, ut doctor lector. haec autem semper in tor exeunt et oriuntur a gerundi modo ultimo tempore ultima syllaba in tor versa per omnes coniugationes, ut amatu amator, doctu doctor, auditu auditor, lectu lector. sunt etiam participiis similia, ut demens: nam sic est demens quasi legens; sed demens nomen est, quia recipit conparationem, legens vero participium, quia non recipit similiter conparationem. sunt etiam verbo similia, ut contemplator: sed haec cum casum acceperint, nomina sunt, ut contemplator contemplatoris; cum autem tempus habuerint, verba, ut Maro dixit 'contemplator aquas dulces'.

Sed conparativus gradus generis est semper communis, excepto nomine, quod est senior: hoc enim, ut Probus dicit, tantum generis mascu-

1 non tantum ς non tam *P* 2 ut thetideius et letoidex *P* hetideius retoides ς 3 Aeneas] aeneades ς amfitrionides *P: Verg. Aen.* VIII 103, 214 4 patronomica *P* 6 patronomica *P* 8 patronomyca *P* 9 patronomyca *P* 12 in ne ut Atrine] in en ut atrien ς 13 per se quidem habent sensum *Pompeius p.* 114 21 posse *P:* non enim potest dici ς 26 a *om. P:* quae genere discernuntur ς. speciale nomen a genere descendit *Pompeius p.* 118 34 Maro] *georg.* IIII 61 36 nomine] uno ς 37 Probus] *institut. art. p.* 245 *ed. Vind.*

lini est. non omnia quae sunt qualitatis et quantitatis recipiunt conparationem, sed omnia quae recipiunt conparationem qualitatis sunt et quantitatis, sic ut puta non omnes qui student causas agunt, quisquis autem causas agit studet sine dubio. recta conparatio est quae primam syllabam integram per omnes *gradus* servat, ut doctus doctior doctissimus. si autem integram non servat, inaequalia efficit nomina, quae sunt tantum tria, bonus malus magnus. cum constet conparativum gradum minus significare * videatur, ut clarior clarissimo, doctior doctissimo. praeterea ipse conparativus non numquam positivum significat, non numquam nec positivum significat. quando dicimus 'Charon senior', modo non significat senior, significat tamen senex. at cum Salustius dicit 'mare Ponticum dulcius quam cetera', modo invenitur conparativus non solum conparativus non esse, sed || nec positivus: nam mare non modo dulcius non est, sed nec dulce quidem. Donatus dicit quinque adverbia positivo tantum esse iungenda, tam [quam] magis maxime minus et minime, ea scilicet ratione, quoniam vim in se habent conparandi, atque ideo non debent conparativis gradibus iungi, ne videatur conparatio geminata. qui enim dicit 'tam doctior', paene hoc dicit, 'doctior doctior', quod Latinitas non patitur. Probus autem dicit omnia adverbia, quae vim augentis aut minuentis in se habent, non debere coniungi nec conparativo nec superlativo, ut sunt ista, valde multum plurimum per et similia. nam ista omnia tantum positivis gradibus debemus adiungere. quod superlativum gradum dicit genetivo plurali coniungi, non adeo verum est. nam invenimus eum etiam singulari genetivo posse coniungi, tunc quando nomina sunt enuntiatione singularia, intellectu pluralia, ut est 'o Danaum fortissime gentis'.

Quod dicit enuntiatione masculinum, intellectu esse neutrum pelagus, verum est; vulgus falsum est: et feminino et neutro genere legimus apud Virgilium, feminino 'in vulgum ambiguam', neutro 'ignobile vulgus'. balneum generis neutri est in numero singulari: *in numero autem plurali* feminini quidem secundum usum, ut 'occisus est ad balneas Pallicias'; tamen et neutraliter legimus, ut 'balnea vitat' in Horatio. caelum in numero singulari generis neutri est, in numero autem plurali generis masculini: habemus enim in Lucretio 'quis totidem vertit caelos'. caepe in numero singulari generis neutri est, ut 'tunicatum cum sale mordens caepe'. et hoc nomen tres solos habet casus, hoc caepe

1 non] nam *P* 4 studit *P* studuit ς 5 gradus *om. P*ς 7 *lacunam quam indicavi ita fere supplere possis*, cum constet conparativum gradum minus significare quam superlativum, est tamen ubi plus significare videatur 10 Charon] caput *P*, *om.* ς: *cf. Donat. p.* 1746 *Pompei. p.* 134 *Serv. in Verg. Aen.* VI 304 11 dulcius est quam ς 14 quinque tantum aduerbia positiuo esse *P* 17 gradibus] casibus *P* 19 Probus] *instit. art. p.* 260 *ed. Vind.* 25 o Danaum] *Verg. Aen.* I 96 28 in vulgum] *Verg. Aen.* II 99 ignobile] *Verg. Aen.* I 149 29 in numero autem plurali *om. P* 30 occisus] *Cic. p. Rosc. Am.* 7, 18 est *om.* ς pellicias ς 31 uitatur *P* uitantur ς in Horatio] *de art. poet.* 298 33 in Lucretio] II 1097 quis pariter caelos omnis convertere 34 cepe *P itemque infra* tunicatum] *Pers. sat.* 4, 30

hoc caepe o caepe; in numero autem plurali genere feminino simpliciter declinatur. ioca et loca simillima nomina sunt. nam in numero plurali et masculino et neutro genere declinantur: dicimus enim et ioci et ioca, loci et loca; in numero autem singulari tantum masculino, ut iocus et locus. quod dicit genera communia esse inter masculinum *et femininum*, || ut puta pampinus, non ita intellegimus, quasi sacerdos. nam sacerdos si masculus est, hic sacerdos dicitur; si femina, haec sacerdos: non possumus hoc pro nostra voluntate confundere, sed pro naturae qualitate discernimus. pampinus vero et dies et similia pro nostro arbitrio vel masculino vel feminino genere proferuntur. nomen nec in totum fixum nec in totum mobile dixit *leo* leaena secundum Vergilium, 'torva leaena lupum sequitur'; secundum Ovidium mobile est, qui dixit

ut lea saeva sitim multa conpescuit unda.

eiusdem generis debent esse deminutiva, cuius generis sunt principalia; ut puta ideo haec domuncula generis feminini, quia et haec domus generis feminini est: exceptis scilicet paucis istis, scutum pistrinum canis rana verna scutra; nam scutra scutrillus facit, beta betaculus.

Pulvis dicit quia numeri singularis est tantum; sed legimus apud Horatium

novendiales dissipare pulveres.

item pax lux dicit numeri singularis; sed legimus apud Salustium paces et luces. item Quirites dicit numero tantum plurali; sed legimus apud Horatium hunc Quiritem, ut sit nominativus hic Quiris: item idem Horatius 'quis te Quiritem; cuius nominativus erit hic Quirites, ut dicit Petronius. quadrigas dicit numeri tantum pluralis, sed Varro dicit et numero singulari. virus generis neutri est et declinatur quem ad modum doctus, hoc virus huius viri: legimus enim apud Lucretium 'tetri primordia viri'. dicit nomina iam composita non debere conponi, *et idem paulo ante dixit de conpluribus posse conponi:* ne contrarium sit, ita in-

2 ioca et loca] *Serv. in Verg. Aen.* I 306 5 et femininum *om. P: cf. Donat.* p. 1747 11 mouile dixit leaena *P* mobile at fixum leaena ς secundum Vergilium] *bucol.* 2, 63 12 oboedium *P: Ovid. metam.* IIII 102 13 sitim multa compescuit unda ς sitin multas conspescuit undas *P* 14 debent esse diminutiua ς debet esse deminutiuo *P* 15 domuincula *P* 16 pistrum ς 17 verna] *fortasse* beta scutrillus *Pompeius* p. 154 scutrinus *P* scutrini ς 18 numeris singularis *P* apud Horatium] *epod.* 17, 48 ouidiles *P:* ouides discipare ς 21 paces] *Sallust. Iug.* 31, 20 bella atque paces 23 hunc Quiritem] *Horat. epist.* I 6, 7 amici dona Quiritis. *Persii exemplum* quibus una Quiritem vertigo facit *in eadem re ponit Diomedes* p. 315 sed Flaccus in satura Quiritem dixit ut erit nominatiuus *P* uetus nominatiuus ς 24 quis] *Horat. carm.* II 7, 3 quis te redonavit Quiritem Petronius] *grammatici cuiusdam Petronii fragmentum esse coniecerunt interpretes Petronii apud Burmannum* p. 886, *contra quos dixit A. Reifferscheidius mus. Rhenan. noviss.* XVI (*a.* 1861) *p.* 1: *cf. Petron.* p. 156, 4 *ed. Buechel. et Petron. fragm.* 22 *ed. Buechel.* 25 numeris *P* Varro] invenimus quadrigam numero singulari dictam in libro saturarum M. Varronis, qui inscriptus est Exdemeticus *Gellius* XVIII 8, 17. quadrigas *plurali numero dicendas esse docet Varro de ling. Lat.* X 24 *p.* 557 *ed. Speng. et* X 67 *p.* 581 *ed. Speng.* 27 apud Lucretium] II 476 28 et idem — conponi *om. P, add.* ς 29 potuisse ς

tellegi debet, ut liceat nobis nomen conponere bis, sed ita ut prima compositio sensum nominis in contrarium non vertat, secunda autem vertat, ut territus inperterritus. illud enim nobis non licet facere, ut per compositionem primam conversum in contrariam significationem nomen per secundam conpositionem valeamus revocare ad primam significationem, ut est doctus indoctus, quando utique nulla ‖ ratione dicitur. praefectus vigilum si sic dicatur, quem ad modum tribunus militum, id est si pro uno nomine accipitur uterque sermo, priore parte tantum modo declinatur. si autem voluerimus elocutionem facere, dicimus praefectus vigilibus, quo tempore licet nobis etiam in haec duo nomina aliquem adferre sermonem, ut 'praefectus est vigilibus'.

Casus plerique quattuor esse dicunt, auferentes nominativum et vocativum, qui similis est nominativo. ideo autem auferunt nominativum, quoniam, cum casus sit dictus ab eo, quod faciat nomen cadere, nominativus e contrario rectum nomen ostendit. alii quinque docent, ut Graeci, qui ablativum non habent; alii sex, ut Latini, qui ablativum addunt; alii etiam septimum addunt casum, qui est ablativo similis sine praepositione, quamquam non in omnibus similis inveniatur. nam quando dico 'doctior illo' et 'doctior ab illo', re vera eadem invenitur elocutio; quando autem dico 'illo praesente suscepi' et 'ab illo praesente suscepi', non est similis ab utroque casu elocutio. nam 'illo praesente suscepi' admittit tertiam personam; 'ab illo praesente suscepi', inter duas tantum modo res geri videtur. non nulli adiungunt octavum casum, qui fit, cum quid per accusativum cum praepositione possumus dicere *et* dicimus per dativum sine praepositione, ut 'it clamor in caelum' et 'it clamor caelo' vel 'subeunt ad murum' et 'subeunt muro'. inflexionum autem varietates in casibus sex sunt. aliquando enim omnes casus varios exitus sumunt, ut est unus, quae dicitur forma hexaptota: item pentaptota dicitur, ubi quinque sunt varietates, ut doctus; item tetraptota, ubi quattuor, ut est species; triptota, ubi tres, ut est templum; diptota, ubi duae, ut est cornu genu: nam nominativus accusativus et vocativus corripiuntur, alii tres producuntur. est etiam monoptota, quam non bene monoptotam, sed aptotam dicimus, ut est nequam. nam monoptota illa sunt, ‖ ubi unus tantum casus est, ut sponte; aptota vero illa sunt, ubi omnes quidem sunt casus, sed nulla ratione variantur, ut est frugi. inveniuntur autem nomina unum casum habentia tantum, ut natu tabo; aut duo tantum, ut hic Iuppiter o Iuppiter; aut tres tantum, ut hoc nefas hoc nefas o nefas;

5 secundam compositionem ς secundam conparationem *P* 6 utique *editio Ascensiana* antique *P* 7 si sit dicatur *P* sic dicatur ς 13 nominatiuum et uocatiuum nominatiuum qui similis est uocatiuo *P* 14 cadere *Putschius* habere *P* 17 qui ablatiuo similis inuenitur nam quando ς quamquam] qq, *hoc est* quodque *P* 18 dico re uera doctior illo et doctior ab illo eadem *P* 24 et *om. P*ς 25 it clamor] *Verg. Aen.* V 451 caelo ut subeunt *P: Verg. Aen.* VII 161 muroque subibant 29 id est species *P* 30 id est templum *P* 31 corripiuntur ς corripiunt *P* 37 ut *om. P*

aut quattuor tantum, ut huius dicionis huic dicioni hanc dicionem ab hac dicione. sed horum nominum reliquos casus in usu quidem non esse manifestum est, in auctoritate autem saepius reperiuntur. inimicus dativum regit, quamquam usus vindicet nominativum: ‘inimicus’ enim ‘mihi est’ dico, non meus. item ‘secundus ab illo est’ dicimus, non secundus illi. quamquam ista nomina, quae suis casibus serviunt, etiam aliis varia auctoritate iunguntur. nam et pactus illam rem * dignus illa re.

Quod dicit ab his mulabus filiabus deabus nos dicere debere, sciendum est propter testamentorum necessitatem. nam haec pauca dicit Probus contra artem esse suscepta, nec nos debemus ad istorum similitudinem alia declinare. ea enim, quae arte carent, sola auctoritate firmantur. vas in numero singulari tertiae est declinationis, in numero plurali secundae. dies secundum regulam tantum feminini generis est: nullum enim nomen e producto ablativo terminatum alterius potest generis inveniri. quod autem dicimus genere masculino, ratio persuasit adverbii: nam hodie dicentes quasi hoc die significamus; nec tamen dicimus hadie quasi hac die. * nam quotiens nominativus singularis n et s terminatur, ablativus in e et genetivus pluralis in um exit. a supra dictis regulis venit accusativus singularis. tunc in im exit, cum ablativus singularis indubitabiliter i terminatur, ut ab hac vi, ab hoc Tiberi: facit enim hanc vim, hunc Tiberim. si autem e terminetur ablativus, tunc variatur accusativus, ut ab hac puppe hanc puppem. domus et iugerum ab antiquis aliter declinabantur, quam hodie declinamus. nam domus quartae erat declinationis, iugerum tertiae. nos autem in hoc no|mine, id est domus, tres [in unum] casus usurpamus a secunda declinatione, ablativum a domo, genetivum pluralem harum domorum, accusativum pluralem has domos. in nomine autem iugeris unum tantum modo casum usurpamus, ablativum ab hoc iugero. u littera tunc retinetur in dativo plurali, ut ipse dixit, cum aliqua discernenda sunt, ut artubus et arcubus. cui regulae tamen invenimus duo nomina contraria, id est nulla discretione interveniente u retinentia, ut specubus et tribubus. ab istis regulis discrepant nomina tantum pluralia, ut Vulcanalia Minervalia, ideo quod illae regulae ablativi sunt singularis, haec autem nomina numeri sunt tantum pluralis. quae licet regulas non habent, tamen ad similitudinem nominum declinanda sunt, quae [nomina] regulis continentur, id est ut sic declinemus hae Kalendae quem ad modum *hae Musae, hi Manes quem ad modum*

7 et pactus illam rem dicimus et illa re ς. *lacunam indicavi. nam et* pactus *vel potius* mactus *et* dignus *duobus casibus iungi docuisse videtur grammaticus: cf. Pompei. p.* 174. 208 *Cledon. p.* 1901 9 Probus] *instit. art. p.* 273 *ed. Vind.* 11 firmantur ς firmant *P* 16 tamen ς tam *P* 17 n et r *P. videntur autem excidisse quaedam de ablativo singulari* i *terminato et de genetivo plurali* ium *terminato: cf. Pompei. p.* 214: *quare lacunam indicavi* 22 domus] *cf. Serv. in Verg. Aen.* II 445 25 *fortasse* tres in utroque numero casus 29 cui reguli *P* 31 specubus et tribubus] *Serv. in Verg. georg.* III 376 32 minerbalia ideoque illae *P* 36 hae Musae hi Manes quem ad modum *om. P, addidi ex Pompeio p.* 225

p. 1846. 47 P.

hi agiles, hae Idus quem ad modum hae manus. quamquam dixerunt, ut, quem ad modum regulis carent, ita varie declinarentur. nam invenimus apud auctores et ancilium et anciliorum, et Vulcanalium et Vulcanaliorum. item nomina Graeca a supra dictis regulis segregantur, ut emblema poema; et hoc iuste. nam si Graeca sunt, vel ablativo carent; illae autem regulae ab ablativo originem sumunt, quas non possunt suscipere nomina ablativo carentia. sed haec maiores nostri aut tertia declinatione declinabant, si fuissent generis neutri, ut poema poematis; aut prima declinatione declinabant, si fuissent generis feminini, ut haec poema huius poemae. quamquam invenimus aliquos casus nec ab illis nec ab istis regulis declinatos, id est genetivum pluralem et dativum et ablativum plurales: legimus enim apud Ciceronem horum poematorum his poematis et ab his poematis; similiter et emblematorum et emblematis, peripetasmatorum peripetasmatis.

Analogia dicitur ratio declinationis nominum inter se omni parte similium; Latine proportio vocatur. nomina autem similia sunt omni parte, si octo rebus sint similia, id est sex illis quae accidunt nomini, qualitate conparatione genere numero figura || casu, deinde exitu syllabarum, deinde consonantium ratione paenultimarum. atque si una res de istis octo similibus desierit, dicimus [enim] nomen nulla ratione similiter declinari. cuius rei exemplum sit lepus et lupus. nam licet septem partibus consentiant, tamen, quia genere dissentiunt (lupus enim transit in aliud genus, ut lupus lupa, lepus lepa non facit) *.

DE PRONOMINE.

Probus autem pronomen in quattuor partes dividendum putavit, id est pronomen finitum infinitum minus quam finitum et possessivum; quod non videtur habere rationem. unde Donatus melius, qui in duas partes in primo divisit. nam si ea sunt finita pronomina, quae recipiunt personas, alia omnia, quae non recipiunt personas, infinita dicenda sunt. unde apparet quod infinita et minus quam finita sunt et possessiva: in illis enim non accidit certa persona. cuias et nostras vel cuiates et nostrates (nam utrumque dicimus secundum Plauti auctoritatem) gentem

3 anciliorum *dixisse Horatium carm.* III 5, 10, anciliorum et nominis et togae, Vulcanaliorum *Sallustium*, Curio ibidem moratus religione Vulcanaliorum, *adnotavit Pompeius p.* 163. 227 13 poematis *ex rhetor. ad Herenn.* IIII 4, 7, emblematis *ex Cic. in Verr. act. sec.* IIII 17, 37 *attulit Priscianus p.* 774, peripetasmatis *ex Cic. in Verr. act. sec.* IIII 12, 28 *Priscianus l. c. Pompeius p.* 229 *Cledonius p.* 1904 20 *fortasse* desierit, iam non stat analogia. dicimus enim 21 nam licet semper partibus consentiant *P:* nam septem partibus consentiunt, tamen quasi genere dissentiunt ς. *lacunam post* facit *indicavi, qua et finis commentarii de nomine et initium sequentis de pronomine haustum esse videtur* 25 Probus] *instit. art. p.* 346 *ed. Vind.* 31 cuias et nostras uel cuiates et nostrates ς cuiam et nostram uel cuiates et nostrates *P* 32 secundum Plauti auctoritatem] *cf. Priscian. p.* 959. 1047, *Ritschel. mus. Rhen. noviss.* I (*a.* 1842) *p.* 319

significant, id est 'cuius gentis', [optimas] 'nostrae gentis'. plerique accentum in ultima syllaba ponunt, quando dicimus cuias; sed prave. nam nulla pars orationis est Latina absque praedictis, quae potest in ultima accentum tenere. sunt aliqua pronomina quae casibus crescunt: nominativo, ut quis vel qui, genetivo singulari, ut mei vel mis, tui vel tis, ablativo singulari, ut a quo vel a qui; plurali dativo et ablativo, ut a quis vel a quibus. qua ratione fiant, superius diximus. sunt e contrario quae casibus decrescunt: nam aliquando vocativus non invenitur, ut in pronomine ego; aliquando nominativus et vocativus, ut in pronomine sui sibi se a se; aliquando tantum accusativus, ut eccum eccam ellum ellam; aliquando tantum genetivus, ut cuia et cuium. quod autem dicimus sui aliud esse pronomen, verum est: non enim de possessivo nascitur, cuius nomi||nativus est suus. nam si inde nasceretur, dativum in o mitteret, suo, non in i, sibi. praeterea est alia differentia, quod hoc pronomen, sui vel sibi, utriusque numeri est; illud vero possessivum, suus, et singularem habet numerum et pluralem. quaesitum est apud Graecos, an o vocativi casus esset articulus, et probatur non esse. omnes enim articuli, cum de numero singulari ad pluralem transeunt, varie proferuntur, ut hic et hi, huius et horum et reliqui. quando autem dicimus o docte et o docti, in utroque numero eundem articulum ponimus. qua re non articulus videtur, quia non mutatur in numero plurali, sed potius adverbium vocantis, ut, quem ad modum dicimus 'heus vos docti', sic dicamus 'o tu docte' et 'o vos docti'. inter articulos et pronomen hoc interest, quod pronomina tunc sunt, cum sine nominibus sunt et absentium nomina videntur explere personas, ut hic haec hoc. quando autem dico hic Aeneas huius Aeneae, iam non possunt pronomina dici, cum non fungantur eorum nominum, quae praesentia sunt, officio: ipsa enim nomina per se significationem inplent. neuter uter alius et reliqua constat esse nomina, quoniam Probus viginti et unum dicit esse pronomina, in quibus ista non conputantur. ea pronomina, quae utraque parte nominativum habent, secundum formam nominum declinantur. nam utraque parte sic declinamus quisquis, quem ad modum praetor urbanus; sic autem priore parte non declinamus aliquis, quem ad modum nec iuris peritus; sic posteriore parte non declinamus quispiam, quem ad modum nec tribunus militum.

1 optimus *P* optime ς. optimas, *quod una cum* nostras *positum est apud Charisium p.* 20, *propter similitudinem pronominum in* as *finitorum postea adscriptum esse videtur* 2 cuiam *Pς: cf. Pompei. p.* 246 3 absque praedictis] *Donat. p.* 1741 4 tenere id est pone et alias ς 7 *fortasse* quae qua ratione fiant superius] *p.* 1786 9 ut *om. P* 17 et probatus non esse *P* et prouocatus non esset ς tamen falsum hoc probatur *Pompeius p.* 255 20 quare] quae res *P* 24 sunt *priore loco om.* ς*:* pronomina dicuntur tunc cum sine nominibus sunt *Putschius* 29 Probus] *instit. art. p.* 346 *ed. Vind.: cf. Pompei. p.* 261 31 nam utraque parte sic declinamus quisquis Quisquis quemadmodum praetor urbanus utraque parte sic autem *P*

DE VERBO.

Odi novi memini quaeritur cuius sint temporis. constat esse perfecti. nam et perfectum in i semper exit, ut legi scripsi, et praesens tempus numquam in i, sed semper in o exit. illa enim verba significationem habent praesentis temporis, regulas autem praeteriti. sum defectivum verbum est in coniugatione. || nam quando dicimus es, non potest esse secunda coniugatio, quia et e correptam habet et in prima persona e ante o non habet. pudet et taedet quasi defectiva posuit; in superiore autem parte inpersonalia non contrarie sunt posita. nam hoc ipsum verbum inpersonale defectivum est. sublatis enim de primo verbo duabus personis, prima et secunda, tertia utique superest; quae si non sibi adiungat pronomen, defectivum dicitur esse verbum, si autem adiungat, inpersonale. gaudeo et audeo a plerisque neutropassiva, ab aliis anomala, ab aliis supina verba dicuntur, quae in tempore perfecto et plusquamperfecto passivam habent declinationem, in reliquis activam. sunt alia inaequalia, quae *et* suam habent declinationem et contrariam, ut est placeo: nam et placui facit et placitus sum. sunt item alia inaequalia, quae ideo sunt inaequalia, quia primam syllabam non reservant, ut nolo volo: faciunt enim nolo non vis non vult, non nolo nolis nolit: item volo volis volit non dicimus, sed volo vis vult. sunt alia penitus anomala, de quibus nihil possumus dicere, nisi quod lectione detinentur, id est eas usurpare personas, quae tantum auctoritate firmantur, ut sunt haec, faxo faxis, infit, inquam et reliqua. prima persona indicativo modo semper corripitur, ut lego, absque monosyllabis, ut do sto flo, quae quidem ipsa, si fiant polysyllaba, ut reddo reflo praesto, corripiuntur. verba quorum declinatio in nostra potestate est sunt haec, tondeo lavo fabrico punio et reliqua. verum tamen debemus secundum naturam actuum vel activum vel passivum praesumere in declinatione, ut 'ego lavor', 'balneum lavat'; quando ego capillos depono, ut dicam tondeor, quando alteri capillos detraho, ut tondeo. prima persona non debet ita proferri, lego ego, quoniam lego iam habet in se significationem pronominis; nisi tamen sic tunc possumus dicere, lego ego, quando nos magis volumus ostendere lecturos quam alios, ut sit 'quasi ego magis lego quam ceteri'. 'maledico tibi' dicimus, || non te, quoniam 'tibi dico', non 'te dico' dicimus. prima persona ante ultimam o septem litteras non habet, h o f k q y z; ceteras vero habet, e, ut sedeo, i, ut audio, u, ut annuo, b, ut libo, et *reliqua*, sicut in arte scripta

2 odi noui coepi memini ς 8 pudet *et* taedet *in superiore parte, hoc est in minore arte, inpersonalia posita esse dicere videtur Servius, cum unum* legitur *exemplum inpersonalis modi vel verbi scriptum sit* 359, 9 *et* 361, 6. *nisi hoc potius voluit, inpersonalia in minore arte posita non esse contraria huic definitioni, quae in maiore arte proposita sit* 15 quae suam *P* 16 et contraria sunt ut placeo ς 25 corripiuntur *om. P, add.* ς 26 labo *P* 28 labor *P* labat *P* 29 ut dicam tondeor ς ut dicam tondeo *P* 35 cetera *P* 36 reliqua *om. P*

sunt. k ideo non potest praeponi o litterae, quia numquam anteponitur nisi a sequente. o y z ideo non possunt praeponi, quia * unum tamen verbum, quod o ante o habet, ut reboo, 'reboant silvaeque et magnus O'. ideo contra regulam venit, quia Graecum est. cetera in arte conscripta sunt.

DE ADVERBIO.

Adverbium dictum est, quia necesse habet semper verbum sequi. verbo tamen non necesse est egere semper adverbio. nam possum dicere sic, legit. nunc enim et plena est elocutio, et adverbium tamen non invenitur. nam cum dico cras hodie, non erit integra elocutio, nisi addam verbum, ut puta dico vel facio. adverbium plerumque confirmat verbum, plerumque destruit: confirmat, ut 'iam faciam'; destruit, ut 'non faciam'. adverbia aut a se oriuntur aut ab aliis partibus orationis veniunt, sicut in artibus positum est: nam ibi sunt exempla varia posita. horno autem nihil est aliud nisi hoc anno. unde derivatio duplex invenitur. nam Cicero dicit hornotinas fruges; Horatius dicit hornas fruges. item meatim nihil est aliud nisi meo more, tuatim tuo more. quod dicit de participio adverbium posse deduci, verum non est. etenim illud exemplum quod protulit, id est indulgens, non tantum participium est: nam recipit comparationem; facit enim indulgentior indulgentissimus. ergo quando dicimus indulgenter, non videmur a participio transisse ad adverbium, sed a nomine. omnia adverbia e terminata in positivo semper producuntur, ut docte, exceptis tribus regulis eorum adverbiorum, quae aut non comparantur, ut rite (nemo enim dicit ritius ritissime), vel quae anomale conparantur, ut bene (nemo enim dicit benius benissime), vel quae a se oriuntur, ut inpune [inpunius]. hoc scilicet in positivo; ceterum superlativus gradus semper || producitur, ut doctissime.

Facile et difficile [non] quaeritur, utrum adverbia sint an nomina. constat autem esse nomina tantum, quia semper correpta sunt: si enim adverbia essent, ut supra diximus, producerentur: deinde, quia neutri generis formam sequuntur. sicuti enim dicimus facilis facile, *sic* et difficilis difficile. deinde si adverbia essent, in ter exirent: dativus enim nominis i terminatus adverbium in ter syllabam mittit, ut huic forti fortiter; sic huic facili faciliter, huic difficili difficiliter diceremus. ergo constat esse nomina. sic autem posita sunt pro adverbiis, quem ad modum fere

2 non possunt praeponi ɵquia non possunt proponi ɵ unum *P*, *ut verba* quia — proponi, *quae om.* ς, *videantur expuncta esse* 3 reboant] *Verg. georg.* III 223 15 Cicero] *in Verr. act. sec.* III 18, 45 hoc quantum est ex Sicilia frumenti hornotini exaraverunt: *cf. Pompeius p.* 329 16 hornotinas *editio Ascensiana* hornatinas *P*ς Horatius] *carm.* III 23, 3 si ture placaris et horna fruge lares, *quo exemplo usus est Pompeius l. c.* hornas] hornatas *P*ς 24 anomale] male *P*ς 25 benius benissime *Pompeius p.* 334 benus benissime *P* bonius bonissime ς 26 impune corripitur: nemo enim dicit impunus *Pompeius p.* 235 31 dicimus et facilis facile sic difficilis difficile ς dicimus et facilis facile difficilis difficile *P*

invenimus apud poetas nomina pro adverbiis constituta, ut 'torvum clamat' pro eo quod est torve, 'horrendum resonat' pro eo quod est horrende. qua figura oratores omnino uti non debent. genus enim est soloecismi, sicut ipse Donatus paulo post de soloecismi ratione monstravit. scire autem debemus quod dativus singularis o terminatus adverbium in e mittit, ut huic docto docte, i terminatus in ter, ut huic agili, agiliter; quas quidem regulas saepe corrumpit auctoritas. nam invenimus plerumque id esse adverbium, qui dativus est casus, ut falso. haec autem ambiguitas elocutione discernitur. quando enim dico 'falso homini dedi', erit nomen; quando dico 'falso loqueris', erit adverbium. item plerumque in contrarium cedunt. nam Terentius ait duriter, cum dure dicere debuerit, et Virgilius lugubre, cum lugubriter recte dicamus. ea adverbia conparanda sunt, quae ducunt originem a nomine recipiente conparationem, ut est doctus. ideo enim dicimus docte doctius doctissime, quoniam dicere possumus doctus doctior doctissimus. ab eo quod est Tullius cum fit adverbium, non recipit conparationem, quia nec nomen recipit. sunt alia adverbia, quae per se non conparantur, egent autem conparatione, ut est mane: nemo enim dicit manius, nemo manissime. verum tamen hanc, quam per inflexionem non habemus, possumus facere per adiectionem illarum particularum, ut magis et maxime, || ut puta sit positivus mane, conparativus magis mane, superlativus maxime mane. 201

Omnis pars orationis cum desierit esse quod est, nihil aliud est nisi adverbium. idcirco si nomen desierit esse nomen, non facit pronomen aut participium, sed solum adverbium, ut est sedulo. nam si dicas 'sedulo homini dedi', nomen est; si dicas 'sedulo feci', adverbium est. item pronomen aliquando et adverbium est. cum enim dico 'qui est', erit pronomen; cum dico 'qui scis', erit adverbium. item verbum plerumque et adverbium est. quando enim dico pone prima syllaba accentum habente, erit verbum; quando ultimae syllabae do accentum, erit adverbium. item et participium aliquando adverbium est. cum enim dico 'me ad villam profecto contingit', participium est profecto; cum dico 'profecto male loqueris', adverbium est profecto. item ante praepositio non numquam et adverbium est. praepositio in hac elocutione erit, 'ante templum'; casum enim habet iunctum: si autem dicas 'ante feci', erit adverbium, quoniam sequitur verbum. ut coniunctio est, sed plerumque et pro ad-

1 torvum] *Verg. Aen.* VII 399 7 saepe] semper *P*ς 10 item] ita *P* 11 cedunt ς incedunt *P* Terentius] *Adelph.* I 1, 20 ruri agere vitam, semper parce ac duriter se habere *Charis. p.* 178 12 Virgilius] *Aen.* X 273 sanguinei lugubre rubent cum lugubris exte dicamus *P* cum lugubris extensa dicamus ς 13 recipientis *P* recipienti ς 17 quae semper per se comparantur. sunt autem quae non egent comparatione ς 26 quid est ς 27 qui scis *Pompeius p.* 348 qui scit *P* 29 erit aduerbium hoc est discretionibus causa: nam ultimo loco uerbi acutus accentus nunquam ponitur. item participium ς 31 contigit ς profecto mallo quaeris *P* profecto quaeritis ς 35 Vt coniunctio *Putschius.* Et coniunctio *P*ς

verbio ponitur, ut cum dicimus ‘ut te, fortissime Teucrum, Accipio’. heus si dolorem significat, interiectio est, ut

heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus;

si autem verbum sequatur, adverbium est,

heus, inquit, iuvenes monstrate mearum.

erit enim nomen, quo modo nominibus interdum pro adverbiis utimur, ut ante dictum est. illud fideliter tenere debemus, numquam separatim praepositionem adverbiis posse coniungi, veluti de mane, de noctu. quod autem invenimus indocte et infrequenter, sunt quidem praepositiones, sed non separatim, sicut sunt etiam illae particulae, quas ipse ponit artigrafus, desursum deorsum deinceps. ita enim constant duae partes orationis, ut uno ambae nitantur accentu. nec duae praepositiones interveniente adverbio sociandae sunt. praepositio etiam de non potest adiungi nomini interveniente adverbio, || ut ‘de trans Tiberim venio’, quem ad modum ‘illinc venio’.

DE PARTICIPIO.

Participium est quasi particapium: habet enim a nomine genera et casus, a verbo tempora et significationes, ab utroque numerum et figuram et cetera, quae in superioribus dicta sunt. in posterioribus illud adicit, inchoativa verba non habere nisi praesentis temporis participium, futuro autem carere. ideo autem [in] futuro carent, quoniam regulam futura participia a praeterito ducunt participio, praeteritum autem participium a tempore perfecto originem sumit; et ideo, cum inchoativa verba tempus perfectum non habeant, non possunt habere id quod additur iam tempori perfecto. praeterea dicit participia ab inpersonalibus verbis nisi usurpata non venire; quae res penes Latinitatem non erit [et similia]. et hoc similiter ab arte descendit. etenim participia a prima positione verbi originem trahunt. cum igitur inpersonalia primam personam non habeant, participia non iure ex se faciunt, sed tamen, ut dixi, usurpare nobis licet. invenimus enim apud varios auctores, quod puto ideo fieri, non quod de inpersonalibus usurpentur participia, sed quod ipsa inpersonalia fiunt verba plenissima. nam hoc, quod dicimus pudet taedet tantum dici, invenimus in auctoribus et pudeo et taedeo; unde fiunt pudens et taedens: participium non ab inpersonali videbitur, sed a verbo integro. odi verbum participium habet osus, quod licet in usu non sit, tamen conponatur, et

1 ponitur cum dicimus ut ut *P*: *Verg. Aen.* VIII 154 3 heus etiam] *Verg. Aen.* VII 116 5 heus inquid *P*: *Verg. Aen.* I 321 6 erit nomen quom nominibus pro aduerbiis utimur ς. *ceterum nisi quaedam ante* erit *exciderunt, haec ad ea quae proxime secuntur pertinere videntur, ut* erit — dictum est *post* 8 de noctu *transponenda sint*: *cf. Serv. in Verg. georg.* I 287 utamur *P* 11 deorsum e deinceps *P* constant duas partes *P* constat duas partes ς constant duabus partibus *Putschius* 23 sumit ς sumunt *P* 24 possumus *P* tempore *P* 26 penes Latinum *P* et similiter ab arte discedit ς 31 fiant *P*ς 33 fiunt ς fiant *P* 35 conponatur ut in *P* conponitur et in ς

p. 1853. 54 P.

in usu erit, exosus perosus. ab eo quod est memini artis nullum participium reperitur: si ad usum, verum est; si ad auctoritatem, falsum. nam invenimus in Plauto meminens. tunicatus galeatus dicit participia non esse, sed nomina, eo quod a verbis non trahuntur. sed si diligenter adtendas, advertens a similibus participia conprobabis. nam licet non faciat tunico galeo, tamen, quoniam tempus habent, sine dubio participia sunt. etenim 'armatus incedit' et 'vestitus incedit' cum || dico, hoc significo, 'iam armatus, iam vestitus est'. sic etiam dicimus 'tunicatus incedit', 'galeatus incedit', id est [et] 'iam tunicam habet', 'iam galeam habet'. quae res tempus ostendit; et si tempus est, participium est. pransus cenatus et reliqua constat esse participia, licet a verbo non veniant. concessum est enim regulariter, ut a neutralibus verbis liceat nobis usurpare praeterita participia. sed quoniam in his ars deficit, debemus vel auctoritate firmare neque ad istorum similitudinem alia fingere, sed illis tantum uti, quae lecta sunt.

Nomina similia participiis praeteriti temporis quartae sunt declinationis, ipsa autem participia secundae, ut hic visus huius visus nomen est, hic visus huius visi participium est. furibundus et moribundus *quaesitum est* quid essent; et nomina esse manifestum est, quod subtracta dus syllaba et addita *s* littera non redeunt in participia praesentis temporis, quod regulariter dictum est nova ratione. participia, quae constat esse participia, nec positivum gradum possunt recipere, quoniam participia nullam recipiunt conparationem. tamen conparativum gradum plerumque suscipiunt, acceptior et incensior, quae res sola sensus ratione secernitur. adverbium de participiis nasci Donatus adserit, plurimi negant. sed constat apud maiores quidem lecta, in usu tamen esse non possunt, ut dictum est in adverbio.

DE CONIVNCTIONE.

In coniunctione nihil penitus novi posuit, sed ita hic sicut in superiore parte tractavit. illud plane adiecit, quod licet nobis coniunctiones pro aliis coniunctionibus ponere; quod non mirum est, cum liceat et alias partes orationis pro aliis ponere, ut nomen pro verbo, pronomen pro adverbio, et multa alia, tamen significatione mutata.

DE PRAEPOSITIONE.

Praepositio est pars orationis dicta, quod in loquendo praeponitur. et haec est eius natura, puta 'ante templum': nemo enim di||cit 'tem-

3 meminens *apud Laevium legi*, osa sum *et* osorem *apud Plautum dicit Prisciauus p.* 922. *haec neglegenter a Servio descripta esse coniecerunt Osannus anal. crit. p.* 53 *et Weichertus poet. Lat. rel. p.* 44. *quamquam Servius non Priscianum exscripsit, sed eundem uterque auctorem secutus esse putandus est* 4 attendas aduertens ς adtendas aduertans *P* 11 constant non esse participia si a uerbo non ueniunt ς ueniunt *P* 18 quaesitum est *om. P* 20 addita littera. N. redeunt *P: cf. Pompeius p.* 361 24 acceptior et incentior *P* acceptior et ingentior ς

plum ante'. sed tamen est una praepositio quae pro arbitrio nostro ponitur, ut tenus: dicimus enim et 'pube tenus' et 'tenus pube'. item cum plerumque sic postposita invenitur, ut praeponi omnino non possit; quod utique contra artem videmus, ut cum dicimus mecum tecum nobiscum vobiscum. praepositio autem aut cohaeret * aut utrumque efficit, con di dis. ita enim loquimur, 'conduco tibi', 'distraho tibi', non aut 'con tibi duco' aut 'dis tibi traho'. separantur apud et penes. etenim cum dicimus 'apud amicum', duae partes orationis sunt; 'penes arbitros' similiter duae. aliae vero et cohaerere et secerni possunt, ut prae. nam cum dico praetulit, utique cohaerens invenitur; cum autem 'prae metu', segregata est. in accusativis praepositionibus, quae triginta tantum sunt, illae duae possunt in quaestionem vocari, apud et ad, eo quod *apud* semper in loco est, ut 'apud amicum sum'; ad vero secundum artem semper ad locum, ut 'ad amicum vado'. quamquam et secundum auctoritatem invenitur in loco, ut 'ad Marcum Laecam te habitare'. usque non videtur plurimis praepositio, quoniam sic alia praepositio non potest poni. etenim dicimus 'usque ad forum vado', ut Vergilius 'ad usque columnas exulat'. nam si habet alteram praepositionem, ipsa praepositio esse non potest: numquam enim praepositio alteri praepositioni cohaeret. idcirco debemus dicere usque adverbium esse, quod iterum ratio refutat: etenim adverbio praepositio separatim numquam cohaeret. si autem volueris, ut coniunctim cohaereat, non iam adverbium erit, sed potius recipit naturam suam: nam et praepositionem praepositioni sic cohaerentem, ut pro una parte orationis habeantur, invenimus saepius apud Catonem, ut circumcirca, id est circa. in ablativis praepositionibus e et ex hanc habent observationem, ut, si vocalis sequatur, ex praeponamus, ut 'ex amico audivi'; si autem consonans, e praeponatur, ut 'e foro venio'. illud vehementissime observare debemus, ut con et in, quotienscumque post se habent s vel f litteram, videamus quem ad modum pronuntientur. plerumque enim non observantes *in* barbarismos incurrimus. nam cum ipsarum natura brevis sit, tamen, si sequantur supra dictae litterae, plerumque in || longitudinem transit, ut cum dicimus confit confessio, item consilium consuluit. his enim locis pronuntiandae sunt ut longae; similiter insula infula. quod magis aurium iudicio quam artis ratione colligimus. praepositiones aut ipsa verba corrumpunt, ut conficio; nam erat integrum facio: aut ipsae corrumpuntur ab integris verbis, ut affero; nam

4 utique ς utrique *P* 5 aut utrumque efficit *quo pertineat non satis constat. sed illud adparet grammaticum exposuisse, quod praepositio vel cohaeret vel separatur vel et cohaeret et separatur. quare lacunam indicavi* 6 aut con tibi duco aut con tibi distraho *P* 7 separantur ς separatur *P* 10 prae metum *P* 12 apud *altero loco om. P* 15 ad marcum lecham te habitare *P* ad M. Leucam te habitare dixit ς: *Cic. in Catil.* I 8, 19 17 Vergilius] *Aen.* XI 262 19 choeret *P* 21 etenim] et *P* choeret *P* 22 ut coniunctim cohaereat ς et coniunctim cohaeret *P* 23 choaerentem *P* 24 orationis] praepositionis *P* habeatur: inuenimus enim saepe ς 27 e proponatur *P* 30 in *om. P* 32 confit] quo fit *P*

p. 1856 P. f. 180* cod. Par.

erat integrum fero: aut utrumque, et corrumpunt et corrumpuntur, ut afficio. nam affero, quod scribebatur per a et per d, incipit scribi per a et f; et item quod erat facio, fit ficio.

Praepositio et quando praeponitur et quando postponitur, si casum suum retineat, praepositio est, ut 'per transtra', 'transtra per'; si autem casum mutaverit, fit adverbium, ut 'longo post tempore venit'. ambiguae praepositiones quattuor fuerunt, in sub super et subter, quibus maiores indifferenter utebantur; sed hodie iam duae sunt, in et sub: nam super et subter accusativae habentur. in autem et sub qua ratione serventur, in superiore arte tractatum est. plerumque eadem est praepositio, quod est et adverbium, ut ante et propter. sed quid magis dicendum sit, hac ratione colligimus. etenim si pars orationis sequatur, quae casibus servit, praepositiones erunt, ut 'ante templum', 'propter aquam': templum enim et aquam casuales partes orationis sunt. quando autem dicimus 'ante fecit', 'post dixit', adverbia sunt: sequuntur enim verba, et novimus utique adverbia semper verbis egere.

DE INTERIECTIONE.

Interiectio nihil habet nisi solum mentis affectum, quae tunc vere interiectio dicitur, quando voce incondita profertur, ut o heu et similia. cum autem plenas *voces* adhibemus ad exprimendos animi affectus, non tam interiectiones dicuntur, quam pro interiectionibus, ut 'pro Iuppiter ibit hic ait'. et haec pars non potest proprium nomen unius cuiusque significationis tenere, eo quod variae interiectiones sunt: nam o dolentis legitur, ut

o mihi praeteritos referat si Iuppiter annos,

et irascentis, ut 'o callidos homines' et similia.

DE BARBARISMO.

Decurso octo partium tractatu incipit iam transire ad illud, quod docet nos, vel quem ad modum possumus vitare vitia vel habere virtutes. vitia autem sunt, ut ipse dicit, tantum quattuordecim. reliquae vero virtutes vocantur, quae dividuntur in metaplasmos, in schemata, in tropos. metaplasmus est res solius necessitatis, schema res solius ornatus, tropus res quae duo amplectitur superiora * et vitiorum omnium, in qui-

1 utrumque et corrumpunt ς utrumque ut corrumpunt *P*. *excidisse autem videtur definitio quartae rationis, qua utraque pars incorrupta manet* 5 transtra per] *Verg. Aen.* V 663 6 longo] *Verg. bucol.* 1, 30 uenits *P* 7 ambiguae praepositiones] *Serv. in Verg. Aen.* I 295 fuerunt ς fuerant *P* 11 ut ante ς quod ante *P* 13 seruit ς seruet *P* 21 plenas adhibemus *P* plenos adhibemus ς 22 pro Iuppiter] *Verg. Aen.* IIII 590 26 o mihi] *Verg. Aen.* VIII 560 31 cum barbarismo et soloecismo vitia duodecim numerantur *Donatus p.* 1770: *cf. f.* 183 32 superiorem *P in fine versus. praeterea quaedam omissa esse videntur de generibus vel nominibus virtutum et vitiorum a Donato positis. quare lacunam indicavi.*

f. 180*—81* cod. Par.

bus est barbarismus. quod vitium ita definiunt, barbarismus est vitium factum in una parte orationis vel in uno sermone contra regulam artis grammaticae. Plinius autem dicit barbarismum esse sermonem unum, in quo || vis sua est contra naturam. barbarismus autem dicitur eo, quod barbari prave locuntur, ut siqui dicat Rumam pro Roma. sed tunc barbarismus dicitur, cum in uno Romanae linguae sermone peccamus. ceterum si peregrina sint verba (habemus enim multa et a Gallis et ab Africis et ab aliis gentibus), tunc barbarolexis vocatur. praeterea si in prosa oratione fiat, tunc barbarismus dicitur; si autem in poemate, metaplasmus vocatur. quando enim dicit Virgilius relliquias, quoniam in metro est, dicimus esse metaplasmum; si soluta esset oratio, barbarismum vocaremus. fit autem barbarismus principaliter modis duobus, pronuntiatione et scripto: *pronuntiatione*, si aut naturaliter longas syllabas breviter proferamus, ut Romam, aut si naturaliter breves producamus, ut rosam. scripto vero quem ad modum fit? modis quattuor, id est per adiectionem detractionem inmutationem transmutationem; et fit quinque rebus, littera syllaba accentu tempore adspiratione. haec omnia aut adiciuntur aut detrahuntur. adicitur littera, ut 'relliquias Danaum', syllaba, ut induperator pro eo quod est imperator: tempore, ut 'Italiam fato profugus', cum Italiam priore correpta syllaba dicere debeamus: accentu, ut hic; aliter enim pronomen, aliter adverbium pronuntiandum est: adspiratione, horcus pro orcus; sic enim dicebant antiqui. similiter per detractionem. aut littera detrahitur, ut Achiles pro Achilles, aut syllaba, ut vixe pro eo quod est vixisse: aut tempore, ut

steteruntque comae et vox faucibus haesit

pro stetērunt; media enim syllaba naturaliter produci debuit: accentus, quando dicimus déinde; mediam enim habere debuit *acutam*, quia positione longa est: adspiratione, ut arena *pro harena*; hoc enim verum est; dicta est enim ab eo, quod harida sit terra. inmutatio vero et transmutatio simili ratione monstratur. quorum exempla ibi in arte sunt posita. per adspirationem quando facimus barbarismum, dubitatum est, || an pronuntiationi inputaretur, an scripto, quoniam haec aliquando anhelitus et cum linguae est,

3 plenius *P* 5 romam pro roma *P:* siquis velit dicere Ruoma *Pompeius p.* 42?. Seregius dixit 'barbarismus in una parte orationis fit, ut siquis dicat Ruma pro Roma. soloecismus in contextu partium orationis fit, ut multi mihi (haec *cod.*) homines iniuriam fecit'. item Seregius dicit 'quaeritur igitur, si in uno verbo fiat soloecismus, ut siquis interrogatus 'quo vadis'? et ille dicat Romae, soloecismus est. nam Romae quamquam male positum sit, tamen Latinum est. non est ergo barbarismus. nam ita definivit Plinius (plenius *cod.*), quod non dicitur barbarismus quod legitur integre'. *excerpta codicis Leidensis Voss.* 33. 4 8 prosa] ipsa *P* 10 Virgilius] *Aen.* I 30 13 pronuntiatione *om. P* 19 Italiam] *Verg. Aen.* I 2 21 horcus pro orsus *P: fortasse* Orchus pro Orcus: *cf. Prob. cathol. p.* 1449. 1455 *Serv. in Verg. georg.* III 223, *Aen.* VI 3 23 aut litterae traditur ut *P* 25 steterunque *P: Verg. Aen.* II 774 26 pro steterunt *omissa nota productionis, item* 27 deinde *P* 27 acutam *om. P* quia] quae *P* 28 pro harena *om. P* 32 scriptu quoniam haec aliquando | anhelitus et cum linguae est. scribendo esse dicitur cum | anhelitu in pronuntiando *P: fortasse* quoniam haec aliquando anhelitu fit in pronuntiando,

p. 181*. 82 cod. Par.

scribendo esse dicitur cum anhelitu in pronuntiando. inter *in*mutationem et transmutationem hoc interest, quod inmutatio dicitur, ubi altera littera pro littera ponitur, ut olli pro illi; transmutatio autem est, ubi solus ordo mutatur ipsis manentibus litteris, ut Euandre pro Euander. conversio enim facta est litterarum.

His ita se habentibus dicit esse quaedam vitia, quibus quidem nomen non tribuit, tamen vitanda praecepit. sunt autem iotacismi labdacismi myotacismi hiatus et collisiones. iotacismi sunt, quotiens post ti vel di syllabam sequitur vocalis, et plerumque supra dictae syllabae in sibilum transeunt, tunc scilicet, quando medium locum tenent, ut meridies. quando autem primum locum tenent, etiam sic positae, sicut dicuntur, ita etiam sonandae sunt, ut dies tiaras. labdacismi fiunt, si aut unum *l* tenuius dicis [solocismum], ut Lucius, aut geminum pinguius, ut Metellus. myotacismus fit, quotiens post partem orationis in m littera desinentem sequitur alia pars orationis quae inchoat a vocali, ut 'hominem amicum'. hoc vitium vitare possumus aut per suspensionem pronuntiandi aut exclusione ipsius m litterae. sed melius est ut suspensione pronuntiandi hoc vitium relinquamus. si enim voluerimus m litteram excludere, vitamus quidem myotacismum, sed cadimus in hiatum. hiatus autem est, quando vocalis vocalem sequitur in duabus partibus orationis, ut 'Musa amavit'. quod foedius est, si ea*edem* vocales se sequantur; ceterum si aliae, levius videtur, ut 'Musa optimum'. collisiones sunt, quotiens ab iisdem syllabis inchoamus sequentes partes orationis, quibus terminantur priores, ut 'mater trahis'. ut diximus, vitiis nomen inponere nullatenus potuerunt; definitionem tamen intuentes possumus ita defendere. || nam si barbarismus est vitium factum in una parte orationis, tantum non erit barbarismis adplicandus iotacismus et labdacismus, qui in singulis fiunt partibus orationis; ceterum myotacismus hiatus et collisiones, quoniam non numquam in una parte orationis possunt effici. de qua re se a nomine abstinuit. praeterea [hiatum] sunt barbarismi qui ad grammaticos pertinent; illi vero, qui in syllabis fiunt, neque ad grammaticos pertinent neque barbarismi dici possunt. frequenter enim in duabus partibus orationis fiunt, quod contra definitionem est barbarismi, ut 'leges nostras', 'ergo revoco' et similia. hae dicuntur malae compositiones.

DE SOLOECISMO.

Soloecismus dictus est vel ex Graeca etymologia, quasi *σῳόν λόγου*

et cum vitium linguae sit, scribendo esse dicitur; *nisi potius post* dicitur cum *exempla barbarismi per adspirationem, quae in scripto invenitur* (*Charis. p.* 238), *exciderunt* 1 intermutationem *P* 8 post i *P* 11 posita *P* 12 unum tenuius *P* 13 pinguis *P* 21 fidius est se eę uocales *P* 22 uidentur *P* 28 *hoc potius voluisse videtur grammaticus, myotacismum hiatum et collisiones, quoniam numquam in una parte orationis possent effici, non recte dici barbarismos* 33 *exempla a grammatico posita videntur ad vitia structurae pertinere, de quibus dixit Consentius de barb. p.* 17 *ed. Buttm.*

f. 182. 82* cod. Par.

αἰκισμός, id est sani sermonis vitium, aut certe ideo, quod *Σόλοικοι* venientes Athenas et male loquentes nomen ex se vitio dederunt. soloecismi autem definitio est talis, vitium factum in contextu partium orationis, ita ut singuli sermones Latini sint, sed peccet ipsa coniunctio, ut siqui dicat ‘multi mihi homines iniuriam fecit’ pro fecerunt. quaesitum est, an etiam in uno sermone possit fieri soloecismus, veluti cum dicimus uni homini salvete, aut cum virum vocantes dicimus hanc, aut cum interrogati quo eamus dicimus intus. sed cum sciamus et valete et hanc et intus Latinos esse sermones, utique ideo videntur modo soloecismum fecisse, quoniam referuntur ad aliquid. relatio autem alterius rei ad alteram rem unus sermo non est. nam quando dicimus hanc de viro, non ideo vitiosum est hanc, quia naturaliter vitiosum est, sed quia refertur ad virum. item cum dicimus ‘intus eo’, non ideo vitiosa est elocutio, quia intus omnino non dicimus, sed quia ad locum relatum est adverbium, quod in loco est. scalam scopam quadrigam et alia barbarismos esse voluerunt, quoniam singuli sermones vitium tenent, secundum supra scriptam definitionem. ||

DE SOLOECISMORVM GENERIBVS.

Soloecismorum genera centum dicit esse Lucilius. plane constat brevius et melius posuisse Donatum, qui dixit duo esse genera principalia, reliqua specialia. principalia autem genera soloecismorum sunt, cum fiunt aut per partes orationis aut per accidentia partibus orationis. *per partes orationis*, si aut aliae pro aliis ponantur, ut ‘torvumque repente clamat’, id est torve; nomen pro adverbio posuit. quae elocutio sic hodie crebra est, ut figura putetur. nam omnes dicunt ‘pulchrum legit’, ‘delicatum loquitur’, cum utique nomina sint ista posita pro adverbiis, quod in arte grammatica vitium iudicatur. item fit soloecismus per partes orationis, si ipsae per se malo ordine ponantur, ut ‘intus eo’ pro intro. nam cum et intus et intro adverbia sint, tamen malo ordine posita vitium fecerunt. per accidentia vero partium orationis tot modis fiunt soloecismi, quot sunt cuiusque partis accidentia. in nomine fiunt, si proprium pro appellativo ponatur, ut

hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus:

Dardanus ait, cum Dardanius dicere debuerit; usus est principali pro derivativo: per genera fit, ut ‘amarae cortices’, cum omnes fere et frequenter corticem genere masculino dicamus: per numeros, ut ‘pars

1 quod solo ecoe *P* 3 partium] partis *P* 7 dicemus hanc *P* interrogantes *P* 8 dicemus intus *P* 16 superscriptam *P* 19 lucillius *P*: *cf. Pompeius p.* 430 22 per accidentiam *P* per partes orationis *secundo loco om. P* 23 alia pro aliis *P* torvumque] *Verg. Aen.* VII 399 29 aduerbia sunt *P* 33 hauriat] *Verg. Aen.* IIII 661 36 amarae] *Verg. bucol.* 6, 62 amarae corticis 37 pars] *Verg. Aen.* I 212

f. 182*. 83 cod. Par.

in frusta secant' pro 'pars secat' et cetera, quae illic in arte planissime cum exemplis suis tenentur. plane sciendum est quoniam, si in prosa oratione fiat hoc vitium, tunc soloecismus vocatur; in poemate schema dicitur.

Quaesitum est apud Plinium Secundum, quid interesset inter figuras et vitia. nam cum figurae ad ornatum adhibeantur, vitia vitentur, eadem autem inveniantur exempla tam in figuris quam in vitiis, debet aliqua esse discretio. quidquid ergo scientes facimus novitatis cupidi, quod tamen idoneorum auctorum firmatur exemplis, figura dicitur. quidquid autem ignorantes ponimus, vitium putatur. || nam sicut superius diximus, *si* sciens quis dicat 'pars in frusta secant' et causa varietatis hoc dicat, figuram facit; si autem nescius, cum aliud velit dicere, incongrue inter se numeros iunxerit, soloecismum fecisse iudicatur.

Cum barbarismo et soloecismo duodecim vitia putantur, quae in arte sunt scripta. inter quae et cacenphaton posuit, quod dixit fieri aut in uno sermone aut in pluribus. illud non adiecit, fieri cacenphaton etiam in sensu. in quo reprehenditur Salustius dicens * nam res ista si cogitetur, obscena est. et cum dicat Virgilius 'coniugis infusus gremio', et hic cacenphaton est in sensu. pleonasmos in verbis tantum fit, perissologia in sensu tantum, acyrologia in utroque. cetera vero expresse sunt posita.

Inter metaplasmos et schemata et tropos hoc interest, quod metaplasmi tantum necessitate excusantur, schemata ad ornatum adhibentur, tropi ad utrumque: ut cum dicimus tetulit, si in metro non poterat dici tulit, erit metaplasmus, quoniam necessitatis causa dictum est tetulit; si autem tulit poterat in metro dici, schema fecit ille qui dixit tetulit: nam soli servit ornatui [nominativis]. si autem et metri ratio exegit, et cupidus alioqui novitatis hoc dixerit, tropum videtur fecisse. quare diutius lectionem debemus considerare, ut, si metri necessitas aliqua facit novitatem, tunc dicamus esse metaplasmum; si autem scriptor ornatui tantum studuerit, tunc schema vocitemus; si in uno utrumque factum est, ut et subveniretur necessitati et adhiberetur omni modo *ornatus*, tropos efficitur. metaplasmi autem quattuordecim sunt. sed primi septem aliis contrarii sunt. nam nullus est metaplasmus, qui non habeat contrarium: *πρόσθεσις ἐπένθεσις παραγωγή*, qui fiunt per additionem, contrarii sunt illis qui fiunt per detractionem, id est *ἀφαίρεσις συγκοπή ἀποκοπή*; et extra ordinem qui secuntnr omnes statim contrarios habent. schematum vero et troporum exemplaria in arte planissime sunt posita. ||

1 frustra *P* 2 prosa] ipsa *P* 5 apud plenium *P: cf. Pompeius p.* 437 9 quicquid autem *P* 10 diximus sciens quid dicat *P* 11 frustra *P* hoc indicat *P* 13 iunexerit *P* 17 *in lacuna, quam indicavi, excidisse videntur verba Sallustii, quae sunt apud Pompeium p.* 440, profectus quidam Ligus ad requisita naturae. *alia exempla Sallustii in cacenphato posuit Charisius p.* 242 18 Virgilius] *Aen.* VIII 406 23 excussantur *P* 32 necessitatis *P* ornatus *om. P* 35 contrariis sunt *P*

f. 183* cod. Par.

Plane sciendum est quoniam schema in sermone factum ad grammaticos pertinet, in sensu factum ad oratores. nam cum dico 'pars in frusta secant', quoniam in verbis est quaestio, figura grammaticalis est; quando autem dicit Virgilius

quid memorem infandas caedes,

id est cum dicit se non dicturum facta Mezentii et nihilo minus dicit, quoniam in sensu res est, ad oratores pertinet haec figura. praeterea hyperbaton *et* allegoria non in omnibus locis dicitur. nam generales sunt: quisquis enim dixerit hyperbaton, simul quinque tropos ponit; quisquis allegoriam, simul septem. quare debemus non ipsis uti principalibus nominibus, sed potius nominibus subdivisionis, sicut in arte dispositum est. inter parabolen et paradigma hoc interest, quod parabole rerum dissimilium conparatio est, ut cum virum fortem Turnum aequiperamus leoni; paradigma autem est rerum similium conparatio, ut cum puta hominem homini conparamus. de his autem rebus, id est figuris, quaedam praelibamenta posuerunt grammatici. nam *sunt* ipsi auctores, qui specialiter opus inmensum de hac re multorumque librorum fecerunt.

2 frustra *P* 4 Virgilius] *Aen.* VIII 483 8 et *om. P* 12 quod paraboly *P* 15 quaedam perliuamenta *P* 16 sunt *om. P* 17 fecerunt COMMENTARIUM IN ARTE DONATI PRIOREM EXPLICUIT MAGISTER SERUIUS *P*

SERVII HONORATI DE FINALIBVS.

p. 1809 P. p. 491 V.

SERVIVS HONORATVS AQVILINO SALVTEM.

Vltimarum syllabarum naturas, sicut proposueras, breviter lucideque digessi. in qua re mea audacia tuo defenditur imperio. nam hoc opus, dum velut facile ac per se patens multi reliquerunt, difficilius reddiderunt.

Quamquam rationem litterae et syllabae in Donati artibus habeamus, tamen breviandi causa aliqua ex his decerpsimus, quae ad scientiam metrorum proficere credimus.

Igitur primas syllabas omnium partium orationis duobus modis considerabimus, natura et positione. natura tripertita est. nam aut diphthongo syllaba longa esse cognoscitur, ut ae oe au eu ei, aut

B codex olim Bobiensis, nunc Vindobonensis 16
F codex Frisingensis 81
l codex Leidensis bibliothecae publicae 122
e codex Emmeramus G. 121
ς *editiones veteres, ex quibus adhibitae sunt hae,*
editio Mediolanensis Parrhasii a. 1504
editio Tubingensis a. 1537
editio Basileensis a. 1584
ex his codicum B et F integra exhibita est scriptura. codicum interpolatorum l et e discrepantia tum potissimum, cum B et F inter se dissentiunt, adscripta est.

2 Seruius (Seruus *F*) honoratus aquilino (aquilinio *corr.* -ino *F*) salutem *BF* SERUIUS MARIUS HONORATUS AQUILINO SALUTEM *e* Marius Seruius Ad Albinum De naturis ultimarum *Parrhasius* Servii Marii Honorati grammatici de quantitate syllabarum libellus. Seruius Marius Honoratus Aquilino salutem ς. *epistulam ad Aquilinum hoc loco omissam in fine libri habet B* 3 proposueras *el* praepossueras *B* posueras *F* poposceras *Servius Putschii p.* 1799 lucidique degessi *B* lucideque degressi (*corr.* digessi) *F* 4 audacia mea *F* namque hoc opus arduum dum uelut facile ac per se patens multi reliquerunt *e*ς nam multi dum hoc opus uelud facile ac per se patens reliquerunt *B* 6 DE FINALIBUS HONORATI GRAMMATICI *B* INCIPIT DE FINALIBUS LITTERIS HONORATI GRAMMATICI *F, om. le* habemus *B* 9 primas igitur *B* 10 natura autem tripartita *B* diptongus *B* diphthongis ς

exemplo; quaeritur enim, utrum syllaba longa sit an brevis, ut 'Musa mihi causas memora': aut ex || conpositione figurae, ut si nescias qualis sit pius, ex conpositione, quae est impius, qualis sit pi cognoscitur; licet in aliquantis hoc fallat. nam cum dicimus nubere, nu longa est; item cum dicimus innuba aut pronuba, fit brevis nu in conpositione. sed hoc inveniri raro contingit. positio est, cum correptam vocalem aut duae consonantes secuntur, ut arma; aut una quaevis duplex, ut axis vel Mezentius vel maior; aut altera consonans et altera vocalis loco consonantis posita, ut 'at Iuno' et 'at Venus'. verum si quaelibet pars orationis praepositionibus conponatur, ex || his primas syllabas cognoscimus. nam talis manebit fere omnis conposita syllaba, qualis et ipsa praepositio fuerit, ut ineptus. item ex ipsis praepositionibus ad et ob et in et sub diversae in verbis ponuntur. nam corripiuntur, cum crescendo disyllabum reddunt, ut adit obit init subit; indifferenter sunt, cum trisyllabum faciunt, ut adicit obicit inicit subicit; producuntur tantum, cum tetrasyllabum ex se reddunt, ut adicio obicio inicio subicio. item quae per que et per pre in primis syllabis scribuntur producuntur, excepto pretium premo preces et queror, hoc est querellam depono, et quae ex his per derivationem aut declinationem fieri possunt et que coniunctione. item contra breviantur ex isdem praepositionibus in conpositione de et pro, ut dehinc deinde profectus professus profusus profanus profatus proavus pronepos et cetera. sunt item aliquanta verba, quae | primas syllabas temporum ratione permutant, quae subter collecta in omni praeterito perfecto vel in omni praeterito plusquamperfecto vel in uno futuro modi tantum coniunctivi producuntur, in ceteris autem modis et temporibus breviantur, ut sunt haec, lego legi legeram legero, faveo favi faveram favero, venio veni veneram venero, fugio fugi fugeram fugero, facio feci feceram fecero, sedeo sedi sederam sedero, fodio fodi foderam fodero, video vidi videram videro, voveo vovi voveram vovero, foveo fovi foveram fovero, iuvo iuvi iuveram iuvero, ago egi egeram egero, emo emi emeram emero,

1 Musa] *Verg. Aen.* I 8 2 memora quo numine laeso *el* 3 quae *l Beda p.* 2356 quod *BFe* 5 fit breuis nu *B Beda* brevis est nu *Fel* 8 mezentius aut i littera sola inter duas vocales posita ut maior *l* 9 possita fuerit ut amat (*corr.* at) iuno at uenus *F* qualibet *B* 12 ineptus] deceptus *Beda p.* 2357 ipsis] his *Fe* 13 in uerbis conponuntur *F* dissyllabam *corr.* -um *F* 14 indeferenter sunt *F* indifferenter .II. sunt *e* indefferenter autem *B* indifferentes autem sunt ς trissyllabam *corr.* -um *F* 15 adiecit obiecit iniecit subiecit *corr.* adicit obicit inicit subicit *F* tetrasyllabam *corr.* -um *F* 16 adiecio obiecio iniecio subiecio *corr.* adicio obicio inicio subicio *F* 17 plerumque producuntur *e* 18 praeces *corr.* preces *F* precis *B* precor *e:* preces prehendo et queror ς: breviantur vero pretium precor premo prehendo et queror *Beda* diriuationem *BF* 19 que coniunctionem *F* que coniunctio *B* item e contra *e* 20 ex hisdem *BF* ex eisdem *e* in conpositione *Bl* in compositionibus *e corr.* -one *F* de et pro *om. BF, add. e et in margine l* 21 deinde *om. BF, add. el* profanus *om. Be Beda* proavus *om. F* 22 sunt autem *F* 23 permotant *BF* quae subter sunt collecta *Putschius* 24 nel plusquamperfecto *F* 28 fodio *el* fodeo *BF* 30 emo — odero *om. F*

p. 1811. 12 P. p. 493. 94 V.

lavo lavi laveram lavero, odio odi oderam odero, eo ivi iveram ivero, sino sivi siveram sivero, sero sevi severam severo, queo quivi quiveram quivero, caveo cavi caveram cavero. item contra inveniuntur verba, quae in praesenti tempore producta sunt et in praeterito breviantur, ut sunt haec, pono posui, cogo coegi, do dedi, sto steti. item omnia verba, quae in praeteritis antecrescunt, in primis syllabis breviantur, ut pendeo pependi, tondeo totondi, posco poposci, curro cucurri, tendo tetendi, pendo pependi. ||

Medias syllabas tribus modis cognoscimus, positione et diphthongis et accentu. sed de positione et diphthongis supra tractavimus. accentus autem est quasi adcantus di|ctus, quod ad cantilenam vocis nos facit agnoscere syllabas. qui vocis accentus duo sunt ad ea quae tractamus necessarii, correptus et productus. correptus est, quotiens sine ulla mora vocis medias syllabas enuntiamus, ut moenia tabula. productus est, quotiens medias syllabas cum aliqua mora vocis exprimimus, ut fortûna natûra. sciendum est tamen, quia illa quae in verbis i correpta proferuntur, cum in medium venerint et ipsam i in e mutaverint, ut legis lege legere, ubique breviantur; excepto cum a tribus excipiuntur consonantibus b et m et t, ut legêbam legêmus legêtur. cetera melius accentibus colliguntur. qui accentus in trisyllabis et tetrasyllabis et deinceps ita considerandus est, ut si quaeratur amicissimorum quibus syllabis constet, et dicimus primam brevem exemplo, ut 'nimium dilexit amicum'; secundam cum longo accentu invenimus; tertiam positione longam; quartam brevem accentu, quia, cum dicimus amicissimus, paeneultimam cum brevi accentu invenimus; quintam longam accentu. ultima vero qualis sit, per singulas partes orationis monstrabunt rationes subiectae.

Nominativus singularis has habet breves, a ut Musa, e ut sedile, o ut virgo, u ut cornu, el ut mel, il ut vigil, ul ut consul,

1 labo labi laberam labero aueo aui aueram auero odio odi oderam odero eo ii vel iui iueram iuero saeuio saeui saeuieram saeuiero queo *Putschius* eo ii ieram iero sero seui seueram seuero queo quiui quieram quiero *B* eo ii ieram iero sino siui siueram siuero queo quaeui queueram queuero *F* eo iui iueram iuero sero seui seueram seuero queo quiui quiueram quiuero *l* eo iui iueram iuero queo quiui ueram ro sino ui ram ro sero seui ueram uero *e* 3 cauo ceui ceueram ceuero *B* item e contra *e* 6 pendeo pependi *B l* pendo pependi *F e Beda* 7 tondo *F* 8 pendo pependi *om. Fe* pello pepuli *l Beda* 9 explc. de primis syllabis INCIPIT DE MEDIIS SYLLABIS *F* 12 Quis uocis *F:* Qui vocis accentus sunt? Duo *editor Vindobonensis* duo sunt *e l* hii sunt *F* sunt II *B:* hi sunt duo ad metricam rationem ad ea *Putschius* 14 enuntiamus *B Beda p.* 2358 annuntiamus *e* pronuntiamus *Fl* ut moenia macula tabula *l* ut macula tabula *e* productus autem est *B* 15 furtuna *BF. notas accentuum et hic et infra* 19 *habet F* 16 sciendum tamen est *B* 17 ipsum *corr.* -am *F* motauerint *B F* 18 breuiantur] inueniantur *corr.* ꝑuiantur *F* 20 qui accentus *B l* quia accentus *F e* 21 considerandi sunt *l* 22 et dicimus ⊆ edicimus *F* eclicimus *B* ediscimus *l Beda* dicimus *e* dicimus itaque *Servius Putschii p.* 1803 nimium] *Verg. Aen.* VIIII 430 23 secundam longam accentu inuenimus *l* secundam cum longo accentu pronuntiabimus inuenimus *F Putschius* 27 DE FINALIBUS *B* INCIPIT DE FINALIBUS SYLLABIS *F* DE ULTIMIS SYLLABIS *l* Nominatus *F*

m ut tectum, en ut carmen, ir ut vir, or ut doctor, t ut caput. ex his producuntur in | Graecis e ut Euterpe, o ut Dido, en ut lien Siren, il uno Etrusco ut Tanaquil. haec sunt item quae producuntur, i ut frugi, ol ut sol, an ut Titan, on ut Memnon, in ut delphin, as ut facultas, c ut lac et allec. sed as finitus nominativus breviatur in Graecis, cum genitivus dos habuerit, ut Arcas Arcados, || Pallas Pallados. er autem in Graecis producitur, ut aether aer. item haec sunt quae in monosyllabis producuntur, in disyllabis autem et trisyllabis et tetrasyllabis et in ceteris polysyllabis corripiuntur: ar monosyllaba ut far, disyllaba ut Caesar; er monosyllaba ut ver, disyllaba ut pater; ur monosyllaba ut fur, disyllaba ut murmur; is monosyllaba ut glis, disyllaba ut fortis; al monosyllaba ut sal, trisyllaba ut Hannibal. item haec sunt quae varietatem nominativi faciunt et quae sibi a genitivo suo regulam sumunt, es os us. nam es syllaba nominativus quando finitur, modis quinque producitur, duobus autem corripitur. tunc ergo producitur, cum [aut] nomen quintae fuerit declinationis, ut dies diei: item producitur, cum totidem syllabas genitivus habuerit quot et nominativus, ut proles prolis: tertio loco producitur, cum genitivus syllaba crescens e productam in medio obtinuerit, ut merces mercedis: quarto loco producitur, cum monosyllaba nomina fuerint vel de monosyllabis ducta, ut pes bipes | sonipes: quinto loco producitur, cum i ante es in fine habuerit, ut abies paries aries quies. duobus autem modis breviatur, cum aut e mediam in genitivo correptam habuerit, ut seges segetis; aut cum e in i mutaverit, ut miles militis. os item monosyllabum, si ora significat, producitur, ut os oris; si ossa significat, breviatur, ut os ossis. quae tamen os syllaba cum in disyllabis vel trisyllabis venerit, et media syllaba genitivi natura producta permanserit, tum longa erit, ut nepos nepotis; si vero correpta fuerit aut diphthongum in genitivo Graeco habuerit, breviatur, ut conpos conpotis, Delos *Δήλου*. us vero, cum in genitivo crescente u longa permanserit, producitur, ut virtus virtutis, tellus telluris, excepto uno palus, quod in genitivo dis terminatur, ut palus paludis: unde est ‘sterilisque diu palus apta-

1 n ut carmen us ut iustus ir *Putschius* 2 euturpe *F* 3 sirien *B* siriem *corr.* siren *F* eutrusco *BF* haec .... item producuntur *F* 5 ut lac et allec *F* ut lac allec *l* ut allec *Be Beda* 9 et tetrasyllabis *om. B Beda* 11 ut mormur *BF* 12 ut Hannibal uel animal et Canibal *Putschius* 13 qua uarietatem *F* et aque a genitiuo suo regulam sibi sumunt *F* 15 duobus modis autem *F* 16 producitur aut cum nomeu *F* producitur cum nominatiuus *l* 19 obtenuerit *B* habuerit *Fle* 20 de monosyllaba ducta *F* 22 ut habies paries quies *F:* ut abies — habuerit *om. Putschius* 24 motauerit *BF* os item *B* os igitur *Fle* monosyllabum ϛ monosyllabam *codex Leidensis Bedae p.* 1360 monosyllaba *BFle* 25 si autem ossa *B* 26 os osis *B* 28 correpta erit *F* diptongon *Fle* 29 delos del*ov* ϛ delos delei *Bl* delos dolei *F* Delos Delou *Putschius* 30 u *om BFle, add. codex Sangermanensis Bedae* longa syllaba permanserit *B* 31 uno palus paludis quod genitiuo dis terminatur unde *F*: *cf. Serv. in Verg. Aen.* II 69 32 ut est haec sterilisque *Putschius: Hor. de art. poet.* 65

p. 1813. 14 P. p. 496—98 V.

que remis'. si vero in genitivo crescente correpta u permanserit aut mutata fuerit aut non creverit, breviatur, ut pectus pectoris, vulgus vulgi.

Genitivus et dativus et ablativus producuntur. sed genitivus cum aut os in fine secundum Graecos habuerit aut tertiae fuerit declinationis, cum ablativo suo e || tantum littera terminato breviatur, excepto uno quod producitur, ab hac fame, quia veteres huius famei, non huius famis declinabant. sed et dativus in Graecis i littera terminatus breviatur, ut Palladi. accusativus in Latinis brevis est semper: in Graecis tunc | tantum breviatur, cum a vel on terminatur, ut Thesea Delon; alias longus est. vocativus quoque in Latinis brevis est, excepto cum i terminatur, ut Mercuri; in Graecis corripitur, ut Alexi. qui etiam, dum similis fuerit nominativo, regulam nominativi sequitur, ut haec paupertas et o paupertas. in masculinis tantum Graecis longus est, ut Aenea. sed etiam e finitus in Graecis tunc breviatur, cum eius nominativus os fuerit terminatus, ut Phoebos Phoebe. nominativus et accusativus et vocativus pluralis in masculino et feminino genere producuntur, in neutro autem corripiuntur. contra haec sunt Graeca nomina, quae dum ante s ultimam a aut e habuerint et a genitivo singulari dos terminato venerint, tunc tantum in masculino et feminino breviantur, ut huius Arcados, has Arcades, hos Arcadas; alias longi sunt. genitivus pluralis semper brevis est in Latinis, in Graecis vero producitur, ut Philaenon. dativus et ablativus pluralis si is terminantur, longi sunt, ut doctis; si bus, breviantur, ut agilibus: aut si Graeca sit declinatio, in terminatus dativus corripitur, ut Arcasin.

Hac regula nomina pronomina participia continentur. sed pronominis declinatio in hoc tantum differt, quod in monosyllabis quae vocalibus terminantur, ut me, aut vocalibus constant, ut o, in quolibet casu producuntur. sed genitivus cum us finitur, breviatur, ut illius; | dativus vero, sicut in nomine, semper longus est, excepto mihi tibi sibi, quae indiffe-

1 correpta fuerit quia mutata permanserit *F* correpta aut mutata permanserit *e ς* correpta quia mutata (motata *B*) permanserit *B et codex Sangermanensis Bedae* non permanserit (*rel. om.*) *l et codex Leidensis Bedae. exemplum* u *correptae in genitivo permanentis, in quo* Ligus *ponere solent grammatici, excidisse videtur* 6 producitur ut ab hac *B e* quod ueteres *F* huius famei non huius famis huic famei non huic fami *Putschius et Beda* 7 sed datiuus *Fl* 8 semper breuis est *B* 9 breuiatur *B* breuis est *F l e* uel cō terminatur *F* thessea *B* tessia *F* tessea *l* 10 excepto uno cum i *F* 11 mercori *F* 13 aenia *F* 15 phebos phebe *F* phebos febe *B* 16 in neutro corripiuntur *e* corripiuntur in neutro *Fl* 19 huius arcados has arcades hos arcadas (arcados *F*) *F e* huius arcados has arcadas hos arcadas *l* huius arcados hos (*corr.* has) arcadas (*corr.* -des) hos harcadas *B* huius Arcados has Arcadas o Arcades *Putschius* huius Arcados hi Arcades hos Arcadas o Arcades *editor Vindobonensis: cf. Serv. in Verg. Aen.* X 364 21 in Latinis *om. B F l, add. e ς* Philaenon *editor Vindobonensis* phelenon *B e* phelnon *F* phelemon *l* Philemon *ς* lesboon *Parrhasius* 23 aut] at *B* 25 omnia nomina *Beda* 26 in hoc *B l* in eo *F e* defert *B* quod] qui *F:* quod monosyllaba quae uocalibus terminantur producuntur quae sunt me te se mi tu qui quae quo qua sed genitiuus *e ς* 27 producitur *Putschius* 29 indifferenter (indefferenter *B*) poni possunt *B l e* indifferenter ponuntur *F*

renter poni possunt. sic reliqui quoque casus regulam sumunt ex nomine.

In omnibus verbis modis temporibus numeris personis coniugationibus breviantur m ut docebam, || r ut legebar, t ut faceret, us ut nutriremus. e vero littera verba terminata breviantur, ut lege; sed imperativi modi secunda tantum persona a secunda quoque coniugatione tantum producitur, ut doce. es autem breviatur, ut sum es et cetera quae ex his conponi possunt, ut adsum ades, possum potes; in aliis producitur, ut doces. is item in secunda persona indicativi modi tunc tantum producitur, cum a tertia coniugatione producta venerit, ut nutrio nutris, volo vis; alias breviatur. producuntur autem a ut ama, i ut nutri, u ut lectu, as ut vocas, es ut legeres, c ut fac.

In omnibus adverbiis breviantur l ut semel, r ut pariter, m ut tam. n vero excepto non et en ubique breviatur, ut forsitan. e dum finiuntur adverbia, illa producuntur, quae ex nomine veniunt et comparationis gradus omnino reservant, ut docte doctius doctissime; quae autem a se nascuntur, ut saepe, aut non conparantur, ut rite, aut in conparatione deficiunt, ut bene male, breviantur. i finita praeter quasi et ibi et ubi producuntur, ut heri. o, sicut in omnibus partibus orationis, indifferenter ponitur, ut falso. s, dum ante eam a habuerit, producitur, ut alias cras; aliter breviatur, ut magis. producuntur autem a ut una, u ut noctu, c ut illuc. || adverbia monosyllaba producenda sunt, ut huc, vel quae ex his fiunt, ut illuc, exceptis bis et ter.

Omnes fere coniunctiones corripiuntur. sed quae a et i terminantur producuntur, excepto ita et quia et nisi. item quae in n desinunt, si ante eam i habuerint, producuntur, ut sin.

Accusativae praepositiones, absque his quae in a exeunt et una monosyllaba cis, breviantur. ablativae vero illae longae sunt monosyllabae, quae aut vocalibus constant, ut a, aut vocalibus terminantur, ut de. sed utriusque casus praepositiones omnes breves esse non dubium est. re autem ubique breviatur, ut remitto, excepto cum refert distat significat, ut est illud

praeterea iam nec mutari pabula refert,

et uno verbo reicio, ut

3 INCIPIT DE UERBO *Fl* 4 nutriremus *Be* nutrimus *Fl* 7 es autem breuiantur *F* 9 is autem in *F* 11 alias breuiantur *F* producuntur autem a *el* productur autem a *F* producitur a *B* 13 INCIPIT DE ADUERBIO *Fl* l ut semel r ut pariter *F* el ut semel er ut pariter *Bel* 14 breuiantur *F* ut forsan forsitan *Putschius* 16 omnino reseruant *Bl* omuino seruant *corr. al. man.* omnino reseruant *F* recipiunt *e* 18 dificiunt *BF* 20 indeferenter *BF* s dum ante eam a habuerit *Be* s si ante eam (*corr. al. man.* se) a habuerit *F* s si a ante cam habuerit *l* s si ante a fuerit *Putschius* 21 cras *om. Be* 22 aduerbia autem monosyllaba *Be* 24 INCIPIT DE CONIUNCTIONE *Fl* DE CONIUNCTIONE *B* 25 dissinunt *BF* 27 DE PRAEPOSITIONE *BF* his *om. F* exeunt ut citra contra ultra et *F Putschius* exeunt ut citra et *l* 30 omnes *om. F* 31 reffert *B* 33 praeterea] *Verg. georg.* III 548 motari *BF* reffert *F* 34 et unum uerbum *B* reiecio ut reiece *corr.* reicio

p. 1816 P. p. 499. 500 V.

reice ne maculis infuscet vellera pullis
nascentum.

Omnes interiectiones, si monosyllabae fuerint producuntur, ut heu. ceterae vero exemplo similium partium orationis existimandae sunt, ut papae.

Haec in omnibus parti|bus orationis observanda sunt, exceptis his quae aut diphthongo aut positione longae sunt.

ut reice *F: Verg. georg.* III 389 1 maculis nascentium infuscet uellera pullus *F* 2 nascentum *le* nascentium *B* 3 DE INTERIECTIONE *BF* 6 hae — obseruandae sunt *Putschius* 7 sunt EXPLICIT *B* sunt. EXP. DE FINALIBUS LITTERIS HONORATI GRAMMATICI *l.*

MARII SERVII HONORATI GRAMMATICI DE CENTVM METRIS.

p. 1815. 16 P. p. 363 G.

CLARISSIMO ALBINO SERVIVS GRAMMATICVS.

Tibi hunc libellum, praetextatorum decus Albine, devovi. nam licet patris avique, quibus maximam reverentiam litterae debent, cottidie urgearis exemplo ibique pubescas, quo velut ad Musarum sacraria venitur, non tamen caelo suo tantum numina perfruuntur, saepe humiles lucos ac vilia pauperum tecta subierunt. quare laboris mei velim faveas voto, indulgeas audaciae. quod si secus cesserit, in cupiditatem devotionis interpretabor eventum placendi. vale.

P codex Parisinus 7530, *cuius integra exhibita est scriptura*
N codex Neapolitanus Borbon. IV A 8, *in quo prima libri pars praeter paucas membranarum lacinias periit. integra scriptura a definitione Hipponactii claudi p.* 460, 4 *usque ad finem libri exhibita est.*
S codex Santenianus, nunc Berolinensis Sant. 66. 4, *in quo ultima libri pars de dispersis omissa est. s eiusdem codicis manus recentior.*
ς *exemplaria olim inpressa, ex quibus adhibita sunt haec,*
editio Calliensis Abstemii a. 1475 *a Gaisfordio conlata*
editio Veneta a. 1493
editio Veneta a. 1502
editio Augustana a. 1520
praeterea quaedam adscripta sunt ex codice Darmstadiensi 1283, *olim Coloniensi, et ex codice Laurentiano* 47, 8.

1 IN NOMĪN DI SŪMI INCIPIT ARS MAURI SERUII GRĀM DE CENTMETRIS Clarissimo albino seruius gramaticus salutē *codex Darmstadiensis* INCPT METRI CENTIMETRI Clarissimo albino seruius grāmaticus *S* Albino ſuius grammaticus *N* Clarissimo albino seruius grammaticus *P* Marii Seruii honorati grammatici Centimetrum. Clarissimo uiro Albino Marius Seruius grammaticus salutem ς Marii Servii Honorati ars de centum metris. Albino clarissimo Servius grammaticus S *Putschius* 4 devovi *om. S* 5 patres abique *S* urguearis *S* 6 pubertas *P* quo uelut ad ς quo ueluti ad *codex Darmstadiensis* quod uel ad *P* quod uelle ad *S* sacraria *P* sacra *S*ς 7 perfruuntur *S* proferuntur *P*ς fruuntur *Putschius*, *idque videtur fuisse in N*, *ubi in laciniis membranarum adparuit* nōa f sed saepe ς *et codex Darmstadiensis* lucos *P* lucus *S* uicos ς 8 subierunt *NS*ς uiserunt *P* laboris ς labores *PS* 9 quod si *NS:* si *om. P* cesserim *S* interpratat. abore uentum *P* 10 uale. DE METRIS *P*

p. 1817. 18 P. p. 363—65 G.

Licet audacter, non tamen ineleganter, hunc libellum qui volet centimetrum nominabit. tot enim metrorum digessi quanta potui brevitate, rationem omittens, quo quidque nascatur ex | genere, qua scansionum diversitate caedatur, quae res plus confusionis quam utilitatis habet. sed lecturo haec fere generaliter scienda sunt: finalem syllabam in omnibus metris indifferenter accipi, *παντὸς γὰρ μέτρου τὸ τέλος ἀδιάφορον*: solutionem esse, cum pro longa syllaba duae breves ponuntur: loca inparia dici primum tertium quintum et deinde, paria vero secundum quartum sextum et deinde: penthemimeren esse, cum duos pedes sequitur syllaba quae partem terminat orationis; hephthemimeren vero, cum tres pedes similiter sequitur syllaba [tritum trochaeum, cum post duos pedes perfectos finita parte orationis trochaeus remanet; tetartum trochaeum, cum definitione eadem quartum tenet locum trochaeus]: catalecticum versum dici, cui syllaba una deest; brachycatalectum, cui duae desunt; hypercatalectum, cui | una superest; acatalectum, [ubi nihil plus minusve est in versu] qui legitimo fine concluditur: monometrum vel dimetrum vel trimetrum versum in iambicis trochaicis anapaesticis metris per pedes duplices conputari, in ceteris per simplices: metra vel a pedibus nomen accipere, vel a rebus quae describuntur, vel ab inventoribus, vel a frequentatoribus, vel a numero syllabarum: eaque esse octo principalia, iambicum, trochaicum, dactylicum, anapaesticum, choriambicum, antispasticum, ionicum a maiore, ionicum a minore, de quibus carptim tractabimus, eligentes ea quae ad palmam lyrae perducit voluptas.

DE IAMBICIS.

Metra iambica locis inparibus quinque || recipere possunt pedes, iam-

1 uolet *P et codex Darmstadiensis* uolunt *S* uoluerit ς 2 nominauit *P* nominare *S* metrorum genera digessi ς metrorum spatia digessi *Bodleianus Gaisfordii:* spatia *post* brevitate *add. Darmstadiensis:* praeterea sunt metra alia perplura, quae in libris centimetrorum simplicibus monstrata exemplis quisque cupit reperiet *Beda de metr. p.* 2380 3 quod quidque *P:* quo metrum noscatur *Putschius:* quo quaeque nascantur — caedantur *Santenius* qua] et *P* 4 utilitatis] ueritatis *S* 5 syllabam *om. S* 6 ΠΑΝΤΟϹ ΓΑΡ ΜΕΤΡΟΥ ΤΟ ΤΕΛΟϹ ΑΔΙΑΦΟΡΟ *P*, *om. S*ς solutionem posse cum *S* 7 pro una longa ς 9 pentimemeren esse *S* penthemimeres est *P* 10 eptimemeren *S* eptemimeres *N* efthimimeres *P* 11 tritum trochaeum — 13 trochaeus *om. NPS, add.* ς et *codex Darmstadiensis* 12 cum quartum definiciones eadem (*corr.* difinitionis eiusdem) tenet locum *Darmstadiensis* 14 cui ς cui' *S* cuius *P* brachycatalectum *N* brachycatalecticum *PS* desunt *om. S, add. P* ypercatalecticum *S* ypercatalecticon *P:* hypercatalecticum ubi supra legitimos pedes syllaba crescit *Putschius* 15 acatalectum *N* acatalecticum *P* acatalecticum enim (dici *add. s*) *S* ubi nihil plus minusue in uersu est *om. NPS, add.* ς 16 monometrum dimetrum trimetrum uel tetrametrum dici a numero pedum. in iambicis trochaicis anapaesticis metris uersus per pedes duplices computari ς 18 metra uel a pedibus uel a rebus nomen accipere uel a frequentatoribus *S* 19 describuntur ς distribuuntur *P* 20 ab numeris *P* eaque octo esse principalia id est iambicum *S* 22 carptim tractauimus *P* cartim thrahimus *S* elegentes *PS* 23 ad palmam lyrae ς ad palmam lire *codex Darmstadiensis* ad palmare *P* ad palmam lineę *S* producit *P* uoluntas *codex Darmstadiensis* 24 De iambicis metris *S*, *om. P* 25 iambum spondeum trocheum dactilum anapestum *S*

bum tribrachum spondeum dactylum anapaestum, locis autem paribus tantum iambum vel tribrachum, et apud comicos frequenter anapaestum, ita tamen ut multarum brevium iunctura vitetur. sed ex multis tredecim usui tradenda subieci.

De aristophanio. aristophanium constat monometro hypercatalecto, ut est hoc,

valles per imas.

De euripidio. euripidium constat dimetro brachycatalecto, ut est hoc,

Aiax furit dolens.

De anacreontio. anacreontium constat dimetro catalectico, ut est hoc,

dissolve Baccha crines.

De archilochio. archilochium constat dimetro acatalecto, ut est hoc,

serena lux micat polo.

De alcaico. alcaicum constat dimetro hypercatalecto, ut est hoc,

amant venena parricidae.

De alcmanio. alcmanium constat trimetro brachycatalecto, ut est hoc,

spernis decorae virginis torum.

De hipponactio. hipponactium constat trimetro catalectico, ut est hoc,

doctis Thalia vatibus favebit.

De archilochio. archilochium constat trimetro acatalecto, ut est hoc,

Martem fatigat prodigus vitae furor.

De hipponactio. hipponactium constat trimetro acatalecto claudo, ut est hoc,

pauper poeta nescit antra Musarum.

De anacreontio. anacreontium constat trimetro hypercatalecto, ut est hoc,

amor puellae pectus inprobe fatigat.

De aristophanio. aristophanium constat tetrametro brachycatalecto, ut est hoc,

marcent lucernae, sol propinquat, non tamen vacas.

De aristophanio. aristophanium constat tetrametro catalectico, ut est hoc,

2 tribrachum hunc quidam egemona dicunt et *P* 3 sed] et *P* 8 Euripideum metrum constat dimetro catalecto, ut est hoc, dissolue Bacche crines. Anacreontium constat dimetro brachycatalecto, ut est hoc, Aiax furit dolens ς 9 aiax furit dolens deae decus meum *editio Augustana* fuerit doleus *P* 11 bacha *S* brachia *P* 12 De archilochico archilochicum *S* 14 De alchaico alcaicum *S* de altaico altaicum *P* 16 de almanio (alchmanio *s*) alchmanium *S* 17 decorē *S* torum *S* torus *P* toros ς 18 de iponactio ipponactium *S* 19 doctis ς *et codex Laurentianus* doctus *PS* talia *P* fauebat ς 20 de archilochico *S* de archilochio trimetro acatalecto *P* 21 faticat *S* uitae auru *P* furor uitae *S* 22 de hipponactio trimetro acatalecto *P:* de ypponactio ypponactium *S. Hipponactii claudi definitionem*, Hipponactium — Musarum, *hoc loco omissam in fine iambicorum post* 459, 3 meli *habet* ς *et codex Laurentianus; post* 19 favebit *transposuit Santenius* 25 trimetro hypercatalectico, ut est hoc, pauper poeta nescit hic antra musarum ς 27 inprone *S* 30 non tamen uacat *S* nec tamen uocas *codex Darmstadiensis* nunc uiro uacas *Merulae codex apud Santenium* nunc uero uacas ς

p. 1818. 19 P. p. 367. 68 G.

| portum petamus, aura lassat, vela solve malo.

De anacreontio. anacreontium constat tetrametro acatalecto, ut est hoc,

hic finis est, iambe, salve, vindicis doctor meli. ||

DE TROCHAICIS.

Metra trochaica locis inparibus hos recipiunt pedes, trochaeum tribrachum et non numquam dactylum, locis vero paribus cum his quos memoravi spondeum et anapaestum. sed ex plurimis tredecim usui tradenda subieci.

De pancratio. pancratium constat monometro hypercatalecto, ut est hoc,

auctor optimus.

De ithyphallico. ithyphallicum constat dimetro brachycatalecto, ut est hoc,

Bacche iunge tigres.

De euripidio. euripidium constat dimetro catalectico, ut est hoc,

vultur altius volat.

De alcmanio. alcmanium constat dimetro acatalecto, ut est hoc,

fistula canit subulcus.

De bacchylidio. bacchylidium constat dimetro hypercatalecto, ut est hoc,

floribus corona texitur.

De sapphico. sapphicum constat trimetro brachycatalecto, ut est hoc,

rex paterque Iuppiter deorum.

| De archilochio. archilochium constat trimetro catalectico, ut est hoc,

nox amoris et quietis conscia.

De sotadico. sotadicum constat trimetro acatalecto, ut est hoc,

arva sicca Nilus intrat, ite laeti.

De sapphico. sapphicum constat trimetro hypercatalecto, ut est hoc,

splendet aurum, gemma fulget, forma sed placet.

De sotadico. sotadicum constat tetrametro brachycatalecto, ut est hoc,

Thracium nefas renarrat cantitans hirundo.

1 portus *P* malo] uelo *P* 2 catalectico *P* 3 hic *om. P* iambi *P* uindices *S:* uindice doctor meliori *Putschius*, uindicis ductor meli *coniecit Santenius* 4 DE TROCHAICO *S* 5 metra trochaica principaliter constant trochaeo, locis tamen imparibus ς 7 pluribus *S* 8 subici *S* 9 de pancratio panchratium *S* de pancratico pancraticum *P* 14 bache *P* ticres *S* 15 de euripidio euripidium *S* 18 canet *S* 19 de bacchillidio bacchillidium *P* de bachilidio bachilidium *S* 21 froribus *P* 23 rex pater (qui *add. Putschius*) Iuppiter et deorum ς 24 de archilochico archilochicum *S* 27 de sotatico sotaticum *P* de sutatico sutaticum *S* 28 arva — laeti] ite poma ferte uiam portet alter ς 30 gemmas *S* forma sed *om. P* 31 de sutadico sutadicum *S* de sotatico sotaticum *P* trimetro *S* 32 trachium *P* traxium *S* Thraceum ς Thracium *Putschius* enarrat ς resonat *S* cantilans *P corr.* cantitans *S* catulans *Darmstadiensis et Laurentianus* herundo *S*

p. 1819. 20 P. p. 368. 69 G.

De archilochio. archilochium constat tetrametro catalectico, ut est hoc,

tolle thyrsos, aera pulsa, iam Lyaeus advenit.

De hipponactio. hipponactium constat tetrametro catalectico claudo, ut est hoc, ||

pelle tonsis terga ponti, vela tende, pergamus.

De anacreontio. anacreontium constat tetrametro acatalecto, ut est hoc,

parce iam Camena vati, parce iam sacro furori.

DE DACTYLICIS.

Metra dactylica principaliter constant dactylo, recipiunt tamen et spondeum [et interdum ultimo loco trochaeum]. sed ex plurimis haec decem et novem usui tradenda subieci.

De adonio. adonium constat dimetro catalectico, ut est hoc,

fundite fletus.

De hymenaico. hymenaicum constat dimetro acatalecto, ut est hoc,

tibia personet.

De archilochio. archilochium constat dimetro hypercatalecto, ut est hoc,

garrula venit avis.

| De alcmanio. alcmanium constat trimetro catalectico, ut est hoc,

tundite pectora palmis.

De simonidio. simonidium constat trimetro acatalecto, ut est hoc,

indue pallia Serica.

De alcmanio. alcmanium constat trimetro hypercatalecto, ut est hoc,

lurida brachia cur retegis?

De archilochio. archilochium constat tetrametro catalectico, ut est hoc,

arent solstitio sola terrae.

De alcmanio. alcmanium constat tetrametro acatalecto, ut est hoc,

virgo decens comulas religa tibi.

De alcmanio. alcmanium constat tetrametro hypercatalecto, ut est hoc,

3 era *S* sacra *P* pulsans ς *et Laurentianus* lieus adueniet *S* 4 de yponactio ypponactium *S* 6 pelle] polio *P* tunsis *S*, *om. N* ponti] freti *Putschius* 7 ca'alectico *P* 9 carmina *PS* parcem sacro *P* parce iam tenero *S* parce iam tenero ς 10 De dactylis *N* DE METRIS DACTILICIS *P* DE METRO DACTILICO *S* 12 et interdum ultimo loco trochaeum ς sed interdum ultimum locum trocheum *S*, *om. NP* pluribus *P* 14 *Adonii metri definitionem*, de actonio actonium — flectus *post* 17 personet *habet S* trimetro *P* 15 finditefluctus ς 16 de iminaico iminaicum *S* de hymniaco hymniacum *P* hirminachium ς catalectico *P* 17 personę *S* 20 garrulauit auis *P* 21 acatalecto *N* 24 sireca *P* sirica *S* 26 ludia *P* bracchia *N* ritegis *S* 29 sostitio *P* solistidio *S* 31 virgo decens sine matre relinquitur *Santenius* comulas *corr.* cumulas *N* comolas *S* reliqua *S* regilla *P*

p. 1820. 21 P. p. 369. 70 G.

vita quieta nimis caret ingenio.

De stesichorio. stesichorium constat pentametro catalectico, ut est hoc,

Marsya cede deo, tua carmina flebis.

De simonidio. simonidium constat pentametro acatalecto, ut est hoc,

Parthenopaeus erat puer Arcadiae decus.

De choerilio. choerilium constat pentametro hypercatalecto, ut est hoc, ||

pulchra puella comas ambit sibi palmitibus.

De heroico. heroicum constat hexametro catalectico, ut est hoc,

vulnera bella tubae numero donantur Homeri.

De bucolico. bucolicum constat hexametro catalectico, ita ut quartus dactylus partem determinet orationis, ut est hoc,

rustica silvestres resonat bene fistula cantus.

| De ibycio. ibycium constat hexametro acatalecto, ut est hoc,

sidera pallida diffugiunt face territa luminis.

De alcmanio. alcmanium constat hexametro hypercatalecto, ut est hoc,

alma Venus Paphon ingreditur, rosa luceat ex adytis.

De stesichorio. stesichorium constat heptametro catalectico, ut est hoc,

Aeacides iuvenis trahit Hectora, plangite Pergama Troes.

De ibycio. ibycium constat heptametro acatalecto, ut est hoc,

carmina docta Thalia canit, properantius huc ades, o puer.

De ibycio. ibycium constat heptametro hypercatalecto, ut est hoc,

versiculos tibi dactylicos cecini, puer optime, quos facias.

DE ANAPAESTICIS.

Metra anapaestica principaliter constant anapaesto; recipiunt tamen frequenter spondeum, raro proceleumaticum, apud comicos autem etiam dactylum, saepiusque ultima cum superest syllaba, in duas solvitur breves. sed ex plurimis haec tredecim usui tradenda subieci.

De threnico. threnicum constat monometro acatalecto, ut est hoc,

calidum iubar est.

2 De stesicorio stes.chorium *N* 4 deo] domi *Putschius* flebis] phoephi *S* phoebi ς 5 simonidium constat tetrametro acatalectico ut est hoc pulchra *omissis iis quae interposita sunt P* catalectico *S* 7 de cherilio cherilium *N* de cyrilio cyrilium *S* 9 pulcra *NS* ambet *S* 11 conduntur *P*ς 13 terminet ς 14 siluestris *P* siluestri *S* cantu *S* 15 de ybicio ybicium *S* de ibico ibicum *P* 16 luminum *Putschius* 21 aeacide iubenis trahit *P* aeacides quem protrahit *N* trohes *S* 22 De Ibycio — puer *om. Putschius:* de ybicio ybicium *S* de ibico ibicum *P* 23 canet carmina properantia hoc ades puer *S* 24 de ibicio ibicium *S* de ibico ibicum *P* 26 DE METRIS ANAPAESTICIS *P* DE ANAPAESTICO METRO *S* 27 anapaestica metra *P* tamen] tantum *S* 28 proceleumatico *S* autem *om. S* 30 ex pluribus tredecim *S* ex pluribus haec XII *Putschius* 31 de threnico threnicum *N* de threico threicum *P* de ithimio ithimium *S* trenicum *codex Darmstadiensis* trinicum *Laurentianus* Thirinicium ς Phrynichium *coniecit Santenius* 32 callidum *S* iuuar *P*

p. 1821. 22 P. p. 370. 71 G.

De chorico. choricum constat monometro hypercatalecto, ut est hoc, animus male fortis.

De aristophanio. aristophanium constat dimetro brachycatalecto, ut est hoc,

venit optima Calliope.

De paroemiaco. paroemiacum constat dimetro catalectico, ut est hoc, aditum Veneris fuge virgo.

De pindarico. pindaricum constat dimetro acatalecto, ut est hoc, fuge moenia iam Telamoniade.

De alcmanio. alcmanium constat dimetro hypercatalecto, ut est hoc, tremulum mare molliflua nitet aura.

De archebulio. archebulium constat dimetro acatalecto et palimbacchio, ut est hoc,

dea somnifero vaga curriculo relucet.

De pindarico. pindaricum constat trimetro brachycatalecto, ut est hoc,

medium rapido mare Thybris adit fluvio.

De alcmanio. alcmanium constat trimetro catalectico, ut est hoc, date Pierides mihi carmina doctiloquorum.

De stesichorio. stesichorium constat trimetro acatalecto, ut est hoc, iacet in thalamo tibi virgo decens Veneris specie.

De simonidio. simonidium constat trimetro hypercatalecto, ut est hoc, tuba terribili procul aere sonat, clipeum quate miles.

De alcmanio. alcmanium constat tetrametro brachycatalecto, ut est hoc,

sua munera fert Venus alma rosas iuveni Cinyreiadae.

De aristophanio. aristophanium constat tetrametro catalectico, ut est hoc, date vina mihi, date serta, iuvat dare tempora tota Lyaeo.

6 de parhoemiaco parhoemī *N* de parchoemio parchoemium *S* partheniacum *ordine dimetrorum ita mutato*, Aristophanium, Pindaricum, Alcmanium, Archilochium (*pro Archebuleo*), Partheniacum, Pindaricum constat trimetro ȿ. *in Laurentiano codice ita descripta sunt metra anapaestica*, Trinicum — Aristophanium — Partheniacum constat dimetro acatalectico ut felix nimium prior aetas. Alcmanium — Stesicorium — Simonidium — Alcmanium — Aristophanium — Pindaricum constat monometro hipercatalectico ut aias male fortis. Parchimaicum constat dimetro brachico ut aditum ueneris fuge uirgo. Alcmanium — Pindaricum — Archebulium — relucet dimetro acatal' *N* 7 adytum ȿ: aditum — 8 dimetro acatalecto ut est hoc *in marg. add. N*, *hoc loco omissa definitioni trimetri Pindarici* 15 *sic*, *ut infra scripta sunt*, *inseruit S*, *om. Putschius* fuge] eyge *P* 9 fuge ueni aut iam telamoniadę *P* fuge moenia tela omnia deo *Putschius* 10 trimetro *P* 11 melliflua ȿ mollifluant *P* nitit *S* 12 de archilochio archilochium *P* palinbaccho *P* 14 uaca *corr.* uacat *S:* bona cursiculo *Putschius* praelucet ȿ 15 de pindarico pindaricum constat dimetro acatalecto ut est hoc aditum ueneris fuge uirgo. de pindarico. pindaricum trimetro brachicatalecto ut est hoc medium *S* 17 marte *P* tibris *S* 19 carmen *P*ȿ docti locorum *P* dactiloquorum *N* dactilicorum *S* 21 latet ȿ deces *P* speciem *S* 23 quate] quā *S* cape ȿ 26 almo rosa *P* cinyreiadę *N* cinyreidę *P* enireiades *corr.* — dę *S* cinara genito ȿ cineri adolete *Putschius* 27 acatalecto ȿ 28 date uina bona mihi *Putschius* tot alto loui ȿ tot alta chius *Laurentianus* tota Lyaee tibi *Santenius*

p. 1822. 23 P. p. 372. 73 G.

DE CHORIAMBICIS.

Metra choriambica principaliter constant choriambo; verum quod durius suo pede claudantur, accipiunt in fine antibacchum. sed ex multis haec quattuor usui tradenda subieci.

De aristophanio. aristophanium constat monometro et antibaccho, ut est hoc,

purpureos tyrannos.

De anacreontio. anacreontium constat dimetro et antibaccho, ut est hoc,

Vergilius Mantua quem creavit.

De sapphico. sapphicum constat trimetro et antibaccho, ut est hoc,

dulcisonae Pierides versifico favete. ‖

De callimachio. callimachium constat tetrametro et antibaccho, ut est hoc,

armipotens Mars genitor Romulidarum venias precamur.

DE ANTISPASTICIS.

Metra antispastica principaliter constant antispasto; verum saepe prima parte, qua iambum tenent, spondeum libenter accipiunt. sed ex plurimis quattuor usui tradenda subieci.

De panico. panicum constat trimetro brachycatalecto, ut est hoc,

Fauni semideum numen adest.

De anacreontio. anacreontium constat trimetro catalectico, ut est hoc,

curas mitificant dona Lyaei.

De alcaico. alcaicum constat tetrametro brachycatalecto, ut est hoc,

Maecenas atavis Lydia quos fert genite.

De anacreontio. anacreontium constat tetrametro catalectico, ut est hoc,

infandum tetigit sidera carmen magicorum.

1 DE METRIS CHORIAMBICIS *P* DE CORIAMBICO *S* 2 constant choriambum *S* uero *PS* 3 claudantur *S* in finem *PS* amphibrachum et bacchium ς ex multis IIII haec tradenda *S* 5 et amphibracho siue bachio ς *itemque in reliquis choriambicis* 7 purpureus tyrannus ς 10 quę me creauit *P* 15 Romulidarum is da ueniam uenias *Santenius* romulidę te uenias *N* romulide (romylidę *P*) te uenias *PS* romulidarum ueniam *editio Calliensis* romulide da ueniam ς Romulidum ut uenias *Putschius* 16 DE METRIS ANTISPASTICIS *P* DE ANTISPASTICO *S* 17 constat *P* antispastum uero saepe *S* 19 quattuor] III *N* 20 de panicio panitium *S* Peanicum ς Phannium *Putschius* Phallicum *coniecit Santenius* 21 faun simideum nomen adest *S* faune simideum nomen ades *P* 22 brachicatalectico *Laurentianus* acatalecto *Santenius* 23 mitigant *P* letificant *S* liei *S* lyrae *Laurentianus* lyrae dulcis *Santenius* 24 De alcaico — magicorum] Alcmanium constat tetrametro acatalecto, ut est hoc, infandum tetigit sydera carmen magice uatis. Alcaicum constat tetrametro brachycatalecto, ut est hoc, Maecenas atauis lydia quos fert genite ς 25 micenas *S* Maecenas — 26 ut est hoc *om. Putschius* atauis *corr.* abauis *S* ludia *P* libia *S* fer ginite *P* 26 *Anacreontii tetrametri definitionem*, de Anacreontio — 27 magicorum, *hoc loco omissum inter ionica a minore* 464, 16 *transposuit S:* Alcaicum constat tetrametro acatalecto *Santenius* acatalectico *N* 27 tetigi *S* magici vatis *Santenius*

DE IONICIS A MAIORE.

Metra ionica a maiore principaliter constant ionico suo; verum tamen || et diiambum et ditrochaeum non recusant solutionemque patienter admittunt. sed ex plurimis tria usui tradenda subieci.

De hipponactio. hipponactium constat dimetro brachycatalecto, ut est hoc,

palmam cape victor.

De praxillio. praxillium constat trimetro brachycatalecto, ut est hoc,

fortis iuvenis sume coronam.

De sotadico. sotadicum constat tetrametro brachycatalecto, ut est hoc,

salpinx cane, tempus fugit, intende laborem.

DE IONICIS A MINORE.

Metra ionica a minore principaliter gaudent ionico suo ac raro alterius pedis patiuntur accessum. sed ex plurimis sex usui tradenda subieci.

De timocratio. timocratium constat dimetro catalectico, ut est hoc,

rosa veris specimen.

De anacreontio. anacreontium constat dimetro acatalecto, ut est hoc,

sapientes Amor odit.

De anacreontio. anacreontium constat trimetro catalectico, ut est hoc,

fuge virgo, fuge munus Veneris.

De sapphico. sapphicum constat trimetro acatalecto, ut est hoc,

sonat alta trabe fixus tibi nidus.

De phrynichio. phrynichium constat tetrametro catalectico, ut est hoc,

tibi veris fero donum, sola quod dant Veneri.

| De alcmanio. alcmanium constat tetrametro acatalecto, ut est hoc,

timor omnis docet artis, timor auget bona mentis.

1 *ionicorum a maiore definitio*, DE IONICIS A MAIORE — 11 laborem, *post metra ionica a minore*, DE METRIS IONICIS A MINORE — 26 mentis, *transposita est in PS*ς. DE METRIS IONICIS A MAIORE *P* DE IONICIS MAIORIBUS *S* 2 a *om. S* 3 diambum *N* diambocum *P* 4 sed ex plurimis *om. S* 7 palma *P* carpe *S* 8 de praxilio praxilium *NS* de praxillo praxillum *P* 10 de sotatico sotaticum *P* hoc *om. S* 11 salpina *P* alpina *S* canet *corr.* cane *N* canit *S* intendito laborem *Putschius* 12 DE METRIS IONICIS *P* DE IONICIS MINORIBUS *S* 12 a *om. S* gadent *S* ionico *om. S* ione *P* suos ac *P* 14 pedes *P* accessu *S* sed ex pluribus quinque *Putschius* 15 de timogratio timogratium *S* 16 veris] Veneris *Putschius* specimen. De anacreontio anacreontium constat tetrametro catalectico ut est hoc infandum tetigi sidera carmen magicorum (*cf. supra* 463, 26) de anacreontio. anacreontium constat dimetro *S* 17 Anacreontium] Alcmanium *coniecit Santenius in Terent. Maur. p.* 336 acatalecto ut est hoc catalecti sapientis *P* 18 sapiens *S:* sapientes — 19 ut est hoc *om. Putschius* 19 de anacreontio. anacreontium dimetro acatalectico *P:* Sapphicum *Santenius* trimetro acatalēc *N* 21 safficum constat trimetro catalecto 465, 25 DE MIURO Miurum constat ita — 467, 4 penultimae adcongruit sonat alta trabe *P* 22 tonat *S* trabes *S* nilus *S corr.* nidus *N* 23 De frynicio frynicium *N* de foenicio foenicium *P* de fricinio fricinium *S* phaletium ς 24 veris] fenus *Putschius* solae *Putschius* 26 omnes docet artes *S* docet] decet *P* mentis] meritis *S*

p. 1824. 25 P. p. 374. 75 G.

DE DISPERSIS.

Reliqua deinceps metra non ea lege qua superiora referemus. illa enim velut confusa digessi, haec velut dispersa collegi. sed ex plurimis quinque et viginti usui tradenda subieci.

De falisco. faliscum constat tribus dactylis et pyrrichio, ut est hoc,

docta falisca Serene reparas.

De pherecratio. pherecratium constat spondio dactylo spondio, ut est hoc,

reges purpura monstrat.

De glyconio. glyconium constat spondio choriambo pyrrichio, ut est hoc,

odi Parthenium nemus.

De asclepiadio. asclepiadium constat spondio, duobus choriambis, pyrrichio, ut est hoc,

vitae pars melior quam cito labitur.

De alcaico. alcaicum constat spondio, tribus choriambis, pyrrichio, ut est hoc,

pro fas Aeacides procubuit sub Paridis manu.

De elegiaco. elegiacum constat de penthemimeri prima heroica, secunda dactylica, ut est hoc,

maeret diffusis flens elegia comis.

De aeolico. aeolicum constat primo pede disyllabo quolibet et quattuor dactylis, ut est hoc,

Sappho conposuit male casta poemata.

De miuro. miurum constat ita ut heroicum, sed pyrrichio clauditur, ut est hoc,

mortem contemnunt laudato vulnere Getae.

De priapeio. priapeium constat de glyconio et pherecratio, ut est hoc,

Hellespontiacos tuum numen protegit hortos.

De phalaecio. phalaecium constat spondio, dactylo, tribus trochaeis, ut est hoc,

1 De diuersis metrorum generibus ς 2 efferemus *P* 3 comfusa *P* 4 subieci *corr.* subieciam *N* 5 De falisco — reparas] ityphallicum quod tetrametrum est constat tribus dactylis et pyrrichio, ut est hoc, qui serere ingenium uolet agrum ς 6 serene reparat *P* Pheronyme paras *Putschius* 7 dactylo et trochaeo ς 9 monstrant *P* 10 de glyconio gliconium *N* de gliconio gliconium *P* choriambico *P* 13 de asclepiadeio asclepiadeium *P: lacuna membranarum est in N* choriambis pyrrichiis *P* 15 vitae — 17 ut est hoc *om. P:* vitae pars melior *in lacuna om. N* 18 manum ς manus *P* 19 de penthimimere *P* de pentemimere *N* bina penthemimeri *Santenius* dipenthemimeri *coniecit idem in Terent. Maur. p.* 287 22 eulogicium ς eulogiacum *Putschius* 25 De miuro — 467, 5 congruit *hoc loco omissa post sapphicum metrum* 464, 21 *habet P* constat aut *corr.* constat ita ut *N* clauditur *om. P* 27 mortem] monte *P* contempnunt *N* 28 gliconico *P* 30 hellespontiacum tuum *N* hellespontiacos tuos *P* nomen *P* ortos *P* 31 de falecio falecium *NP* phaleucium ς 32 ut est hoc *om. P*

p. 1825. 26 P. p. 376. 77 G.

Hermus divitibus superbit undis.

| De sapphico. sapphicum constat trochaeo, spondio, dactylo, duobus trochaeis, ut est hoc,

Faune Nympharum metus et voluptas.

De saturnio. saturnium constat dimetro iambico catalectico et ithyphallico, ut est hoc,

Isis pererrat orbem crinibus profusis.

De archilochio. archilochium constat paroemiaco et ithyphallico, ut est hoc,

remeavit ab arce tyrannus vultibus cruentis.

De encomiologico. encomiologicum constat dactylica et iambica penthemimeri, ut est hoc,

carmina bella magis velim sonare.

De iambelego. iambelegum constat penthemimeri iambica et dactylica, ut est hoc,

fontes ligabant gramina laetificos.

De alcaico. alcaicum constat penthemimeri iambica et duobus dactylis, ut est hoc,

carmen relaxat taedia pectoris.

De alcaico. alcaicum constat duobus dactylis et duobus trochaeis, ut est hoc,

luna rubens zephyros minatur.

De archilochio. archilochium constat tetrametro bucolico et tribus trochaeis, ut est hoc,

linea piscator tibi concidit in profunda ponti. ||

De galliambico. galliambicum constat dimetro iambico catalectico et anapaesto vel spondio cum duobus iambis, ut est hoc,

tenera recrispat aura tremulos sinus freti.

De archilochio. archilochium constat penthemimeri dactylica et dimetro iambico *acatalecto*, ut est hoc,

sidera cuncta micant decore lucis aureo.

1 isthmos ς diditibus *P* 2 spondio *om. Putschius* 5 catalectico astimfallico *P* 7 perperat urbem *P* 8 constat partheniaco ς et stymfalico *P* 10 remeabat *P*ς 11 encomiumlogicum *N* aenitologium ς penthemimere *N* penthimimere *P* 13 uelim sonare ς belem sonare *in marg. add. N* bellem sonarem *P* 14 de iambilico iambilicum *P* penthimimere *P* pentemimere *N* 16 litigabant *corr.* ligabant *N* rigabant *P:* rigabant gramina laetifici *coniecit Santenius* gramine *corr.* -na *N* 17 alcaicum spondeum constat penthemimeri spondaica et duobus dactylis *Putschius:* alcaicum constat pentimemeri dactylica et duobus trochaeis, ut luna rubens zephyros comminatur. alcaicum constat pentimemeri iambica et duobus dactylis, ut est hoc, carmen relaxat tedia pectoris. archilochium ς penthimimere *P* pentemimere *N* 22 zefuro *P* 23 tetrametra bucolice *P:* tetrametro bucolico acatalectico ithyphallico tribus trochaeis ς 26 de calliambico calliambicum *P* 27 cum duobus trochaeis aut iambis *Putschius* ut est hoc *om. P* 28 tenella crispat aura teneros sinus freti *Santenius* 29 de archilochio — 31 aureo *om. P* pentemimere *N* 30 acatalecto *om. N, add. Santenius*

p. 1826 P. p. 377 G.

De archilochio. archilochium constat dimetro iambico *acatalecto* et penthemimeri dactylica, ut est hoc,

Indi Lyaeo dediti tympana iam quatiunt.

De echoico. echoicum est, quotiens sonus ultimae syllabae paenultimae congruit, ut est hoc,

exercet mentes fraternas grata malis lis.

De reciproco heroo. reciprocum heroum in sotadicum est, quotiens a fine scansus sotadicum facit, ut est hoc,

ire cupis si rus, mala vites omnia quaeso.

quaeso omnia vites mala, si rus cupis ire.

De reciproco iambico. reciprocum iambicum in elegiacum est, quotiens a fine scansus elegiacum facit, ut est hoc,

micant nitore tecta sublimi aurea.

aurea sublimi tecta nitore micant.

De ropalico. ropalicus versus est, cum verba, prout secuntur, per syllabas crescunt, ut est hoc,

rem tibi confeci, doctissime, dulcisonoram.

Habes, lector, in conpendio discendi manualem libellum, quem magis probabis, si tibi usus scribendi pretium voluptatis exsolvat.

1 constat ex dimetro *N* acatalecto *om. NP, add. Santenius* 2 penthimimere *P* pentemimere *N* 3 lyceo *P* 4 heroicum ς et coicum *Putschius* penultimae adcongruit *P* 6 mentis *P* gratia malis ς gratia rara *Putschius:* grata malis. lis reciprocos DE HEROICO INSOTATICO herous in sotaticum est quotiens ad finis scansus sotaticum facit *P* 9 cupit syrus *corr.* cupis si rus *N* cupimus *P* uites somnia queso *N* uitę somnia adeso *P* 10 quaeso omnia *lacuna perierunt in N* malas pirus *P* cupit *corr.* cupis *N* 11 reciprocus iambicus *P* in elegięo *N* 12 ad fines *P* 15 de rophalico rophalicus *N* eutropalicus ς prout se secuntur *N* 17 comfeci *P* concessi ς dulcis honorem ς: dulcisonora ΛΙΓΥΜΦΝ. Elogium serui grammatici siue uerba. habes *P* 18 in conpendia *N* dicendi *corr.* discendi *N* quem *om. N* 19 usu *N* pretium uoluptatis *N* pretium uoluptas *P* uoluntas ς pretium uoluntatis *codex Darmstadiensis et Santenius* exsoluat. marii seruii grammatici de centum metris feliciter explicit *N* exsolbat. EXPLICIT *P* exsoluat. MAURI gramatici seruii explanationum de centumetris libellus feliciter EXPLICIT *codex Darmstadiensis*

SERVII
DE METRIS HORATII.

SERVIVS FORTVNATIANO DN.

f. 35*. 36 cod. Par.

Superfluum, amice, fore putavi | et post Terentianum metra dig*erere*, *cum satis quae mihi lectio poetarum* aliud agenti obtulerat exposita viderentur. quare Horatium, cum in Campania otiarer, excepi, quem separatim mea per singulos cantus servata versuum replicatione tractares. et quia ille fidicen uno metri genere pluribus saepe utitur cantibus, satis erit semel ratione reddita ceterarum similitudinem primis versibus denotare. non mihi autem criminandum puto, si in tractatu Latinis Graeca miscuero, cum metrorum ratio huius linguae egeat sollertia et adprime his litteris *sit* erudita. vale.

Decem novem tantum odas variis Flaccus metrorum compositionibus texuit, quarum decem in primo carminum libro, in tribus reliquis singulas, in epodon sex repperi constitutas.

Prima igitur ode monocolos est. nam versus, qui asclepiadeus dicitur, constat spondio, duobus choriambis et pyrrichio; ususque est hac metri compositione cantibus tribus, quorum primordia subnotavi, Maecenas atavis edite regibus, Exegi monumentum aere perennius, Donarem pateras gratque commodus.

Secunda ode dicolos est tetrastrofos. primi enim tres versus, quibus nomen est safficis, constant trochaeo, spondio, dactylo et duobus trochaeis; quartus vero, qui adonius dicitur, dactylo et spondio pedibus terminatur. utitur autem hac metri compositione sex et viginti cantibus, quorum primordia subnotavi, Iam satis terris nivis atque dirae, Mercuri facunde nepos Atlantis, Quem virum aut heroa lyra vel acri, Vile potabis modicis sabinum, Integer vitae scelerisque purus, Parcius iunctas quatiunt fenestras,

Subscripta est discrepantia scripturae codicis Parisini 7530 4 diger * aliud. *scripturam lacuna membranarum haustam aequato numero litterarum quae perierunt restitui* 6 quem] quod 9 similitudine 11 egeat et sollertia atprime his litteris erudita 26 lura uel ari 27 sauinum

f. 36. 36* cod. Par.

O Venus regina Cnidi Pafique, Poscimus siquid vacui sub umbra, Persicos odi puer apparatus, Nullus argento color est avaris, Ne sit ancillae tibi amor pudori, Septimi Gades aditure mecum, Vlla si iuris tibi peierati, Rectius vives Licini neque altum, Otium divos vocat in patentis, Martiis caelebs quid agam Kalendis, Mercuri nam te docilis magistro, Herculis modo ritu dictus o plebs, Faune nymfarum fugientum amator, Non vides quanto moveas periclo, Montium custos nemorumque virgo, Impios parrae recinentis omen, Pindarum quisquis studet aemulari, Dive quem proles Niobea magnae, Est mihi nonum superantis | *annum, Phoebe silvarumque potens Diana.*

Tertia ode dicolos est distrofos. nam primus versus, cui glyconio vocabulum datur, constat spondio et duobus dactylis; secundus vero asclepiadeus est, cuius iam in prima ode dedimus rationem; ususque invenitur hac metri compositone duodecim tantum cantibus, ut subscripta monstrabunt, Sic te diva potens Cypri, Cum tu Lydia Telefi, Mater saeva cupidinum, Et ture et fidibus iuvat, Donec gratus eram tibi, Vxor pauperis Ibyci, Quantum distet ab Inacho, Intactis opulentior, Quo me Bacche rapis tui, Festo quid potius die, Intermissa Venus diu, Quem tu Melpomene semel.

Quarta ode dicolos est distrofos. prior enim versus, qui est archilochius, constat tetrametro heroico et trochaeis tribus; secundus vero penthemimeri iambica et tribus trochaeis similiter terminatur, ususque est hac metri compositione uno tantum cantu, cuius versus adscriptus est, Solvitur acris hiems grata vice veris et favoni.

Quinta ode tricolos est tetrastrofos. nam primi duo versus asclepiadei sunt, tertius vero trimeter est heroicus, quartus autem glyconius, cuius in tertia ode dedimus rationem; ususque est hac metri compositione septem tantum cantibus, quorum primordia subnotavi, Quis multa gracilis te puer in rosa, O navis referent in mare te novi [fluctus], Dianam tenerae dicite virgines, Vitat inuleo me similis Chloe, Quid fles Asteria quem tibi candidi, O fons Blandusiae splendidior vitro, Audivere Lyce di mea vota di.

Sexta ode dicolos est tetrastrofos. primi enim tres versus asclepiadei sunt, quorum iam meminimus, quartus glyconius; ususque est hac metri compositione novem tantum cantibus, quorum subnotavi principia, Scriberis Vario fortis et hostium, Pastor cum traheret per freta navibus, Quis desiderio sit pudor aut modus, * Nolis longa ferae bella Numantiae, Extre-

1 sub umura 3 ulla si uris 4 martis celeps 6 modo ritur dictus o pleps fugientium 7 periculo impios par parrae 8 pindari studeat emulari 9 niouea nouum annum — Diana *lacuna membranarum perierunt* 11 gluconio 13 reddimus traditionem 16 et turre 17 destet 20 archilochi 21 penthimimere 23 tantum] tamen 27 dedicimus 29 o naues teneres 30 similes 31 candidior fons blandusia et lycę 34 scribere 35 naualibus 36 *lacuna quam indicavi excidit versus principalis carminis* I 33 Albi ne doleas plus nimio memor

f. 36*. 37 cod. Par.

mum Tanaim si biberis Lyce, Inclusam Danaen turris aenea, Divis orte bonis optume Romyleae, Iam veris comites quae mare temperant.

Septima ode dicolos est distrofos. nam prior versus heroicus est, qui sex pedibus, dactylo scilicet et spondio *in*differenter positis, termina- tur, secundus vero tetrametro acefalo eius efficitur; ususque | est hac metri compositione tribus tantum cantibus, quorum primos versus adposui, Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen, Te maris et terrae numeroque carentis harenae, Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris.

Octava ode dicolos est distrofos. prior enim versus efficitur choriambo et palinbacchio; secundus vero constat ex epitrito secundo, duobus choriambis et palinbacchio; ususque *est* hac metri compositione uno tantum cantu, cuius primus versus adscriptus est, Lydia dic per omnes.

Nona ode tricolos *est* tetrastrofos. nam primi duo versus penthemimeri iambica et duobus dactylis finiuntur, tertius vero dimeter est iambicus hypercatalectus, quartus autem dactylis duobus et duobus trochaeis terminatur; ususque est hac metri compositione sex et triginta cantibus, quorum primordia subnotavi, Vides ut alta stet nive candidum, O matre pulchra filia pulchrior, Velox amoenum saepe Lucretilem, Musis amicus tristitiam et metus, Natis in usus laetitiae scyfis, Icci beatis non invides Arabum gazis, Quid dedicatum poscis Apollinem, Parcus deorum cultor et infrequens, * Nunc est bibendum nunc pede libero, Motum ex Metello consule civicum, Aequam memento rebus in arduis, Nondum subacta ferre iugum valet, O saepe mecum tempus in ultimum, Non semper imbres nubibus hispidos, Quid bellicosus Cantaber et Scythes, Malo et nefasto te posuit die, Eheu fugaces Postume Postume [et], Cur me querellis exanimas tuis, Bacchum in remotis carmina rupibus, Non usitata nec tenui ferar, Odi profanum vulgus et arceo, Angustam amice pauperiem pati, Iustum et tenacem propositi virum, Descende caelo et dic age tibia, Caelo tonantem credidimus Iovem, Delicta maiorum inmeritus lues, Aeli vetusto nobilis ab Lamo, O nate mecum consule Manlio, Caelo supinas si tuleris manus, Vixi puellis nuper idoneus, Tyrrena regum progenies tibi, Qualem ministrum fulminis alitem, Ne forte credas interitura quae, Quae cura patrum quaeve Quiritium, Foebus volentem carmina me loqui.

Decima ode monocolos *est*. versu enim, cui choriambico nomen datur, continetur et constat spondio, tribus choriambis et pyrrichio; ususque est |

1 siui ueris lycę aeneae diuisor te 2 iam beris 4 spondio differenter 8 mulier nigrissima barbis 9 octaba 11 est *om.* 13 est *om.* penthimimere 14 tertio uero 16 terminatus 17 o mater 18 pulchior 19 tristiam laetitia scyfi.sicce beatis beatis 20 galis 21 *lacuna quam indicavi versus principalis carminis* I 35 o diva gratum quae regis Antium *excidit* uiuendum 22 aequam mento 24 cantauer et scuthes 25 *carmen* II 15, iam pauca aratro iugera regiae, *hoc loco omissum cum praecedente carmine*, eheu fugaces Postume Postume, *continuatum legisse videtur grammaticus* 27 fepar 28 tiuia 29 lues] locus 30 ab almo manilio 32 interitura queq, cura 34 est *om.* cui choriambi cognomen datur et constat spondio tribus trochaeis et pyrrichio continetur ususque

f. 37*. 38 cod. Par.

hac metri compositione tribus tantum cantibus, ut subiecta monstrabunt, Tu ne quaesieris scire nefas quem mihi quem tibi, Nullam Vare sacra vite prius severis arborem, O crudelis adhuc et Veneris muneribus potens.

Vndecima ode dicolos est distrofos. nam prior versus cretico pede et monometro iambico terminatur, secundus vero trimeter est iambicus, sed claudus. iambicus autem versus non iambum solum sed et heroicos recipit pedes, locis scilicet inparibus [et dibracchi coniuncto]; ususque invenitur hac metri compositione uno tantum cantu, cuius primus versus ascriptus est, Non ebur neque aureum.

Duodecima ode monocolos est. metro enim quod ionico a minore fit continetur, quod quidem non numero pedum, sed sensus fine concluditur, atque ideo a multis synafia potius nominatur; ususque est hac metri compositione uno tantum cantu, cuius principium subnotavi, Miserarum est neque amori dare ludum.

Tertia decima ode dicolos est distrofos. nam prior versus heroicus est, sequens vero penthemimeres eius efficitur; ususque est hac metri compositione uno tantum cantu, cuius versus ascriptus est, Diffugere nives redeunt iam gramina campis.

Quarta decima ode dicolos est distrofos. prior enim versus trimeter est iambicus, secundus vero dimeter invenitur; ususque est hac metri compositione decem tantum cantibus, quorum primordia subnotavi, Ibis Libyrnis inter alta navium, Beatus ille qui procul negotiis, Parentis olim siquis impia manu, Lupis et agnis quanta sortito optigit, At o deorum quicquid in caelo regit, Quid inmerentis hospites vexas canis, Quoquo scelesti ruitis aut cur dexteris, Rogare longo putidam te saeculo, Quando sepositum caecubum ad festas dapes, Mala soluta navis exit alite.

Quinta decima ode dicolos est distrofos. nam prior versus trimeter iambicus *est*, secundus vero constat ex penthemimere heroico et dimetro iambico; ususque est hac metri compositione uno tantum cantu, cuius versus ascriptus est, Pecti nihil me sicut antea iuvat.

Sexta decima ode dicolos est distrofos. prior enim versus heroicus invenitur, secundus vero constat ex dimetro iambico et penthemimere heroico; ususque est hac metri compositione uno tantum cantu, cuius principium subnotavi, | Horrida tempestas caelum contraxit et imbres.

Septima decima ode dicolos est distrofos. nam prior versus heroicus est, secundus vero iambicus dimeter invenitur; ususque est hac metri

3 seberis arborem cludelis 7 et dibracchi coniuncto, *quae ab hoc loco aliena sunt, ad definitionem decimae odae pertinere videntur, ut ibi pro* et pyrrichio 470, 35 *scriptum fuerit* et dibrachy coniuncto 9 asscriptus 16 penthimimeres 17 uno tamen cantu asscriptus 18 sedeunt 20 dimetro inuenitur 23 sortitio 24 regit] sęuit quoquo caelestis uitis 25 dexsteris 28 est *post* iambicus *om.* penthimimenere 30 asscriptus inbeat 32 penthimimere heroica 33 uno tamen cantu

f. 38 cod. Par.

compositione duobus tantum cantibus, ut subiecta monstrabunt, Mollis inertia cur tantum diffuderit ĭmis, Nox erat et caelo fulgebat luna sereno.

Duodevicensima ode dicolos est distrofos. nam prior heroicus, secundus trimeter iambicus invenitur; ususque est hac metri compositione uno tantum cantu, cuius versus ascriptus est, Altera iam teritur bellis civilibus aetas.

Vnadevicensima ode monocolos est. constat enim *ex* trimetro iambico; ususque invenitur hac metri compositione uno tantum cantu, cuius principium subnotavi, Iam iam efficaci do manus scientiae.

His omnibus metris scripti sunt quattuor carminum libri, epodon carmenque saeculare. ceterum artis poeticae epistolarum et sermonum heroico iugiter continentur.

2 serenu 5 uno tamen cantu asscriptus 7 contra enim trimetrum iambicum est 12 heroico iungitur continentur EXPL.

SERGII

DE LITTERA DE SYLLABA DE PEDIBVS DE ACCENTIBVS DE DISTINCTIONE COMMENTARIVS

EXPLANATIONES ARTIS DONATI

SERGII

DE LITTERA DE SYLLABA DE PEDIBVS DE ACCENTIBVS DE DISTINCTIONE.

DE LITTERA.

p. 1825—27 P. p. 473 V.

Littera dicta est quasi legitera, eo quod quasi legentibus iter ad legendum ostendat vel quod scripta deleri possit. ideo || dixit partem minimam esse litteram vocis articulatae, quod, cum omnis oratio solvatur in verba, verba denuo solvantur in syllabas, rursum syllabae solvantur in litteras, littera sola non habet quo solvatur. ideo || a philosophis atomos dicitur. omnes igitur litterae sunt XX et III, quarum ista prima divisio est, vocales et consonantes. ex consonantibus subdivisio ista procedit, semivocales et mutae. vocales vero quinque hae sunt, a e i o u. dictae sunt autem vocales, quod per se prolatae et solae positae syllabam faciunt, ut amor ego itur omen unus. sane hae duae, i et u, tunc vocales esse desinunt, quando vel sibi vel ceteris vocalibus praeponuntur, ita ut supra se nullam aliam litteram

B codex olim Bobiensis, nunc Vindobonensis 16
F codex Frisingensis 81
P codex Parisinus 7530, *cuius discrepantia in commentario de pedibus adscripta est*
ς *editio Mediolanensis Parrhasii a.* 1504
praeterea ex codicibus interpolatis Sangallensi 876 *et Leidensi Voss.* 37. 8 *pauca adscripta sunt.*

1 INCIPIT DE LITTERA COMMENTA SERGII *B* INCIPIT COMMENTARIŪ SERGI DL' *F* Sergii in Donati Artem primam Comentaria ς 5 quod legentibus ς 6 partem minimam uocis esse litteram articulatae *F* 7 cum *om. F* 8 syllabae soluuntur in litteras littera autem non habet *F* 9 ideo etiam *codex Sangallensis* 10 sunt *om. F* 13 per se prolatae sunt et ς per se prolatae sonant et *Putschius et codex Sangallensis: lacuna membranarum perierunt in B* 13 itur *codex Sangallensis* igitur *Fς: lacuna est in B*

habeant in eadem syllaba, ubi ipsae praeponuntur: i, ut Ianus iecor iocus luno; item u, ut vanus Venus vita volat vultus. hae etiam duae, i et u, interdum in consonantium, ut diximus, transeunt potesta|tem, interdum expressum suum sonum non habent, i, ut vir, u, ut optumus. non enim possumus dicere vir producta i nec optumus producta u, unde etiam mediae dicuntur. et hoc in commune patiuntur inter se, et bene dixit Donatus has litteras in quibusdam dictionibus expressum suum sonum non habere. nam invenimus, ubi suum explicant sonum, ut virus rumor. u vero hoc accidit proprium, ut interdum nec vocalis nec consonans sit, hoc est ut non sit littera, cum inter q et aliquam vocalem ponitur. nam consonans non potest esse, quia ante se habet alteram consonantem, id est q; vocalis esse non potest, quia sequitur illam vocalis, ut quare quomodo. praeterea et hoc proprium habet u, ut digammon sonet, id est pingue quiddam, cum sibi ipsa praeponitur, ut servus vulgus. est autem [haec] digammos dicta Graecorum *lingua*, quod character eius ex duabus gammis fit. Aeolenses enim Graeci quibusdam sermonibus, ut pinguescant, istam digammon adponunt, ut pro Elena dicant Velena. sed hic Donatus arguitur, quod apud Graecos digammos hanc legem habet, ut u detracta nihil absit nomini, ut si de Velena tollamus digammon, remanet tamen integrum nomen, ut Elena; his vero nominibus si detrahatur u, integrum deperit || nomen, ut si de vulgus tollamus unum u et remaneat ulgus, quod non dicitur. | i vero litteram ideo dicit plurimos negare in una syllaba posse geminari, quod inveniatur istius litterae geminatio in hoc verbo, eo is: facit enim praeteritum perfectum ii. Latini omnes vocales dichronas habent, quem ad modum Graeci III, *α ι υ*. nam et producuntur et corripiuntur, sicut ater amor, erigit erit, itur item, omen opus, unus utique. his etiam adspirari solis quosdam ideo existimare dixit, quod non solum tunc h praeponitur, quotiens vocalis sequitur, sed etiam aliqua consonans, ut Thraso. vocalibus vero praeponitur, ut hasta heros hircus homo humus.

Semivocales dictae sunt, quod semis quiddam vocis habeant, et hanc legem habent, ut a vocalibus inchoent et in naturalem desinant sonum,

1 i *om. F, add. B* 4 u *om. B* ut optimus *F* optimus *corr.* ut optumus *B* 5 nec optimus *F* 8 ubi sonum explicant (*corr.* exprimunt *B*) suum *Bϛ* ubi expressum sonum explicant *codex Leidensis* 9 interdum nec consona nec vocalis sit *B* 10 aliam uocalem *F* 12 quare quia quomodo ϛ 14 sibi ipsi *B* autem] etiam *F* 15 haec *om. codex Sangallensis Leidensis Putschius* lingua *om. BFϛ* 17 pro helena *Fϛ* dicant] adieciant *F* 18 quod cum apud *B* habeat *Bϛ* 19 obsit *codex Sangallensis Leidensis* ϛ 20 ut helena *Bϛ* his autem *F* his ergo ϛ si trachatur *F* 21 deperiit *F* et remanet *F* remanet ϛ 22 dixit ϛ *codex Leidensis* 26 erigit *codex Leidensis* est rigit *Sangallensis* eregit *BF* egit ϛ igitur item *F*itur item *codex Sangallensis* item itur *Leidensis* itur irem ϛ: *lacuna est in B* 28 aliqua consonans praecedens ut thoas ϛ 29 praeponitur *om. F, add.* ϛ *codex Sangallensis*: *lacuna est in B* hircus homo humus *codex Sangallensis et Leidensis* hircos herimus . . unus *corr. al. man.* hircus heremus homo humus *F: lacuna est in B*

p. 1828. 29 P. p. 475. 76 V.

ut ef el em en er es ix. his si detrahamus vocales, habent tamen velut quendam sui levem sonum. ante liquidas de semivocalibus f sola praeponitur et de mutis b c d g p t; et necessario sublatis quinque vocalibus, quae ante liquidas ita praeponuntur, ut liquidae postpositae non liquescant; sublatis etiam ipsis liquidis, quae sibi aut numquam praeponuntur aut, si praepositae fuerint, liquidarum iura deperdunt, ut Mnestheus; sublato etiam s, quod liquidis numquam praeponitur; remotis etiam x k q h y z, remanent quae necessario liquidis praeponuntur septem, f semivocalis et mutae VI b c d p g t, ut flos bruma crimen Drusus Plinius gloria trahit frigus blandus clarus primus gradus tritus. nam ante l numquam invenimus d, | verum in paucis t, ut exantlavit, quod in Plauto lectum est, hoc est exhaurivit, et Tlepolemus siquis vocetur. mutae sunt quae a se incipiunt et desinunt in vocales. mutae autem dictae sunt, quod sublatis vocalibus nullum habeant sonum. k vero et q, quae non nullis superfluae videntur, hanc habent rationem, ut k tunc praeponatur, quando a sequitur. sed hoc in paucis nominibus observatur, ut Kalendae Karthago. q vero, quam antiqui, quotiens || u sequebatur, praeponebant, praesenti usu tunc, cum post u aliqua ex vocalibus fuerit secuta, praeponi debet, ut quando quendam quia quoniam, et iuxta antiquos equs; alias enim per c quam per q scribendum est, ut cur cum. h propter hoc non nulli excludendam putant, quod magis pro signo adspirationis quam pro littera poneretur. nam quem ad modum Graeci adspirationis notam hanc habent ⊢, quam *δασεῖαν* vocant, ad huius similitudinem et *ψιλήν* ⊣, nos his sociatis adspirationis facimus notam H, cuius si medium separes, invenies notas esse Graecorum, quae contra se positae ⊢⊣ notam nobis adspirationis, ut diximus, efficiunt. x quoque ideo exclusione digna visa est, quod quasi una consonans contra litterarum legem duarum consonantium vim tenere desiderat. y autem et z ideo non numerantur in Latinarum numero litterarum, quod causa Graecorum nominum repertae sint, quarum

1 ex *codex Sangallensis, corr.* ix *B* si trahamus *F* uel quendam *B*: uelut quendam uel leuem sui sonum *codex Sangallensis* 6 iura deperdunt (dependunt *corr.* deperdunt *B*) *B codex Sangallensis* ς iura deperiunt *codex Leidensis* iure deperiunt *F* iure depereunt *Putschius* mnesteus *B* mnesthes *F* 7 remanent hae septem quae necessario liquidis (liquidae ς) praeponuntur *F*ς 9 flos *om. F* plenus gloria clarus frigus blandus primus gradus tritus *F* 10 nusquam *B* inuenimus t uerum (*corr.* inuenimus d t uero) in paucis ut *B* inuenimus d t uero in paucis ut *codex Leidensis* ς inuenimus d t nisi in paucis *Putschius* 11 in platone *F*: *Plaut. Stich.* I 3, 116 (273 *R*) 12 exhauriuit *B codex Leidensis* ς exauriit *F Putschius* exausit *codex Sangallensis*: *cf. Non. p.* 292 *Placid. gloss.* (*class. auct. ed. Mai t.* III) *p.* 458 *Paul. exc. Fest. p.* 80 *M* tlepolemus *codex Sangallensis Putschius* tleptolemus *F* thleptolemus *B* tlepolemi ς uocetur sic *B* 16 hoc paucis obseruatur *F* 17 praesenti usu] praestantius est ut *F*ς 18 debeat *F*ς 19 equus *BF* aequus *Putschius* 20 non per q scribendum est ς quam per q scripserunt *Putschius* h autem *F* 21 putauerunt *codex Sangallensis* quę magis *F* 23 dasian *B* dasen *F* psilen *B* silen *F* nos *om. B* 24 fecimus *codex Sangallensis* ς 25 nobis notam adspirationis efficiunt *F* 29 quod] pro *F*: quae graecorum nominum causa ς repertae sunt *F*

p. 1829. 30 P. p. 477. 78 V.

unam vocalem y, alte|ram duplicem consonantem z Graeci esse voluerunt. illud praeterea astute nobis datur intellegi, quod, cum omnium consonantium ista natura sit, ut quaedam earum ab e incipiant et in se desinant, quaedam a se inchoent et in e desinant, istae solae repertae sint, x h k q y z, quae nec ab e inchoant nec in e desinunt. postremum illud animadvertendum est, quod uni cuique litterae accidit nomen, quo vocetur, character, quo figuretur, potestas, qua intellegatur an sit vocalis an consonans an semivocalis an muta an liquida.

DE SYLLABA.

Syllaba dicta est ex interpretatione Graeca quasi *ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν τὰ γράμματα*, ab eo quod conplectatur et conglutinet litteras. unde in quaestionem illud venit, quare una vocalis syllaba dicitur. intellegendum est tamen quod hoc sibi abusive, non ratione deposcat. est etiam syllaba temporum capax, quia aut brevis est et unum suscipit tempus, aut longa et duo. omnes igitur syllabae aut longae sunt aut || breves aut communes. sed longae duobus modis fiunt, natura et positione: natura aut diphthongo, ut ae oe au eu ei, aut singularum vocalium productione, ut a e i o u. positione modis quattuor fiunt, cum aut correpta vocalis in duas desinit consonantes, ut amnis, aut in unam duplicem, ut axis, aut in alteram consonantem et alteram vocalem loco consonantis positam, ut at vates, at Venus, aut in i positam inter duas vocales, ut | Pompeius. breves illae sunt quae horum nihil habuerint. communes vero modis fiunt VIIII. primus modus est, cum correptam vocalem duae consonantes secuntur, quarum prior debet esse muta, quam liquida sequitur: est enim longa in hoc, ‘vasto Cyclopis in antro’; brevis in hoc, ‘vastosque ab rupe Cyclopas’. secundus modus est, cum correptam vocalem similiter duae consonantes secuntur, quarum prior sit f semivocalis et sequens liquida: est enim longa in hoc, ‘toto proflabat pectore somnum’; brevis in hoc, ‘neve flagella’. tertius modus est, cum correptam vocalem duae consonantes secuntur, quarum prior est con-

1 consonantem *om. B et codex Sangallensis* 3 in se dissinunt *F* 4 quaedam a se inchoent et in e desinant *om. B* inchoant *F* incohent ς desinant ς dissinunt *F* repertae sunt *F* 6 accedit *B* accedat *codex Sangallensis* 7 caracter *B* carecter *F* anne sit uocalis an muta an liquida (*rell. om.*) *B* 9 INCIPIT DE SYLLABIS Syllaba dicta est *F* DE SYLLABA Dicta est syllaba *B* 10 quasi syllabanita ab eo *B* quasi bannita ab eo *F* *ἀπο του συλλαμβανειν τα γραμματα* eo ς 11 conclutinant *corr.* -nat *F* 13 tamen *om. B* rationē diposcat *F* 14 quia] quae *F* 16 modis sunt *B* 17 singularium *F* 18 ut ae . o . e positione *F* aut cum correpta uocalis in duas consonantes dissinit *F* 20 et *om. B* 21 ut uates uenus *B* 22 breues syllabae sunt quibus nihil horum accidit *F* 24 sequitur *om. B* muta et sequens liquida *codex Sangallensis* 25 vasto] *Verg. Aen.* III 617 ciclopes *F* 26 uastoque *F*: *Verg. Aen.* III 647 ciclopes *F* 27 similiter *om. F* prior sit f semiuocalis ς prior sit semuocalis *F* priore cons. semiuocalis *corr.* prior sit semiuocalis *B* 28 toto] *Verg. Aen.* VIIII 326 29 neue flagello ς: *Verg. georg.* II 299 30 est *om. F*

sonans et sequens h, quae a plerisque adspirationis creditur nota: est enim longa in hoc, ‘terga fatigamus hasta’; brevis in hoc, ‘quisquis honos tumuli’. quartus modus est, cum correptam vocalem duae consonantes secuntur ita, ut prior sit s littera: est enim longa in hoc,

unde scissa coma est aut unde spissa corona;

brevis in hoc, ‘ponite spes sibi quisque’. quintus modus est, cum correpta vocalis in unam desinit consonantem, quae partem terminat orationis: est enim longa in hoc,

omnia vincit amor et nos cedamus amori;

brevis in hoc, ‘hic amor hoc studium’. sciendum est quod, etsi haec vocalis non desinat in unam consonantem, sed nuda sit, saepe communem syllabam facit: est enim longa in hoc,

dona dehinc auro gravia sectoque elephanto;

brevis in hoc, ‘talia dicta volant’. sextus modus est, cum diphthongon vocalis sequitur: est enim longa in hoc, ‘Musae Aonides’; brevis in hoc, ‘insulae Ionio in magno’. septimus modus est, || cum vocalem solam naturaliter longam vocalis alia sequitur: est enim longa in hoc,

o utinam in thalamos invisi Caesaris issem;

brevis | in hoc, ‘sub Ilio alto’. octavus modus est, cum pronomen c littera terminatum vocalis sequitur: est enim longa in hoc, ‘hoc erat alma parens’; brevis in hoc, ‘solus hic inflexit sensus’. nonus modus est, cum correptam vocalem sequitur z: est enim longa in hoc [ut], ‘Mezenti ducis exuvias’; brevis in hoc, ‘nemorosa Zacynthos’. sciendum est etiam quod et x communem syllabam facit, sicut et z Graecum: est enim longa in hoc,

nox ruit et fuscis tellurem amplectitur alis;

brevis in hoc,

pontibus instratis conduxit litora Xerxes.

sed hoc in nominibus Graecis. metrici syllabam semipedem vocant, ut in

2 terga] *Verg. Aen.* VIIII 610 quisquis] *Verg. Aen.* X 493 5 unde scissa coma est aut unde spissa corona *codex Sangallensis* unde scissa (*corr.* spissa) aut unde spissa (*corr.* scissa) corona *B* unde spisa (*corr.* spissa) coma aut unde spisa (*corr.* spissa) corona *F* unde scissa coma vel vade spissa corona ϛ: *Terentian. v.* 1103 6 ponite] *Verg. Aen.* XI 309 9 omnia] *Verg. bucol.* 10, 69 caedamus *BF* 10 hic amor] *Verg. Aen.* XI 739 13 dona] *Verg. Aen.* III 464 elifanto *F* 14 talia] *Verg. Aen.* X 583 vesano talia late Dicta volant Ligeri diptongon uocalis *F* dyptōn una uocalis *B* 16 insolae *F*: *Verg. Aen.* III 211 17 alia *om. B*ϛ 19 o utinam] *Lucan. Pharsal.* VIII 88 20 sub] *Verg. Aen.* V 261 21 hoc] *Verg. Aen.* II 664 22 solus] *Verg. Aen.* IIII 22 23 z ut mezenti duces *codex Sangallensis* z ut mezentius *codex Leidensis* 24 mezentii *F*: *Verg. Aen.* XI 7 nemorosa] *Verg. Aen.* III 270 zachyntos *B* zacintos *F* 25 sicut z graecorum *codex Sangallensis* 27 nox] *Verg. Aen.* VIII 369 inruit *corr.* ruit *F* complectitur *B* 29 extructis *corr.* intratis *B*: *cf. Pompei. p.* 52 30 sed (*superscripto in B* sciendum, *quod postea deletum est*) hoc in nominibus graecis metrici *B et codex Sangallensis* sciendum est hoc inomnibus grecis Maetrici *F* sed hoc in nominibus graecis inuenitur Sciendum est hoc quod metrici *codex Leidensis*

caesuris penthemimere et hephthemimere, quas utrasque in primo versu Aeneidorum esse reperimus ita, ‘*arma virumque cano*’, *item* arma virumque cano Troiae.

DE PEDIBVS.

Pes dictus est, quo quasi metrorum gressus incedat. aliter dictus est pes, quod hoc quasi pedali regula ad versum utimur mensurandum. metimur enim heroicum et dicimus ‘VI pedum est’; metimur Sapphicum et dicimus V, et ceteros. igitur necesse est pedem unum quemque in se habere certum cum temporibus numerum syllabarum, ut est spondeus; habet enim II syllabas et tempora IIII; item dactylus III syllabas et tempora IIII; item proceleumaticus IIII syllabas et tempora IIII, et ceteri qui cum his supra scripti sunt. scire etiam debemus quod uni cuique pedi accidit | arsis et thesis, hoc est elevatio et positio; sed arsis in prima parte, thesis in secunda ponenda est: numerus etiam syllabarum et tempus, ut supra dictum est: resolutio, ut si pro spondeo proceleumaticus ponatur, ut est apud Vergilium ‘genua labant’; solvuntur enim duae longae in quattuor breves, quae spondeum || solis facere solent temporibus. figura etiam accidit pedi, ut si velimus spondeum figurare his notis – –, pyrrichium his ⏑ ⏑, sicut etiam apud Graecos fiunt: metrum quoque, ut ex spondeo spondiacum, ex trochaeo trochaicum, ex iambo iambicum nuncupatur.

Igitur pedes disyllabi hi sunt, pyrrichius spondeus iambus trochaeus; trisyllabi hi, tribrachus molossus anapaestus dactylus amphibrachus amphimacrus bacchius palimbacchius; duplices hi, proceleumaticus, dispondeus, diiambus, ditrochaeus, antispastus, choriambus, ionicus minor, ionicus maior, paeon primus, paeon secundus, paeon tertius, paeon quartus, epitritus primus, epitritus secundus, epitritus tertius, epitritus quartus. ex quibus alii pedes vel synzugiae nasci iudicantur. synzugia est ex variis pedibus velut in unum pedem collecta conclu|sio. nam inventa est propter haec verba, quae nec disyllaborum nec trisyllaborum nec quadrisyl-

1 pentimemire et eptimemire *F* pentimimeren et eptimimerae *B* quas utrasque *codex Sangallensis* quas utrique *corr.* quas utrasque *F* quae utraque *B* quas utique *codex Leidensis* 2 ita *F* ut *B* arma uirumque cano item *om. BF, add.* ς 4 DE PEDIBUS — 482, 4 syllabas mittunt] *adscripta est discrepantia scripturae codicis Parisini* 7530 (*P*) 5 quod quasi *F*ς dictus pes *B* pes dictus est *P* 6 hoc *om. P*ς mensuram *P* 7 enim uersum hieroicum *F* 8 pedem unumquemque *P* pedum unumquemque *F* unumquemque pedem *B* 9 est *om. F* 12 cum his uel supra *P* scripta *corr.* -ti *F* 13 accedit *B* accidat *P* elatio *B* 15 et *om. P* 16 apud Vergilium] *Aen.* XII 905 17 solis fecere temporibus *P* 18 accedit *B* 19 metrumque ut *P* metrum quod *BF* 20 ex spondeo spondeaicum *F* 22 disyllabi sunt quattuor pyrrhichius qui et chorios et periambo dicitur et egemon spondeus *P* 23 trisyllabi octo hi tribrachus *P* trissyllabi tribracus *F* tribrachis *B* amphibrachis *B* 24 palimbaccius *B* palinbacchius *P* antibachius *F* duplices sedecim hi *P* duplices hi sunt *F* 25 diambus distrocheus *BF* 28 pedes uel sinzugiae (senzugiae *F*) nasci iudicantur *BF* pedesue synzygiaeue nascuntur *P* synzugia *corr.* sinzugia *B* synzygia *P* senzugia *F* 29 ueluti *P* 30 nec disyllabarum nec trisyllabarum nec quadrisyllabarum *BF*

p. 1832–34 P. p. 481. 82 V.

laborum esse potuerunt, ut puta si dicamus aedificium aedificatio ratiocinatio. haec, quia sunt integra posita, nulli conveniunt pedi: excedunt enim IIII numerum syllabarum. || synzugiae vocantur, quod divisae pro dividentis arbitrio pedibus signentur, ut si velimus dividere hoc nomen in duos dactylos, aedifi catio, iterum in choriambum et pyrrichium, aedifica tio, et cetera huius modi. verum si novem syllabarum nomen incurrerit, ita dividimus, ratioci nationi bus, in paeonem tertium et ditrochaeum et semipedem; aut ita, ratio cinati onibus, in anapaestum et amphibrachum et dactylum, et alia huius modi. [pedes disyllabi secum iuncti hos de se duplices XVI creant tali schemate.]

Omnes pedes tres divisionum formulas tenent, sed has quae ad grammaticos pertinent. nam amphibrachus, qui excipitur a Donato, habet divisionem quae dicitur tripla; epitriti, qui ab eodem excipiuntur, habent divisionem quae epitrita dicitur. ergo his quinque pedibus exceptis sciendum est quod in reliquis pedibus istae sunt divisiones tres, quarum prima aequa, secunda dupla, tertia sescupla dicitur. et est aequa divisio in his pedibus, qui soluti tot tempora habent in arsi, quot in thesi, ut est dactylus. dupla est, quotiens altera pars alteram partem duplo vincit, et est in his pedibus, | trochaeo et iambo: nam prima syllaba duo tempora habet, sequens unum, vel contra. sescupla est, quotiens altera pars alteram partem dimidietate dupli vincit, quae idcirco dicta est sescupla, quia plus ab aequa significat, minus a dupla. aliud est enim, cum duo sunt contra unum (plus enim laborat illa pars, quae unum habet contra duo), aliud est, cum tria veniunt contra duo. scire etiam debemus quod aequam divisionem possumus vocare dactylicam, duplam iambicam, sescuplam paeonicam.

Inveniuntur in uno quoque metro pedes qui dicuntur nothi, idcirco quod velut adpositi a dignitate metri degenerent, ut est in versu heroico trochaeus anapaestus proceleumaticus. nam legitimi sunt in heroico spondeus et dactylus, qui tamen et ipse non fuit || ante legitimus, sed factus est ex solutione secundae syllabae spondei. pedes simplices ideo dicti sunt, quod non sint ex pedibus aliis compositi, sed natura, et usque ad ternas syllabas tendunt. si enim usque ad quattuor dixerimus, iam non

1 aedificatio ratio ratiocinatio *P* aedificatio orationibus (oratio *corr.* orationibus *B*) ratiocinatio *BF* 2 haec quae sunt *F* haec sunt nomina quae *Putschius* 3 synzygiae *P* sinzygiae *B* senzugiae *F* diuisa *P* 4 signentur] syzyzonte ς, *unde* συζυγῶνται *editor Vindobonensis* 5 aut iterum *P* 7 in peon tertium et distrocheum *F* 11 formas *F* has quas *F* 12 anfibrachis *F* 13 qui ex eodem *F* 16 dupla est *B* 17 dactylus *Putschius* dactylica *BP*ς dactalica *F* 18 partem *om. BP* 21 partem *om. F* dimedietate *B* demedietate *F* 22 minus dupla alid *P* 24 tria *P corr.* tres *B* tres *F* 27 pedes ignobiles qui nothi uocantur *Putschius* 28 quod uelut oppositi a dignitate metri degenerent *P* quod adpossiti a dignitate metri se degenerent *F* quod uelut adpositi dignitatem metri et redigerent *corr.* quod adpositi a dignitate metri redigerent *B* 29 sunt in heroico *P corr.* sunt in heroico uersu *B* hi sunt *F* 32 sed natura usque ς *codex Leidensis* 33 iam *om. F*

sunt simplices, sed ex disyllabis facti duplices. qui duplices non amplius quam senarum syllabarum esse monstrantur. et re vera, siquidem trisyllabos constat usque ad ternas syllabas posse conscendere, qui utique geminati iure duplices usque ad sex syllabas mittunt.

DE ACCENTIBVS.

Tenores sive accentus dicti sunt, quod naturalem unius cuiusque sermonis in vocem nostrae elationis servent tenorem. dictus autem accentus est quasi adcantus iuxta Graeci nominis interpretationem, quod prosodia dicitur Latine adcantus. sunt omnes accentus Latini VIII, acutus, qui fit ita /, gravis ita \, circumflexus ita ^, factus scilicet de utroque, longus ita –, brevis ita ⏑, hyphen ita ⏑, diastole ita), apostrophus ita ’. verum hoc interest inter diastolen et apostrophum, quod apostrophus ad caput litterae ponitur, diastole vero ad imam partem. hoc ideo diximus, ne cui harum similitudo notarum aliquid erroris adferat. his ita se habentibus sciendum est quod acutus et gravis et circumflexus soli sunt qui, ut superius diximus, naturalem unius cuiusque sermonis in vocem nostrae elationis servent tenorem. nam ipsi arsin thesinque moderantur, quamquam sciendum est quod in usu non sit hodierno gravis accentus.

Verum lex accentuum ita est, quod syllabae in quibus isti poni deb|eant a fine numerantur. nam si quantarumvis sermo sit syllabarum, circumflexus non tenebit ultra nisi paeneultimum locum. acutus accentus in Latinis non tenebit nisi paeneultimum et antepaeneultimum lo|cum: paeneultimum tunc in disyllabis, cum prior fuerit vel correpta vel positione longa, vel cum ambae naturaliter longae fuerint, vel cum ambae || breves. ita fit ut in disyllabis cum acuto accentu hi pedes coniuncti sint, trochaeus positione factus, iambus, pyrrichius, spondeus. in trisyllabis vel in quantovis numero syllabarum tunc est acutus, cum tres syllabae a fine breves naturaliter fuerint, ut anima macula, vel quidquid horum inventum fuerit, quae in disyllabis ante docuimus. ita fit ut in trisyllabis hunc eundem accentum cognoscamus in tribracho, molosso, cuius ambae a fine syllabae aut naturaliter longae fuerint aut positione, aut prior positione longa, dactylo, anapaesto, amphimacro, amphibracho,

1 sed et ex *P* 2 quam *om. P* siquidem trisyllabas *B:* siquidem constat simplices pedes usque ꝯ *codex Leidensis* 7 in uoce nostrae eleuationis seruant *codex Leidensis* 8 est *om. F* iuxta interpretationem greci nominis quod prosodian dicitur (*rell. om.*) *F* iuxta graecam nominis interpretationem quod est prosodia dicitur latine adcantus *corr.* iuxta interpretationem sermonis graeci prosodia quod dicitur latine adcantus *B* 9 sunt autem omnes *F* 12 diastole et apostrophon *F* 15 acutus grauis circumflexus *corr.* acutus et circumflexus *B* acutus et circumflexus *F* 16 in uoce nostrae eleuationis seruant *codex Leidensis* 17 arsin et thesin *F* 20 moderantur *F* 24 cum *post* vel *utroque loco om. F* 26 sunt *F* 27 tres ipsae *B* tres ipsae syllabae ꝯ *codex Leidensis* 29 horum exemplorum inuentum *F codex Leidensis* ut trisyllabi *corr.* ut in trisyllabis *B* 30 cognoscamus tribrachi molosus (*corr.* moloso) *B* agnoscimus in tribracho et moloso *F* 32 in dactilo in anapesto et anfimachro in anfibracho *F*

p. 1835. 36 P. p. 484—86 V.

cuius tamen media fit positione longa, bacchio naturali et antibacchio, cuius item media fit positione longa. hucusque dictum est, in trisyllabis eius modi qui esse possint accentus. nunc dicendum est, in qua parte trisyllabi acutus sit ponendus. in trisyllabis antepaeneultima accipit accentum, etiam si paeneultima sit longa positione ex muta et liquida, ut latebrae colubri; in tribus longis paeneultima, ut Maecenas. ubi antepaene|ultima brevis fuerit, paeneultima vero longa, in paeneultima ponendus, ut amicus. sane sciendum est quod monosyllaba pars orationis, quae vel naturaliter brevis est, ut et que, vel positione longa fit, acutum habebit accentum, ut núx fáx.

Circumflexus accentus in disyllabis vel in trisyllabis vel in quantovis numero syllabarum paeneultimum sibi tantum vindicat locum, et hac lege, ut, ubi fuerit hic accentus, paeneultima sit naturaliter longa. ita fit ut huic accentui trochaeus naturaliter longus convenire videatur. item monosyllaba pars orationis tunc istum habebit accentum, cum longa fuerit natura tantum, ut sôl dôs.

Gravis vero accentus cum acuto et circumflexo accentu poni poterit. possumus enim in eo quod est Càtúllus gravem ponere accentum cum acuto in antepaeneultima. item cum circumflexo ita ponitur, ut Cèthêgus. verum quia necesse non est ut cum reliquis ponatur, fiet scriptoris || arbitrio. sed hic gravis accentus non habet communionem eandem cum ceteris, quam cum circumflexo et acuto. quam si tamen et cum ceteris habuerit, non habet nisi per istos, ut malesánus intereáloci. sed nequis putet in huius modi sermonibus quattuor esse accentus, hyphen aut acutum aut circumflexum aut gravem, siquidem dicit in conpositis dictionibus unum accentum esse debere non minus, quam in una parte orationis. sed sciendum | est quod modo hyphen pro distinctione ponatur, gravis pro superfluo scriptoris arbitrio, ut supra dictum est. restat igitur ut ex illis legitimis duobus iure dictionis positus dicatur accentus. scire autem debemus quod nullum barbarum nomen vel verbum aliquod peregrinum nec interiectio certum poterunt accentum tenere. nam in barbaricis nominibus nulla sui ratione sunt, sed quali volumus, sane non aspero, proferamus accentu. Graeca autem suis accentibus pronuntianda esse noscamus.

Accentuum autem saepe dissipat legem vel distinctio, ut, cum debeat

1 cuius tamen positione media fit longa *B* cui tamen media positione longa *F* in bachio naturali et in antibachio cui *F* 2 positione fit *B* 3 huius modi qui esse non possint *F* in qua parte in trissyllabis *F* 4 in tribus syllabis *B* 6 in tribus syllabis longis natura peneultima *F* in tribus longis penultima acuitur ς 7 uero sit longa *F* 8 *fortasse* amicis 9 breuis est aut q. possitione longa sit *F* fit longa ς sit longa *B* 18 catellus *F* 20 cum reliquis accentibus *Putschius* fiat *F* fit ς 21 cum ceteris accentibus ς 23 habet *om. B* 24 sermonibus *B* dictionibus *F* 25 dicit *B* dixit *F* 27 quo modo hyfin *F* 28 pro superfluuio *F* 29 legitimis duobus iure in dictione (*corr.* in dictionis) positus *B* legitimus duobus accentibus iurae dictionis possitus *F* 31 potuerunt *F* 32 sunt *om. B*

dici sub hyphen malesanus, male quis distinguendo dicat separans male sanus; vel pronuntiatio, ut, cum dicere debeamus látebras, legendo versum quis dicat

inpulerat ferro Argolicas foedare latébras

acute producens; vel necessitas separandi verba similia, ut, cum dicere debeamus póne, ut paeneultima habeat accentum, quia nullum Latinum verbum est in ultima syllaba habens accentum, necessitate ducti, ne putetur modus imperativus ab eo quod est pono, dicamus poné, ut adverbium significet loci: vel similiter ergô, ut intellegatur pro eo quod est causa, ut in Vergilio ‘illius ergo venimus’, id est ‘illius causa venimus’.

Hyphen est nota, quae duo verba iungit ac nectit supposita, quae ducitur a praecedentis verbi fine usque ad initium sequentis, ut interea loci, cum tamen usus exegerit. | diastole est nota contraria hyphen. hac enim vitiose coniuncta separamus, et ponitur ad imam partem litterae, quasi retinens, ut ‘ereptae virginis ira’ et ‘viridique in litore conspicitur sus’. apostrophus est nota || similiter facta ut diastole, sed ad summam partem litterae posita, scilicet consonantis, quae quasi sub vocali motu velata suspenditur. scire etiam debemus Graecorum δασεῖαν et ψιλήν ⊢ ⊣ notam adspirationis modo positam modo sublatam simulare.

DE DISTINCTIONE.

Dicta distinctio est vel positura, quod positum punctum distinguit nostram orationem, et cum distinctio species sit positurae, tamen abusive pro ipsa positura, hoc est pro ipso genere, accipimus distinctionem. nam cum sit codex emendatus distinctione, media distinctione, subdistinctione, dicitur tamen codex esse distinctus. est igitur distinctio punctum adpositum ad caput litterae plenae sententiae. subdistinctio est punctum || adpositum ad imam partem semiplenae orationis. media distinctio est punctum adpositum mediae sententiae suspensae propter respirationem. sciendum est autem quod in lectione textus unius sensus periodus nominatur, ut est ‘nihilne te nocturnum praesidium | Palatii, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil omnium bonorum concur-

4 impulerat] *Verg. Aen.* II 55 9 ut intellegitur *F* 10 in Vergilio] *Aen.* VI 670 14 exigerit *BF* 16 erepta, (*corr.* ereptae,) uirginis *B* erreptae (*corr.* erepta,) euirginis *F*: *Verg. Aen.* II 413 et — sus *om. B*: *Verg. Aen.* VIII 83 17 conspicit.ur, sus *F* 19 uelato *corr.* uelata *F* scire etiam *F* scire autem *B* debeamus *corr.* debemus *F* dasiam (*corr.* dasian) et psylen *B* dasen et silen *corr.* dapsen et psilen *F* 20 simulare. h. H *F* assimilare *codex Leidensis* 23 Dicta *om. F* distingunt *F* 26 media distinctione subdistinctione ‘*in B linea transversa inique improbantur*’ *editor Vindobonensis*, *om. F* 27 puncto (*corr.* punctum) adpossitum *F* punctus appositus *B* 28 Subdistinctio est punctum ad *F* Subdistinctio punctus ad *B* 29 est punctum possitum *F* punctus adpositus *B* 30 sciendum est tamen *B* 32 nihil tibi profuit nocturnum ς: *Cic. in Catil.* I 1, 1 presidium tenuit palatii nihil uigiliae urbis *F* 23 concursus omnium bonorum ς

p. 1838 P. p. 488 V.

sus' et cetera. cola autem et commata eiusdem orationis singulae partes esse noscuntur. verum meminerimus in prosa cola et commata idem esse et unum significare, in versu vero aliud et diversum. nam ubi duo liberi pedes sunt, colon dicitur, ut apud Horatium 'terruit urbes'; comma vero, quando post duos pedes vel post tres pedes sequitur syllaba, quae partem terminat orationis, ut est in primo versu Aeneidorum 'arma virumque cano', item 'arma virumque cano Troiae'.

1 cola autem uel commata *B* singulas *corr.* singulae *B* 3 uero aliquid et diuersum significat *F* 4 apud Horatium] *carm.* I 2, 4 urbem ς 6 est in *om.* *B* arma virumque cano item *om.* *F* 7 troiae. Explicit *B* troiae finit liber seregii grammatici *F* troiae. Explicit Sergius in Artem Donati primam ς

[SERGII]

EXPLANATIONVM IN ARTEM DONATI

LIBER I.

p. 512 V.

Plerique artis grammaticae latores in principio prooemiis usi sunt, quod galeatum principium dicitur. hic vero huius artis peritus ab ipsis partibus orationis docendi sumpsit exordium, ne rudis adhuc studentium sensus tamquam inmensae silvae perplexitatem ingrediens versutias callidi sermonis perhorresceret. hic enim Donatus V. C. D. Vergilianum carmen vel Terenti comoedias mirifice commentavit. Scaurus vero hinc coepit, 'ars est cuiusque rei scientia usu vel traditione suscepta', quia artem doctrina vel usu cotidiano percipimus. cum enim docemus, discimus. frequenti enim meditatione illa quae didicimus observamus, sicuti Socrates philosophus dicit, 'quae nosti conserva meditationibus, quae autem non didicisti adsume disciplinis'. ars autem dicta est eo, quod artius ad peritiam urgeat pertendentes. ars grammatica praecipue consistit in intellectu poetarum et in recte scribendi loquendive ratione. grammatica ἀπὸ

L codex S. Pauli in valle Lavantina 24, *cuius integra scriptura exhibita est.*
l eiusdem codicis manus secunda.
F codex Frisingensis 81, *qui minorem artem de octo partibus orationis et pauca ex reliqua libri parte excerpta exhibet. ex hoc ea quae maxime memorabilia videbantur adscripta sunt.*
S codex Berolinensis Santenii 66. 4, *qui minorem tantum artem a Lindemanno ex hoc codice a.* 1820 *editam continet. huius discrepantia, quae maxime memorabilis videbatur, ex edito exemplo adscripta est.*
p excerpta codicis Parisini Sangermanensis 1180 *in initio libri primi adhibita.*

1 INC̄ TRACTATUS SERVII IN Donati lib. *L* INCIP INTERPRĒ SER̄ IN DON L. I. *p* 4 proemiis *p* primiis *L* 5 galiatum *Lp* 7 silbae *L* syllabae *p* 8 *scribendum videtur vel* V. CL., *ut* virum clarissimum *Donatum dixerit grammaticus, vel* V. P., *hoc est* vir perfectissimus 9 Scaurus] *cf. Diom. p.* 414. *ab eadem fere artis definitione incipiunt* '*Audacis de Scauri et Palladii libris excerpta*', *quae sunt in codice Bernensi* 336 *et Frisingensi* 234 16 grammatica appoton grammaton ..... est *L* appoton grammaton est *p*: gramatice apoton gramaton dicta est unde et romani a litteris appellauerunt litteraturam item grammaticum litteratorem *excerpta codicis Frisingensis* 81

p. 512. 13 V.

τῶν γραμμάτων dicta est. unde et Latini a litteris appellaverunt litteraturam, item grammaticum litteratorem. vox enim facit litteram, litterae faciunt syllabam, syllabae faciunt partes orationis. vox est aer ictus sensibilis auditu, verbis emissa et exacta sensus prolatio. vox enim aut articulata est aut inarticulata. articulata est quae auditur et percipitur et est interpretabilis intellectum habens vel faciens litteram [articulata vox litteris conprehendi potest]. inarticulata est quae audiri potest, intellegi non potest, ut vagitus infantis, balatus ovis, hinnitus equi, mugitus bovis. litteris praeponenda vox est ideo, quia non littera elementum tribuit voci, sed vox litteris. elementum est dictum quasi elevamentum. littera enim elementum vocis articulatae [a quo initium sumitur incrementum], ut Terentianus | metra docens ait

elementa, rudes quae pueros docent magistri.

syllabis enim exprimitur brevis dictio vel numerosa, quae multiplicem conplet orationem. elementum ergo est unius cuiusque rei initium, a quo sumitur incrementum et in quod solvitur. dictionum genera sunt tria. aut enim dramaticos est aut diegematicos aut mictos. dramaticos est, ubi personae solae loquuntur, sicut est prima ecloga bucolicorum; diegematicos est, ubi solus poeta loquitur, ut est in quarta ecloga, cuius principium est 'Sicelides Musae'; mictos est, ubi et poeta loquitur et persona, ut secunda ecloga, 'formosum pastor'.

DE PARTIBVS ORATIONIS.

Oratio dicitur elocutio, quasi oris ratio. huius orationis, id est elocutionis, octo sunt significationes [quidquid enim loquimur octo habet significationes], id est partes. Aristoteles quidem dicit decem esse categorias: addit duas, quae ad grammaticos non pertinent, energian et hypostasin, id est id quod facit et id quod substantia est. sed quantum ad grammaticos, octo sunt partes, quae hac pagina conscriptae noscuntur [partium orationis discretio]: ut puta si dicas 'volo ire ad forum et videre aut salutare amicos', volo verbum est, ire verbum est, ad praepositio est, forum nomen est, et coniunctio est, videre vel salutare verbum est, amicos nomen est, nec alteram significationem invenisti. nulla est pars orationis, quae non una sit de istis octo. nunc videamus, quare sic appellatae sunt ipsae partes orationis, id est quare dictum est nomen, quare

1 appellaverunt] describarunt *p* descriua .... *L* derivarunt *editor Vindobonensis* 3 uox est aeris ictus sensibilis auditus uerbis omissa sensus et exacta prolatio *excerpta codicis Frisingensis* 81 4 auditu uel uisu emissa (emisa *L*) sensus et exacta perlatio *Lp* 7 inarticulata est quae *p* inarticulataque est quae *L* 11 Terentianus] *v.* 58 13 elimenta redesque *Lp* 16 in quo soluitur *Lp* 21 formonsum *L* 22 DE PARTIBUS ORATIONIS *Lp* INCIPIT EXPOSITUM SERGII DE OCTO PARTIBUS ORATIONIS *F* INCIPIT EXPOSITIO MAGISTRI SERVII SUPER PARTES MINORES *S* 23 elocutionis *FS* locutionis *Lp* 24 quidquid — significationes *om. F* 29 uolo ire *FS* uolo pergere *Lp* 32 nec *FS* ne *Lp*

pronomen, quare verbum, quare adverbium, quare participium, quare coniunctio, quare praepositio vel quare interiectio.

Nomen dictum quasi notamen: notas enim rerum tenet. cum maiores nostri viderent rerum naturam et nescirent, quem ad modum appellarent, constituerunt sibi nomina, quibus diversa appellarent, ita ut propriis nominum vocabulis absentia praestolarent, sic ut dicerent hominem leonem avem et cetera. | item inanimalia, hoc est quae animam non habent, scamnum cathedram lectum, aut quae incorporalia sunt, ut dignitas gloria. si enim non videam scamnum aut cathedram, sed tantum audiam, necesse est ut eius rei notitia ad animum veniat. ergo ideo nomen dixere, quod rem notam faciat, quod unam quamque speciem in notitiam deducat. hoc enim faciunt nomina, et ideo primum locum tenent. quem ad modum enim potest nobis in notitiam venire aliquid, nisi per nomen cum innotuerit? pronomen dicitur, quod pro officio et loco nominis ponitur. quando dico 'Virgilius scripsit bucolica', ne dicam iterum 'Virgilius scripsit georgica', 'Virgilius scripsit Aeneidos', ut enim hoc fastidium vitemus, inventae sunt particulae, quae ipsam repetitionem excluderent succedendo in ipsam nominis significationem, ut dicamus 'Virgilius scripsit bucolica, ipse scripsit georgica, iste scripsit Aeneidos, idem culicem'. iste ipse idem numquid nomina sunt? et tamen hoc significant istae particulae, quod et nomen. ideo dicitur pronomen, quia ponitur pro officio nominis. verbum dicitur ab eo, quod aerem verberat vox. sed dicis, et ut aliae partes exprimantur, vox aerem verberat, ut dicamus Romam. qua ratione rem generalem omnium haec pars velut specialem sibi tenuit? haec causa est, quod ipsa parte frequenter utimur in loquendo. ponis quinque verba et unum nomen aut pronomen; ideo dicitur verbum. in tantum constat quia verum est, ut omnia quae loquimur plerumque verba dicamus, 'verba facit in curia'. dicimus etiam 'verba mihi dedit'. et numquid verbis tantum egit et | non interposuit alias partes? verba dedit, fefellit mentitus est, ut Terentius 'cui verba dare difficile est': Symmachus sic, 'verba dare captivi est, argentum dare satellitis'. considerandum est, quantam vim habeat ista particula, et intellegis consuetudinem de ea re quae frequentatur nomina inponere: ut illa oratione, quae specialis est, hoc generale nomen est ab eo, quod frequenter in usu sit, sic etiam nos verbum esse dicimus propter eam causam, quod eo frequenter utimur. adverbium dicitur, quia verbo co-

5 fecerunt sibi nomina ut dicerent hominem bouem ouem et cetera *F* propriis nominum uocabulis *S* propriis nomina uocabulis *L* propriis nominibus uocabulis *p* 6 praestularent *S: fortasse* repraesentarent 15 scripsit bucolicam — scripsit georgicam *LFSp, itemque infra* 16 ut enim — uitemus *Lp* ut ergo — uitetur *FS* 17 inuentae sunt particulae quae ut dixi fastidium repetitionis huius excluderent *FS* 23 exprimantur *FS* exprimuntur *Lp* 27 quia uerum est *FS* quia uerbum est *Lp* 29 uerba dedit — 32 satellitis *om. FS* 30 Terentius] *Andr.* I 3, 6 31 symmacus sic *L* symmachus si *p* 32 satellites *Lp* 34 *fortasse* illi orationi, *h. e. nomini*

haeret, ita ut separari non possit. si dicas cras, non est sensus: addis verbum, 'cras faciam', 'cras dicam', addita verba inplent sensum. participia dicta sunt, quod partem capiunt nominis, partem verbi: a nomine habent genera et casus, a verbo tempora et significationes, ab utroque numerum et figuram. coniunctio dicta est ab eo, quod coniungat elocutionem: 'ego tu venimus ad forum', sensus manet, sed inconexa est oratio; interponitur et et coniungit elocutionem, 'ego et tu venimus ad forum'. praepositio dicta est, quia in loquendo praeponitur, ut 'ante templum', 'apud amicos'. numquid dico 'templum ante', 'amicos apud'? si sic dicam, erit ordo praeposterus. est etiam interiectio, quae interponitur ad exprimendum animi motum, et plerumque quod exprimere sermo non potest, hoc interiectio explicat. ut puta si dicamus 'mortuus est Achilles', utrum laete hoc feras an maeste, adhuc non expressisti. dicis 'vah mortuus est Achilles', ostendisti quod hoc laete feras. item dixisti 'vae mortuus est Achilles', ostendisti quod maeste feras. ita illud, quod non potuimus explicare integro et alias pleno sermone, adiecta hac particula exprimimus. decursis igitur octo particulis, quibus efficitur humana locutio, superest accidentium species expromere. nam nunc vocabulorum tantum modo rationem expressimus.

DE NOMINE.

'Nomen est pars orationis cum casu corpus aut rem proprie communiterve significans'. | habemus in Aristotelicis et in Stoicis praeceptis et fere omnium hanc esse perfectam definitionem, quae separat a ceteris communibus rem et suam proprietatem ostendit, ut puta 'homo est animal rationale mortale risus capax'. vide, quem ad modum et separat a communibus et dicit proprium. nam dicendo 'homo est animal' separavit a lapide, dicendo 'rationale' separavit a beluis, dicendo 'mortale' separavit a numinibus: 'risus capax', iam hoc proprium est ipsius. ista est ergo plena definitio. hoc secuti sunt etiam grammatici in definiendis rebus et ita dixerunt, 'quid est nomen? nomen est pars orationis cum casu corpus aut rem proprie communiterve significans'. dicendo 'cum casu' separavit a verbo, separavit ab adverbio, separavit a coniunctione, separavit a praepositione, separavit ab interiectione; adhuc a duabus partibus non separavit, a pronomine et participio. nam accidunt casus pronomini et participio. quid ergo separat nomen ab illis? persona vel tempus: nam persona pronominum est, tempus participiorum. superest ut dicamus, quid sit proprium ipsius nominis. ut sit vel proprium vel appel-

2 addita uerba *F* addita uerbo *Lp* 5 *definitionem coniunctionis*, coniunctio — forum, *post definitionem praepositionis*, praepositio — praeposterus, *habent LF, suo loco pS* quod coniungat elocutionem *FS* iungat locutionem *Lp* 12 hoc] haec *LFS* 17 exprimimus. IAM INCIPIT TRACTARE DE SINGULIS PARTIBUS ET DEFINIET (PARTIBVS ORATIONIS *S*) Nomen est *FS* 20 DE NOMINE *om. Lp* 24 proprietatem *F* propriam *LS*

lativum; hoc in nulla parte orationis invenies. istae sunt ergo perfectae definitiones. 'nomen est pars orationis cum casu'. ideo dixit cum casu, quia nullum nomen est sine casu.' quid est sine casu? sine omni casu. ceterum sine aliquo casu potest inveniri, vel unius casus, ut sponte tabo natu, vel duorum, ut Iupiter, vel trium, ut nequam, vel quattuor, ut huius lateris huic lateri hunc laterem ab hoc latere. sine casu autem penitus non potest inveniri. nam mox ut nascitur nomen, habet ipsum appellationis suae casum. ideo definit 'nomen est pars orationis cum casu', quia, | licet non habeat omnes casus, tamen non potest non habere vel unum. adicit deinde 'corpus aut rem'. corporalia et incorporalia dicunt grammatici. videris, quid dicant philosophi vel oratores. interim grammatici corporale dicunt quod videtur et tangitur, incorporale quod nec videtur nec tangitur. significat autem aut proprie aut communiter: proprie, si dicas Hector; communiter, si dicas homo. proprium est quod unius est, commune quod multorum est. quid sequitur? si proprium est et unius est, numerum pluralem non recipit. nam quod unius est, numerum pluralem non recipit. dicimus tamen Clytaemnestras Medeas et 'Decios Marios magnosque Camillos'. sed hoc tunc contingit, quando multi sunt qui ipso nomine vocentur. fuit Marius Gratidianus, fuit ille qui Praeneste occisus est, fuit septies consul. quid dicimus de Clytaemnestris, de Medeis? aliam scripsit Medeam Sophocles, item in alio furoris actu aliam Euripides, aliam diversi scriptores. ergo non de illis Medeis sentimus, quae occiderunt filios suos, quasi multae sint, sed de illis quae scriptae sunt per varios auctores. iterum quod multi Marii, multi Camilli fuerunt, recipit numerum pluralem. appellativum est quod multorum est: homo, et ego homo et tu homo et ille homo et alii homines. si ergo appellativum est quod multorum est, quare recipit numerum singularem? quem ad modum proprium non recipit numerum pluralem, sic et appellativum non debet recipere singularem: sed hic facilior ratio est, quam in proprio. nam ubi unus est, multi non sunt; ubi autem multi sunt, etiam unus est. appellativa quae sunt, fiunt propria; quae autem propria sunt, fieri appellativa non possunt. victor dicitur a victoria, | felix a felicitate: ergo sub hac significatione appellativum est. sed et pater filio suo hoc nomen inponit, et vocatur aliquis Victor aut Felix, et fit ex appellativo nomen proprium. ista est definitio nominis.

Nomini accidunt qualitas conparatio genus numerus figura casus. qualitas nominum dividitur per duas partes. aut enim proprium est no-

4 sine aliquo casu non potest inueniri uel unus casus *F* sine aliquo casu non potest inueniri quia non sit uel unius casus *S* 13 significat *FS* significant *L* 17 clitemestras medeas *LS* clytemes. tromedeas *F* 18 Decios] *Verg. georg.* II 169 19 marius gratianus *L* marius (marios *S*) martidianus *FS* 21 de clitemestris de medis aliam scribsit media sofocles item (*corr.* idem) *L* de clytemes. tromedis, aliam aliam scripsit medeam soffocles idem *F* de clemestris et de medeis aliam scripsit medeam sofocles idem *S* 22 euripidis *F* erupides *L* eoripedes *S* 29 facilis *LFS* 34 inponit *FS* inponet *L* aliquis *S* aliqui *L*, *om. F* 37 per duas *L* in duas *FS*

men aut appellativum; plus non facit qualitas, nisi *ut* aut proprium aut appellativum ostendat. haec est principalis divisio qualitatis, plus non facit; sed subdivisiones qualitatis sunt plurimae. nam propria quattuor partes habent, appellativa viginti septem partes habent. de his nihil hic dixit; differt nos ad illam partem quae est prudentior. ergo si propria non fuerint, appellativa sunt; si appellativa non fuerint, propria sunt.

Accidit etiam conparatio. conparatio est res quae augmentum facit. iste dives est; sed est in alio plus, ille ditior; ille satis superque habet, ditissimus. unde quaeritur, utrum possit conparatio minus ostendere, et videtur quasi posse. nam dicimus pauper pauperior pauperrimus. sed non potest fieri: nam ista deminutio infelicitatis augmentum est. ideo non potest fieri ut minuat conparatio. conparationis gradus sunt tres, positivus conparativus superlativus. positivus omnia genera recipit, masculinum, ut doctus, femininum, ut docta, neutrum, ut doctum: recipit et commune genus, ut docilis, et ex tribus generibus, ut felix. conparativus gradus duo tantum genera recipit, commune et neutrum, ut doctior doctius. superlativus tria singulariter genera recipit, masculinum, ut doctissimus, femininum, ut doctissima, neutrum, ut doctissimum. positivus plures formas habet: [saepe positivus] exit in us, | ut doctus, exit in is, ut docilis, exit in ens, ut prudens, exit in er, ut niger, exit in ix, ut felix. de his plenius referemus. conparativus duas tantum formas habet, ior et ius, doctior doctius; superlativus in singulis generibus binas, simus et rimus, sima et rima, simum et rimum: dicimus enim doctissimus doctissima doctissimum et nigerrimus nigerrima nigerrimum. utile est formas istas superlativi cognoscere: incidunt enim aliqua nomina in dubitationem et hinc solvuntur. quaeritur, utrum acris dicamus an acer; Ennius enim dixit 'post acer hiems', item Horatius 'solvitur acris hiems': item alacris an alacer, Terentius 'quidve est alacris', et Vergilius 'alacer palmas utrasque tetendit'. quid tamen verum est, de superlativo gradu colligimus. et facit superlativum acerrimus; ergo acer positivus. nam cum dicas acerrimus, quid habet remanere nisi acer? quaedam necessitas est, quae nos coartet ad verum sermonem. quae nomina conparantur? non omnia, sed ea quae sunt qualitatis aut quantitatis. qualitas et quantitas in his rebus aestimantur, quae sunt ab animo, a corpore, a fortuna, a mensura: ab animo, ut prudens prudentior, stultus stultior; a corpore, ut candidus candidior, formosus formo-

1 ut *om. LFS* 4 appellatiua XXVII (XII et IIII *S*) partes habent *FS* appellatiuorum uiginti septem *L* 19 saepe positiuus exiit *L* exit *FS* 26 Ennius] *annal. v.* 406 *ed. Vahl.* 27 Horatius] *carm.* I 3, 1 28 Terentius] *Eunuch.* II, 3, 13 et uergilius et alacer *L* et alacer *F: Verg. Aen.* VI 685 29 utrasque *LF* uerasque *S* quod tamen uerum est. de superlatiuo gradu tolle rimus et facies positiuum acer. ergo nam cum dicas acerrimus quid *F* quod tamen uerum est de superlatiuo gradu collegimus et facit positiuus acerrimus quid *S* 30 collegimus *L* 35 a corpore a fortuna a mensura ab animo *om. L, add. FS*

sior; iterum quod a fortuna venit, ut dives ditior vel divitior, egens egentior; a mensura, ut longus longior, latus latior, altus altior, brevis brevior. ista sunt quae recipiunt conparationem, quae in qualitate sunt aut quantitate. unde quaeritur, an dicamus Latinior. si hominem de Latio volueris dicere, quoniam gentis est, quem ad modum dicis Campanus et non dicis Campanior, sic cum dicis Latinus, non dicis Latinior. quod|si non sit gentis, sed elocutionis, potest recipere conparationem, ut, quem ad modum dicis disertus disertior, ita dicas Latinus Latinior; et erit ex his quae ab animo veniunt. conparativus gradus tribus casibus iungitur, ablativo, item septimo et nominativo adiecta particula quam. dicimus enim 'fortior ab illo' et 'fortior illo'. sed illud quamvis et rationem et auctoritatem habeat, in usu tamen non est, ut dicamus 'fortior ab illo'; sed dicimus 'fortior illo', 'pulchrior illo': Iuvenalis

pulchrior ille
hoc, atque ille alio, multo hic robustior illo.

inter ablativum autem et inter septimum praepositio sola discretionem facit. ergo hoc septimo, ut dicamus 'fortior illo'; et hunc dicunt septimum casum. iungimus etiam nominativo adposita particula quam, ut 'fortior quam ille'. nec solum numero singulari his casibus cohaeret conparativus, sed etiam plurali, fortior illo, fortior illis, fortior quam ille, fortior quam illi. praefert nos ille conparativus gradus et extraneo et nostro generi. grammaticus inter grammaticos sui generis, inter oratores extranei generis est. possum tamen dicere 'iste grammaticus doctior est grammaticis omnibus', et item dico 'doctior oratoribus'. in superlativo totum contrarium est: non iungitur nominativo, non ablativo, non septimo superlativus, sed tantum genitivo, et ei non per utrumque numerum, sed tantum per pluralem. non nos praefert nostro generi et alieno, sed tantum nostro conparat, id est similem facit, ut 'o Danaum fortissime gentis Tydide'. sed in aliquibus nominibus potest superlativus genitivo singulari iungi. nam sunt quaedam no|mina pronuntiatione singularia, intellectu pluralia, ut plebs populus gens turba. in his licet mihi superlativum genitivo numero singulari coniungere, iustissimus populi, fortissimus gentis, maximus plebis. non enim, licet singularis numerus sit, penitus a pluralitate recessimus: hic enim facilis sensus est, quoniam ipsa nomina, licet pronuntiatione singularia sint, intellectu tamen pluralia sunt.

Nunc de generibus dicamus. Varro dicit genera dicta a generando.

4 si *om. L, add. FS* 10 quam *FS* ab *L* 13 sed dicimus — 18 casum *om. F* sed dicimus — 15 illo *om. S* Iuvenalis] *sat.* 10, 196 28 o danaum *FS* o donauum *L*: *Verg. Aen.* I 96 30 quaedam *FS* q:· iam *L* 37 DE GENERIBUS. Varro *F*: *cf. Pompei. p.* 143 *Priscian. p.* 639 *Consent. p.* 2023. *similiter de generibus nominum disputavit Iulianus Toletanus in Donat. p.* LXVI, *qui Varroni tribuit haec*, scripsit Varro ad Ciceronem 'potestatis nostrae est illis rebus dare genera, quae a natura genus non habent'

quidquid enim gignit aut gignitur, hoc potest genus dici et genus facere. quod si verum est, nulla potest res integrum genus habere nisi masculinum et femininum. ergo in animalibus possumus certa genera deprehendere, ut puta hic equus, haec equa; cetera vero, quae generare aut generari non possunt, non habent certa genera a natura, sed ab auctoritate suscipiunt. atque in his plerumque auctoritas nutat: puta legimus hic silex et haec silex, legimus hic cortex et haec cortex. quae causa est dubitationis, nisi quod natura ibi non est, quae sexum confirmet? nec audemus nos, quoniam genus non est in pariete, aliud dicere, quam ut legimus. ubi enim ars deficit, succedit auctoritas. omnia igitur genera principalia duo sunt tantum, reliqua vero inde descendunt. nam commune genus nihil est aliud, nisi masculinum et femininum; neutrum nihil est aliud, nisi quod nec masculinum nec femininum. quid ergo sequitur? si neutrum est, non potest esse animalium. | diximus enim animalium genera certa esse, vel masculina vel feminina, neutra esse non posse, apud Latinos dumtaxat. ceterum in Graeco possumus invenire. nam cetos Graeci neutraliter dicunt τὸ κῆτος, et Vergilius 'inmania cete'. nominibus neutris non dant, ut animalia hoc genere nominentur. nec opponas quod dicitur hoc mancipium, cum non sexus significetur hoc nomine, sed condicio. hinc de ostreis quaesitum est, cuius essent generis. animal est aut non est animal: si animal est, neutrum non est, sed femininum; si non est animal, neutrum erit. prius ergo debet constare, utrum animal sit an non. sed quid de carne? ideo ista differentia servatur, ut de carne ipsa femininum dicatur, ne incipiat res animalis esse generis neutri; testa vero ipsa generis neutri, ne quod animal non est habeat genus, quod cognoscitur per naturam, ut ita dicamus 'frange omnia ista ostrea', quoniam testam fracturus est, et 'comedi multas ostreas', id est illam rem quae animalis est. ergo neutrum genus est, quod nec masculinum est nec femininum; commune, quod et masculinum et femininum est tantum. ceterum non est masculinum et neutrum vel femininum et neutrum commune, in nominativo scilicet casu per omnia. ceterum in aliis casibus possumus invenire masculinum et neutrum, ut docto doctum doctorum; possumus femininum et neutrum, sed per dispares casus, ut docta, docta mulier, docta mancipia. nominativi casus nomina numquam possunt esse communia nisi ex masculino et feminino, ut hic et haec sacerdos, hic et haec agilis; item trium generum, ut hic et haec et hoc felix. hoc omne dicitur genus. | est etiam epicoenon, quod [non] est

1 gignit uel gignitur *FS* 6 adque ideo in his *L*: ideo *om. FS* nutat *L* mutat *F* notat *S* 8 natura ibi non est. in pariete uero aliud dicere quam legimus non possumus *F* 9 genus non est in pari et *L* genus est in pariete *S* 10 deficit *FS* defecit *L* 14 diximus *F* dicimus *L* 17 Vergilius] *Aen.* V 822 cete *LF* ceta *S* 20 de ostreis *F* de hostreis *S* de ostris *L*: *cf. Serv. in Verg. georg.* I 207 23 an non sed quid *FS* annon sit quid *L* 27 testa fracturus est *LS* teste fracta est *F* 34 nominatiui casus nomina *F* nominatiui casus nominatiui *L* 37 genus etiam epicoenon ut commune *FS*

promiscuum, ut commune. canis communis est generis: sive masculus sit, sive femina, canis dicitur; sic et aquila, sive femina sit sive masculus, aquila dicitur. quae est ergo discretio? ubi visu discernimus sexum, commune est; ubi visu non discernimus, epicoenon est. canem si videro, dico tibi, utrum femina sit an masculus, solo visu. aquila quid sit, utrum femina an masculus, solo visu nescimus. 'visu' dixi: nam sunt qui scientia valent, ut possint volante aquila dicere, masculus sit an femina; sed ideo dixi 'visu', quia his non solus visus hoc praestat, sed et ratio scientiae suae. vide ergo, quo modo current: omnia quae visu discernuntur communia sunt; quae visu non discernuntur, epicoena. ideo illae aves, quarum sexus facile discernitur visu, habent separatam significationem generis sui, id est gallus gallina. sunt tamen et in quibus visu discernitur sexus et epicoena sunt, ut camelus vel elefans: nam nusquam legisti femininum in his animalibus. quae est adhuc differentia? quod in communi pro qualitate sexus articulos damus, hic canis et haec canis: in epicoeno non possumus hoc facere, sed unum articulum utrique sexui damus, hic passer; non possumus dicere haec passer. quem autem articulum dare debeas, auctoritas docet. ille turtures masculino genere dixit, hic feminino. ergo non sine ratione dubium est. quo modo enim possumus eligere, quem articulum demus, cum sexum visu non discernamus? plane illud sciamus, quod plerumque auctores variant ipsa epicoena. turdus cum apud alios genere masculino sit, Persius turdarum dicit; nec putemus genus esse commune, sed illi aliud placuit, huic aliud. nam neque in Persio | invenies masculinum genus turdus, neque in aliis femininum. si commune esset, quivis eorum utroque genere diceret. sic et in milvo: legimus enim et masculino genere, legimus et feminino, 'rapidissima miluus exit'. sic et simia: alii dicunt hic et haec simia, alii hic simius. legimus et 'simia buccis'. illud autem scias, quod qui epicoenon sub articulo dixit generis masculini, eodem semper usus est, qui sub feminini, eundem articulum tenuit.

Numeri sunt duo, singularis et pluralis; dualem Graecorum non habemus. [sed sunt nomina quae tantum singularem numerum habent; sunt et alia quae pluralem tantum possident numerum.]

Figura autem aut simplex est aut conposita: simplex, ut hic doctus, conposita, ut hic indoctus. simplex ex una parte constat, conposita ex duabus et fit modis quattuor: aut ex duobus integris, ut suburbanum;

2 sit *om. L, add. FS* 6 sunt quae scientia *LFS* 9 current *L* currit *F* occurrunt *S* 18 turtures *S* turtores *L* turdus *F* 22 Persius] *sat.* 6, 24 25 esset quiuis *F* esset et quiuis *L* erit quouis *S* 26 legimus enim et masculino *FS* legimus nam ut masculino *L* rapidissima] *Ovid. metam.* II 716 27 exit *LF, om. S* multi dicunt haec simia *F:* multi dicunt hic et haec simia alii dicunt et hoc simium alii hic simius iste legitimus et simia buccis *S* 28 simia] *Iuven. sat.* 10, 195 in vetula scalpit iam mater simia bucca 32 sed sunt — numerum *om. FS, item excerpta codicis Lavantini in arte maiore (e)*

aut ex duobus corruptis, ut municeps; aut ex integro et corrupto, ut insulsus; aut ex corrupto et integro, ut omnipotens. quod dicimus suburbanum, et sub integra est et urbanum integra est. municeps, nec muni integra est nec ceps integra: municeps dictus est ab eo, quod munia capiat. et hoc teneamus, illa esse corrupta, quae resoluta possunt esse integra. nam quae soluta integra non sunt, nec corrupta sunt. quem ad modum enim possumus dicere corruptum, nisi quod integrum fuit? insulsus, in integrum est, sulsus corruptum: solvo enim sulsus et facio salsus. nugigerulus ex corrupto et integro: solvo enim nugi et facio | nugas; gerulus integrum est. ergo non possunt dici corrupta, nisi quae soluta integra fiunt. Probus enim dicit inpossibilem rem: multa sunt, ait, ita corrupta, ut ne soluta quidem possint esse integra. sed non est verum. nam secundum hoc ecce dico duo corrupta esse, quae soluta non possunt esse integra, et quidquid voluero erit conpositae figurae, vel potius omnia erunt conposita. columna figurae conpositae erit ex duobus corruptis. ideo penitus alii removerunt istam sententiam pravam et dixerunt illud esse corruptum, quod resolutum integrum fiat. corruptum non in litteris tantum dicitur, sed etiam in temporibus, ut omnipotens. videtur enim esse ex duobus integris, est autem ex corrupto et integro: nam omni, quantum ad locutionem, integrum est, quantum ad rationem temporum, corruptum; nam in conpositione omni syllaba brevis est, quae alias, id est in simplici figura, longa est.

Casus sunt sex, nominativus genitivus dativus accusativus vocativus ablativus. Graeci regulas a nominativo habent; Latini ablativum elegerunt, ut de ipso regulas ducerent ad alios casus, ut sciamus quia ista regula ablativi casus ad nomina Graeca non pertinet. plerumque enim transeunt ad nos Graeca nomina, quae ad hanc regulam Latinorum nominum non pertinent. ablativus autem singularis quinque litteris vocalibus terminatur, a e i o u: a, ut ab hac Musa; e partim correpta partim producta, correpta, ut ab hoc pariete, producta, ut ab hoc die; i, ut ab hac puppi; o, ut ab hoc docto; u, ut ab hoc versu. quinque sunt | litterae, sed sex regulae propter e, quae nunc producitur, nunc corripitur. tres autem sunt casus in numero plurali, qui discernuntur per hanc regulam ablativi singularis. ablativus singularis a vel o vel e producta terminatus genitivum pluralem in rum syllabam mittit, ut ab hac Musa, harum Musarum, ab hoc docto horum doctorum, ab hoc die horum dierum. quando e producatur, quando corripiatur, debemus quidem auribus iudicare. sed si non potes, accipe rationem. quotienscumque genitivus singularis in is syllabam exit, corripitur e littera in ablativo, patris matris fratris, ab hoc

11 probus enim dicit inpossibilem rem *S* probus nam dicunt inpossibilem *L* brobus nihil dicunt inpossibilem rem *e* probus nihil dicunt inpossibile *F*: *Prob. inst. art. p.* 236 *sqq. ed. Vind.* 12 ut ne soluta *om. L, add. Fe* 16 remouerunt *FSe* mouerunt *L* scientiam *F* 34 producto *LFSe* 38 potes *e* potest *LFS*

patre ab hac matre ab hoc fratre. quando ei terminatus fuerit genitivus singularis, in ablativo e littera producitur, ut huius diei ab hoc die, huius faciei ab hac facie, excepto uno nomine, quod is syllaba terminatur in genitivo singulari, et tamen in ablativo eius e producitur, ut haec fames huius famis ab hac fame propter antiquam declinationem. nam sic veteres declinabant, huius famei, quo modo diei. de antiqua declinatione ablativum sibi casum tantum posteri tenuerunt. habemus exemplum declinationis antiquae in Capro: ipse ponit se legisse famei; Vergilius hanc longam posuit, 'morboque fameque'. e autem correpta terminatus ablativus genitivum pluralem in um mittit, ut ab hoc pariete horum parietum. in hac regula plerumque in ium exit genitivus pluralis, ut ab hoc hoste horum hostium. ibi in um misit, hic in ium. huius rei discretionem ars non habet, sed auctoritas sola; ideo tene te ad auctoritatem. quod adeo verum est, ut plerumque dubitantes auctores utrumque dicant: et parentum et parentium Horatius dixit: et amantum legimus et amantium. vides, quem ad modum etiam auctores tenent. i terminatus ablativus genitivum pluralem in ium semper mittit, ut ab hoc facili horum facilium. u terminatus ablativus genitivum pluralem in uum syllabam mittit, ut ab hoc versu horum versuum. dativum et ablativum pluralem ipsa regula ostendit ablativi singularis. nam a vel o terminatus ablativus singularis dativum et ablativum pluralem in is mittit, ut ab hac Musa his Musis, ab hoc docto his doctis. e sive correpta sive producta terminetur ablativus singularis, item si i vel u terminatur, dativum et ablativum pluralem in bus syllabam mittit, ut ab hoc pariete parietibus, ab hoc die diebus, ab hoc forti fortibus, ab hoc versu versibus.

Haec sunt quae Donatus in prima parte artium tractavit. haec magister Servius extrinsecus dictavit. omnia nomina Latina genitivo singulari quinque regulis terminantur, aut ae diphthongo, ut huius Musae, aut i, ut huius docti, aut is, ut huius patris, aut us, ut huius versus, aut ei, ut huius diei. quotienscumque igitur aliquod nomen declinare volumus, primum genitivum eius requiramus; quo invento quaerimus similitudinem nominum praedictorum et pari ratione declinamus. in superioribus autem regulis nominativus singularis omnium declinationum varie exit. de eius regulis videbimus. vocativus vero secundae declinationis aut i terminatur

7 habeamus exemplum in capro declinationis antiquae ipse ponit legisses *L* habes exemplum declinationis in capro qui scribit de latinitate uerborum antique ipse ponit se legisse *e* habemus exemplum in producta declinationis antiquae ipse ponit se legisse *F* habes exemplum in capro antiquae declinationis ipse ponit legisse *S: cf. Pompei. p.* 180 8 Vergilius] *georg.* IIII 318 13 tenete ad auctoritatem *LFS* tenet ad auctoritatem *e* 15 dicant *FS* dicunt *Le* dixit ea tantum legimus *LF* dicit ea tamen legimus *S:* dixit ea tantum legimus et amantium ut terrentius (*Andr.* I 3, 13) nam inceptio est amantium aut amantium et iterum (*Andr.* III 3, 23) amantium ire amoris integratio est terminatus *e* 16 tenent *F* timent *LS* 26 HAEC QUAE DONATUS IN PRIMA PARTE ARTIUM TRACTAUIT MAGISTER SERGIUS EXTRINSECUS DICTAUIT Omnia *F* 29 patris *Se* fratris *L*

aut e: tunc i, cum nominativus singularis in nominibus propriis generis masculini i habet ante us, ut Mercurius Mercuri, Terentius Terenti; | aliter vero, id est sive i non habeat, ut doctus, sive habeat i, sed proprium non fuerit, ut pius, sive femininum fuerit, ut Melanius, vocativum in e mittent, ut o docte, o pie, o Melanie; excepto uno o fili, quod cum appellativum sit, tamen sub regula propriorum nominum declinatur, ut, quo modo dicimus o Terenti, sic dicamus o fili. item cauti esse debemus ad tertiae declinationis ablativum singularem, qui nunc i nunc e terminatur. tunc e tantum terminatur, cum nomen fuerit verbiale, ut lector, aut simile verbiali, ut auctor, aut participium fuerit, ut legens, aut nomen fuerit conparativi gradus, ut hic et haec fortior hoc fortius, aut x littera terminatum fuerit, ut calix. item ea quae nominativo casu in us exeunt et tertiae declinationis sunt e tantum littera terminantur in ablativo, ut hic et haec et hoc vetus huius veteris ab hoc vetere. grandem enim soloecismum faciunt qui dicunt 'usus sum vino veteri', cum debeant dicere 'vino vetere'. sic est et haec virtus huius virtutis ab hac virtute. ergo ita per illa omnia nomina dicimus ablativum singularem: dicimus enim ab hoc lectore, ab hoc auctore, ab hoc legente, ab hoc fortiore, ab hoc calice, ab hoc vetere. tunc autem i tantum terminatur ablativus tertiae declinationis, cum nomen fuerit generis communis, quod nominativo singulari et genitivo is terminatur et neutrum ex se potest facere, ut hic et haec agilis hoc agile: item nomen generis neutri, quod licet non aliunde nascatur, tamen in e exit, ut hoc mare: item nomen quod simile est participii, ita ut et participium sit, discretionis causa i littera terminatur in ablativo, cum nomen est. faciunt enim ista | omnia ab hoc agili, ab hoc mari, ab hoc amanti, ut diximus, cum nomen est: ceterum si participium est, ab hoc amante dicimus secundum praedictam regulam, quo modo a legente. quodsi nomen fuerit generis communis, quod de se neutrum non faciat, aut masculinum sit tantum vel femininum tantum, quod simile sit generis communis, id est quod nominativum et genitivum similes habeat, necesse est ablativum singularem varie faciat, nunc e nunc i. cuius rei exempla sunt haec, hic ignis et haec puppis. nam et ab hac puppi dicimus et ab hac puppe. Lucanus ait ab hac puppe, 'cuius dum pugnat ab alta puppe Catus', Vergilius ab hac puppi, 'puppique deus consedit ab alta'. item legimus ab hoc igni, 'et caeco carpitur igni', et ab hoc igne Statius dixit, 'igne diem scindens. in

2 mercurius mercuri terentius terenti *F* mercurius mercurii terentius terentii *Le* terentius terenti mercurius mercuri *S* 4 femininum fuerit *F* feminina fuerint *Le* 5 o fili *FSe* o filii *L* 7 o fili *FS* o filii *Le* 18 ab hoc auctore *om. LFS, add. e* 33 Lucanus] *Pharsal.* III 585 cuius dum pugnat ab alta puppe catus *e* cuius et ab hac puppe nabat acta (*corr.* cuius cum pugnat ab alta) puppe catus *L* cuius cum pugnat ablata puppe cantus *S:* tuius dum pugnat ab alta puppe capi. qui deus consedit in alta item legimus *F* 34 Vergilius] *Aen.* V 841 35 consedit *e* considit *LS* ablata *S* et caeco *eS* ut ceto *F* caeco *L: Verg. Aen.* III 2 36 igne statius *FSe* igne e statius *L* sciudens *FSe* scidens *L*

his ergo auctoritas sequenda est, quoniam deficit ratio; exceptis scilicet duobus nominibus, in quibus cum possit esse ambiguitas, tamen veritas deprehensa est, quod e littera terminentur, ut canis mensis: nam haec e tantum terminantur, cum ad supra dictas regulas, id est ad ambiguitatem, alligata sint. nam et mensis, cum sit masculini tantum generis, similis est generi communi propter pares nominativum et genitivum, et canis, quamvis sit generis communis, non ex se facit genus neutrum; et ideo ad ambiguitatem pertinere debuerunt. sed, ut dixi, veritas deprehensa est, quod e tantum littera terminentur, ab | hoc cane, ab hoc mense. in quibus adeo veritas deprehensa est, ut de his numquam varie lectum sit. item nomina tertiae declinationis, quae communis generis non sunt et i littera terminantur in ablativo tantum, accusativum singularem in im tantum mittunt, ut ab hac vi hanc vim; sic et ab hoc Tiberi hunc Tiberim. ideo dixi 'tantum', quia puppem et puppim dicimus: nam non i tantum terminatur ablativus, sed etiam e. istae ergo regulae duos vacillantes casus habent, vocativum in secunda declinatione et ablativum in tertia. nam vocativus secundae declinationis aliquando in i exit, aliquando in e. denique in hoc casu ambiguitatem vidit Vergilius et antiptosim fecit, pro vocativo nominativum posuit,

corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum.

et hic usus veterum fuit, nomina etiam non dubia plerumque sic ponere, 'Octavius iudex esto', 'Titius heres esto'.

Interrogatus Filocalus 'quare dixisti quod in fame, quae apud veteres ei promittebat genitivum, famei, unus casus retentus est, id est ablativus productus, cum et accusativum et alios casus similes habeamus veteribus (dicimus enim hanc famem, sicut et illi)?' respondit 'de his casibus dixi, qui habent distinctionem, genitivus singularis et dativus et ablativus. sed illud a me quaerere debuisti, quare, cum in hac quinta declinatione semper producatur e, ut est diei faciei progeniei, inveniantur quaedam nomina ei terminata in genitivo, quae correptam habeant e; sunt autem haec tria, rei spei fidei. haec ratio est nominum quintae declinationis: si puram habeant in nominativo es syllabam, id est non cohaerentem alicui conso|nanti, in genitivo sine dubio producuntur; si autem habeant consonantem, corripiuntur, ut spei rei fidei'.

DE PRONOMINE.

Pronomen dictum est quasi pro nomine, eo quod fungitur officio no-

1 deficit *FS* defecit *Le* 4 cum *om. L, add. FSe* ambiguitatem *Se* ambiguitates *LF* 10 ut de his numquam uarie lectum sit *Fe* ut de his uarie nusquam lectum est *S* ut non de his nariemus quod lectum sit *L* 18 antiptosim fecit *S* antiptoy fecit *L* antifrasin fecit *F*, *om. e* 20 corniger] *Verg. Aen.* VIII 77 22 octauius *FSe* octauianus *L* titius *Se* titus *F* totius *L* 23 interrogatus filogalus quare dixisti *S* interrogatus quare (quasi *F*) dixisti *LFe* 25 cum et *FS* et cum *l*: cum *om. Le* 26 sicut et illi (ille *S*) respondit *LS* sicut et illi respondi *F* et (*superscripto* sicut) respondit *e* 27 quia habent *F* 36 quasi pro nomine *FS* quasi

minis; ideo dicitur pronomen. si proconsule dicitur eo, quod fungatur officio consulis, debemus et hoc pronomine dicere, non pronomen. pronomen autem dicimus secundum rectam rationem; ergo et proconsul rationabilius dicitur. nam si proconsule dixeris, debes dicere et procuratore. deinde accedit aliud valentius: nullum est nomen generis masculini, quod e terminetur in nominativo singulari Latinum; unde adparet quod omni ratione secundum artem proconsul dicitur. sed Salustius fecit nobis praeiudicium, qui tam crebro dicit pro consule. ergo pronomen dicitur, quod fungatur officio nominis: loco enim nominis ponitur, quo modo siquis dicat 'Virgilius scripsit bucolica', iam ponit aliam particulam et implet significationem vel intellectum Virgilii nominis. cum enim dixeris 'Virgilius scripsit bucolica, idem scripsit georgica, ipse scripsit Aeneidos' (nam totiens dicere 'Virgilius scripsit bucolica, Virgilius scripsit georgica, Virgilius scripsit Aeneidos' odiosum est, cum possis variare, ut dicas 'Virgilius scripsit bucolica, idem georgica, ipse Aeneidos') et 'Statius scripsit Thebaidos, idem Achilleidos, ipse scripsit silvularum', ipse iste idem nihil aliud significant, nisi quod significat Virgilius Statius. ergo ideo dicuntur ista pronomina, eo quod funguntur officio nominis, et ideo etiam in subiectis locis ponuntur. omne pronomen non praeponitur in elocutione, sed sequitur, exceptis possessivis, quae et praeponi possunt et sequi: dicimus enim 'meus est servus' et 'servus meus est'. si alieno officio fungitur pronomen, quo modo potest principali loco poni? quod fungitur alieno officio sequitur semper; ideo in subiectis ponitur. et interrogavit Rusticus 'quare ergo 'ipse inter primos' primo loco positum est?' et respondit, 'ipse, quis? utique iam praecesserat nomen; per rerum naturam fieri non potest ut non aliquod nomen ante dixerit, et si ibi non dixit, paulo superius dixit vel in primo libro vel in secundo vel in alio'. ergo pronomen est quod ponitur loco nominis. et quid interest, si pro nomine ponitur et nihil aliud significat praeter nomen? quid opus fuit duas partes orationis facere, cum possimus unam, si unius partis significationem utraque habet, aut utraque nomen esse aut utraque pronomen? sed ideo, quia posito nomine plena est elocutio, pronomine posito semiplena. nam quando dico 'Cicero scripsit Verrinas', et quis scripserit et quid scripserit plene significo; quando dico 'ipse scripsit Philippicas', quid scripserit plene significo, quis scripserit semiplene. sed quia iam nomen praecessit, hoc quod loco nominis ponitur habet intellectum personae superioris.

Pronomini accidunt haec, qualitas genus numerus figura persona

pronomen *L* 5 accedit *S* accidit *LF* 12 bucolicam *LFS: item infra* bucolicam *et* georgicam *FS* 15 et Statius — silvularum *et* 17 Statius *om. FS* 16 scribsit uularum *L* 23 et (ut *F*) interrogauit rusticus quare *FS* si interroget quis quare *L* 26 et sibi non dixit *S* et silui non dixi *L* et siluit non dix̄ *F* 29 quid opus fuit duas partes orationis facere *FS* quod opus fuit ut duas — faceret *L*

casus, eadem fere, quae nomini, exceptisque in alterutro singulis rebus. nam pronomini accidit persona, quae nomini non accidit; nomini accidit conparatio, quae pronomini non accidit; ceterae res omnes accidunt tam nomini quam pronomini. qualitas accidit pronomini: omnia enim pronomina aut finita sunt aut infinita. finita dicuntur, quae definiunt certas personas. quando dico ego, me tantum intellegis; quando dico tu, te tantum intellegis; ideo dicuntur finita. quando dico ille, differentiam habet: si ad praesentem refertur, finitum pronomen est; si ad absentem, incipit esse minus quam finitum. unde adparet quod adiungit sibi aliam personam,

ille ego sum corpus famosi gloria circi.

si enim finitum pronomen semper esset ille, cur sibi adiungeret ego? ergo haec sunt tantum finita. reliqua omnia, quaecumque esse possunt, infinita sunt et per varias species aut generaliter infinita sunt aut minus quam finita aut possessiva. primo quare dicuntur omnia infinita? quoniam non definiunt certas personas. modo videamus ipsam subdivisionem. generaliter infinitum dicitur quod potest cuicumque aptari personae: quis, et iste quis dicitur et ille, et, ut dixi, cuicumque personae aptari potest. minus quam finitum dicitur quod commemorationem facit notae mihi et tibi personae: aliter non est minus quam finitum, id est quae persona nota est inter loquentes. ipse, numquid possum dicere ipse nisi de eo quem et ego novi et tu? iste vel is numquid nisi de eo quem uterque novimus possumus dicere? ergo non significat nisi utrique notam personam. minus quam finita habent in se aliam subdivisionem hanc, quod sunt aliqua quae praesentem rem ostendunt, ut haec duo, hic et iste; unde soloecismum faciunt qui dicunt de praesenti ‘ipse mihi fecit iniuriam’, sed dicimus ‘iste est qui mihi fecit iniuriam’. alia minus quam finita de absentibus dicuntur, ut is idem ipse et ille, quando minus quam finitum est. et hoc interest, quod illa quidem de absentibus tantum dicuntur, ille et de | absente dicimus et de praesente. sed quando de praesente dicimus, finitum est; quando de absente, infinitum. sequitur etiam possessivum, quod nos aliquid possidere ostendit, ut si dicas ‘hic codex meus est’: meus possessivum pronomen est. item possessivum per quattuor species dividitur: aut intrinsecus singulare et extrinsecus singulare, ut meus tuus, aut intrinsecus plurale et extrinsecus singulare, ut noster vester, aut intrinsecus singulare et extrinsecus plurale, ut mei tui, aut et

2 accidit persona quae nomini non accidit *FS* accidit pars una quae nomini non accidit persona quae nomini non accidit *L* 11 circi *FS* circii *L* 14 aut minus quam finita aut possessiua *F* aut minus quam finita dicuntur (dicunt *L*) aut possessiua *LS* 22 iste uelis num quid nam de eo quem uterque nouimus possumus dicere *L* iste quis (quis *om. S*) nisi de eo quem uterque nouimus non (non *om. F*) possumus dicere *FS* 23 ergo non significat nisi *F* ergo non significat enim nisi *LS* 29 est et hoc interest *F* est hoc interest *LS* 31 quando de absente infinitum *LF* quando de absente minus quam finitum est *S*

intrinsecus et extrinsecus plurale, ut nostri vestri. intrinsecus dicitur quod est in persona possidentis, extrinsecus ad personam possessi pertinet. si autem quae possidemus nostra sunt, quare dicuntur extrinsecus, et quare in persona possidentis intrinsecus? quia quod pertinet ad personam possidentis semper cum ipso est, id est quod in ipso possidente est semper cum ipso est. illud autem quod possidetur merito extrinsecus dicitur, quia potest cum illo etiam non esse, a quo possidetur. ergo intrinsecus singulare et extrinsecus singulare meus ostendit quod et unus possideat et unum possideatur, intrinsecus plurale et extrinsecus singulare noster ostendit multos possidere et unum possideri, intrinsecus singulare et extrinsecus plurale mei tui ostendit unum possidere et multos possideri, intrinsecus et extrinsecus plurale nostri ostendit quod et multi possident et multi possidentur. istae sunt quattuor species possessivorum. ecce qualitatem pronominum. pronomina omnia ita se habent: aut finita sunt aut infinita. quae infinita sunt, aut generaliter infinita sunt, ut quis, aut minus quam finita, ut ipse, aut possessiva, ut | meus. pronomina finita tria sunt tantum, ut ego tu ille; infinita haec, quis qualis talis quantus tantus quotus totus, septem sunt tantum; minus quam finita haec, ipse iste hic is idem sui. possessiva sunt haec quinque, meus tuus suus noster vester. absque his ne unum quidem habet Latina elocutio, nisi forte conpositum, ut quisquis aliquis siquis quispiam et talia; tamen origo ipsius est ab eo quod est quis. ista sunt ergo in rerum natura pronomina XXI. multi dicunt et alia posse reperiri; sed falsum est. ipsa enim hinc oriuntur, quae illi putant.

Diximus etiam genera accidere, et sunt tot fere, quot nominum excepto epicoeno: masculinum, ut is; femininum, ut ea; neutrum, ut id; commune, ut qualis talis; omnium trium generum, ut ego tu. dico enim ego, dicit et femina ego, dicit et mancipium ego. item tu dico viro, tu dico feminae, tu dico mancipio. numeri sunt duo, singularis et pluralis. figura aut simplex est aut conposita: simplex, ut quis, conposita, ut quisquis. et interrogavit Filocalus, 'est et hic illa ratio figurarum, ut sit ex duobus integris, ex duobus corruptis et talia?' respondit, 'est: habes ex duobus integris, ut quisquis, ex duobus corruptis, ut idem, ex integro et corrupto, ut quispiam, ex corrupto et integro, ut aliquis; et prorsus, cuicumque accidit figura, inest haec ratio quadripertita'. personae pronominum sunt tres, prima secunda tertia: prima, ut ego, secunda, ut tu, tertia, ut ille. quis pronomen hodie tantum generis masculini est. nam apud maiores communis generis fuit: habes in Terentio quis generis feminini, | 'quis tu es' inquit 'mulier'.

5 semper in ipso est item quod in possidente est *F* 14 ecce qualitates pronominum *L* ēt pronominum qualitatem *F* ecce habet pronominum qualitatem *S* 20 ne unum quidem latina elocutio (locutio *L*) *LS* ne unum habet latina elocutio *F* 26 epicoenon *LFS* 31 filogalus *LS* philocalus *F* 38 quisquam, *non* quis, *feminino genere dixit Terentius Eunuch.* IIII 4, 10 hunc oculis suis Nostrarum numquam quis-

In declinatione sunt aliqua pronomina, quae geminent casus suos, ut puta quis: dicimus enim et quis et qui. et in genitivo plerumque geminantur, ut mis vel mei, tis vel tui: dicimus enim 'tui causa te rogo' et 'tis causa te rogo', 'mis causa te rogo' et 'mei causa te rogo'; sed mis et tis a consuetudine recesserunt, habes tamen in Plauto. item ablativo singulari gemina sunt, ut a quo vel a qui; sed a qui in usu non est. item dativus et ablativus pluralis gemini sunt, quis vel a quis, quibus vel a quibus. et consequens fuerat ut geminum faceret dativum et ablativum pluralem, qui ablativum singularem iam geminum fecerat, a quo vel a qui. necesse fuit dicere ab eo quod est a quo quis vel a quis, ab eo quod est a qui quibus vel a quibus. ergo ratio ablativi singularis variare fecit etiam pluralem dativum et ablativum varios. et nominativus tamen pluralis, qui apud veteres geminus fuit, hodie ab usu recessit: dicebant enim veteres qui et ques. similiter et accusativus pluralis, qui tunc geminus fuit, in usu non est: nam dicebant et quos et ques. et necesse erat ita dicere, ques. nam ablativus singularis i littera terminatus nominativum pluralem in es mittit. Cato quoque Origines sic inchoat, 'si ques sunt homines'.

Et interrogavit Filocalus 'quare idem inter minus quam finita pronomina posuisti, et aliquis inter finita non posuisti, cum utrumque sit compositae figurae?' respondit, 'sed aliquis ita compositum est, ut, si solvas, invenias alteram partem eius in pronominibus, id est quis. idem vero resolutum non invenies; et compositiones istae, quae ita sunt, pro simplicibus habentur, quoniam solvi non possunt'.

DE VERBO.

Verbum est pars orationis, quae habet tempus et personam sine casu, ut si dicas lego scribo meditor. quando dico lego, et tempus est et persona, et casus nullus est. sed sic sunt ista duo conexa, tempora et personae, ut alterum sine altero esse non possit, in verbo scilicet. ceterum si persona sola sit, pronomen sequitur; si tempus solum, participium. ergo ista pars, id est verbum, individua habet haec duo quidem. quod adiecit 'casu carens', ideo, quia sunt aliquae locutiones, quae a verbo nasci videntur et tamen casum habent, ut est illud Terenti 'iussi ei dare bibere'. et si verum adtendas, soloecismus est, si dicas 'da

quam vidit. *quod exemplum posuit Priscianus p.* 960. *hinc natus videtur error grammatici versum Pacuvii* (*Med. fragm.* 20 *ed. Ribb.*) *Terentio tribuentis: cf. Pomp. p.* 249
5 in plauto *FS* in platone *L* 10 quis uel (quis siue *F*) a quis quibus uel a quibus *FS* quis quibus *L* 14 qui et quies *FS* qui et quis *L* 15 et quos et ques *LS* et quos et quies *F* dicere ques *S* dicere quis *Fl* dicere *L* 17 origenes *LFS* inchoat si quies *FS* incoat si ques *L* 19 filocalus *L* philocalus *F* filogalus *S* 20 sit *F* sint *LS* 21 respondit *FS* respondi *L* 23 quae id sunt *LF* quae hinc sunt *S* 25 DE UERBO *F* INCIPIT DE UERBO *S* EXPLANATIO INCIPIT UERBI *L* 33 illud Terenti *om. FS: Terent. Andr.* III 2, 4

mihi prandere' et 'da mihi bibere': ista enim locutio casum verbo coniungit. sed ista consuetudo ex Graeco usu descendit: nam Graeci verbo et articulos iungunt dicentes δὸς τὸ πιεῖν. ergo ideo dixit 'cum tempore et persona sine casu'.

Verbo septem accidunt, qualitas coniugatio genus numerus figura tempus persona. scire debemus quod omne verbum cuiuscumque generis duas significationes habet tantum, aut agentis aut patientis; aliter fieri per rerum naturam non potest: lego agentis est, legor patientis. in ipso neutro aut agentis invenies significationem aut patientis, agentis, ut curro, patientis, ut vapulo. atquin neutrum est, et nec illud habere debuit nec illud. et interrogavit Filocalus, 'possumus tamen invenire neutralia, quae nullam habent significationem, ut est dormio'. et respondit 'agentis habet significationem. vis scire? possum et non dormire, quoniam in potestate nostra est. sunt aliqua | quae naturae danda sunt, non omnia; sed tamen ista quae per naturam veniunt nisi consentientibus nobis non conplentur. sitio meum non est, sed accidit ut sitirem, et tamen possum non sitire. qua ratione decepti sunt ut hoc putarent: nam multi dicunt id agentis esse, quod alio agente alius patitur, ut verbero. secundum ipsorum definitiones si ea verba activa, quae ita exprimunt agentis officium, ut exprimant et patientis, et item ea passiva, quae ita exprimunt patientem, ut exprimant officium agentis, neutra autem tunc sunt, quando unum exprimunt, aut patientem aut agentem, quid dicent, si invenerimus neutra quae utrumque exprimant, ut vapulo sentio? ergo vides quod ista non procedunt, quia prima vera non sunt'.

Qualitas verborum dividitur in modos et in formas. modi sunt hi, indicativus promissivus imperativus optativus coniunctivus infinitus. de his singulis videamus. indicativus dictus est, quod per ipsum indicamus id quod facimus, ut lego: dicitur idem et definitivus ab eo, quod definiat, quid fit: imperativus, quod per ipsum imperamus ut fiat, ut lege. promissivus, per quem promittimus, quaesitum est, utrum modus esset an tempus modi, quoniam indicativi modi tempus futurum est; et modus non est, si tempus est modi. sed qui dicunt modum esse, hi dicunt primum 'non possumus indicare de rebus quas non novimus': ergo detrahunt tempus indicativo modo et faciunt alterum modum. qui autem negant eum modum esse, hoc astruunt, per rerum naturam fieri non posse ut unum tempus habeat aliqui modus. deinde qui dicunt eum modum esse, ne|gant

1 locutio casum uerbo coniungit et *L* loquutio (elocutio *S*) casuum uerbo coniungitur et *FS* 10 adquin *L* at quod *S* aut quia *F* 11 philocalus *F* filogalus *LS* 14 naturae danda sunt *L* naturae danna sunt *F* neutra dicenda sunt *S* 15 per naturam ueniunt *FS* per naturam eueniunt *L* 22 quid dicent *FS* quid dicet *L* 24 prima uerba non sunt *LFS* 25 modi sunt sex indicatiuus promissiuus imperatiuus optatiuus coniunctiuus infinitiuus. de his sex singulos uideamus *F* modi sunt hi nouem indigatiuus promissiuus imperatiuus optatiuus coniunctiuus infinitiuus inpersonalis gerundium concessiuus *S* 28 definitiuus ab eo quod definiat quod fuit *S* definitiuus habeo quod definit quid fit *F* finitiuus ab eo quod finiat quid fit *L*

p. 509. 10 L.

esse mirandum, si unius temporis sit. omne enim quod promittimus in futurum promittimus: nec enim promitto aut praesentem rem in praesenti, quam dare iam possum, aut rem praeteritam, quam dedi. est et optativus modus, per quem optamus, utinam legam. est et coniunctivus modus, cui coniungitur alia pars, ut inpleatur sensus, aliter semiplenus est sensus: cum legam, quia non stat sensus, addis aliam partem, ‘cum legam, audies’. stulte autem putant qui dicunt ideo dici coniunctivum, quod coniunctam habeat particulam cum: nam et optativus habet coniunctam particulam utinam; ergo incipit optativus etiam coniunctivus dici. est etiam infinitivus, ubi non discernitur persona nec numerus: nam ideo inperfectus dictus est. quando dicimus legere, quaevis persona est, quivis numerus. omnem autem esse personam verbum aliud ostendit, quod huic inperfecto modo coniunctum discernit personas, legere volo, legere vis, legere vult. deinde adiunctum hoc verbum supra dicto modo discernit et numeros, legere volumus, legere vultis, legere volunt. est etiam inpersonalis modus, ubi similiter non possunt discerni personae, id est legitur. si non definit personas nec numeros, quare non et iste dicitur infinitus, aut ille dicitur inpersonalis? quid enim interest? multum interest. nam inpersonalis modus addito pronomine discernit personas et numeros, quod per illam declinationem non sequitur in infinito: nam ibi aliud verbum coniungo, ut discernam numeros et personas, volo vis vult. deinde inpersonalis et per alios modos declinatur, infinitus non declinatur. per indicativum iste inpersonalis, legitur a me a te ab illo, et per | inperativum declinatur, legatur a me a te ab illo, per optativum, utinam legatur a me a te ab illo, et per coniunctivum, cum legatur a me a te ab illo. unde apparet quoniam inpersonalis secundum hanc rationem modus non est, sed genus verbi: non enim potest modus per alios modos declinari. activum verbum declinatur per omnes istos modos. numquid possum indicativum modum per imperativum modum declinare. modus per modos numquam declinatur; genus per modos declinari potest. est etiam alter modus, qui appellatur gerundi, ut est legendi legendo legendum lectum lectu. hunc plerique non esse modum putant, sed esse participia a futuro tempore passivi verbi, legendi legendo legendum; item praeteriti temporis a passivo, lectum lectu. ergo participia dicunt esse declinata, non modum verbi; sed satis falsum est. nam si participia sunt, quid faciemus de eo quod est lectu? nam nullum participium per rerum naturam u littera terminatur ablativo casu. deinde si dixeris participia esse, sine dubio participia sunt passivae significationis. nam *et* praeteritum tempus a passivis venit in participiis et futurum quod in dus exeat. quare ergo invenimus istum modum etiam activam significationem habere,

frigidus in pratis cantando rumpitur anguis:

21 coniungo ut discernam *F* coniungo (iungo *L*) et discernam *LS* 31 aliter *F* gerundus *LFS* 38 nam praeteritum *LFS* 41 frigidus] *Verg. bucol.* 8, 71

cantando activam habet significationem. ergo cum ista etiam agentis significationem habeant, non recte ea dicimus participia, sed modus est. est etiam concessivus modus, qui ex hac causa natus est, quod plerumque altercationes interrumpit et tollit nobis contentionem, ut puta 'verum est illud', tu dicis 'verum non est': orta contentio est. haec uno dissimulante conpescitur et sedatur, dum alter alteri concedit viceris: non concedo verum esse, sed quasi verum, ne contentio procedat in longum. haec et finitiva dicuntur. ista enim omnia conpendium nobis praestant, ne per circuitionem diutius aliquid dicamus, cum possumus habere compendium. melius enim dicis viceris, quam si dicas 'concedo tibi quoniam vicisti'.

Accidunt etiam formae, quae sensum habent, non declinationem, ut modi. nam modi declinationem habent et ideo quasi casus verborum sunt; in formis autem significationes sunt: nam ostendunt, quo modo loquamur. natura rerum sic formavit actus humanos: antequam faciat homo aliquid, primo cogitat et meditatur ut faciat, et dicitur forma meditativa, ut est esurio, id est edere volo, parturio, parere volo, lecturio, legere volo. vides ista omnia meditantis esse. deinde cum meditatus fuerit, inchoat, et dicitur forma inchoativa, ut tepesco calesco, id est tepere incipio, calere incipio. cum inchoaverit, iam perficit, et dicitur forma perfecta, quam etiam absolutam vocant, ut caleo tepeo. si idem saepius faciat, frequentativa forma dicitur, ut ventito pransito clamito. secundum naturam ergo idem est formis ordo, qui in actibus. ergo meditativa forma semper in rio exit, ut lecturio esurio, inchoativa in sco, ut calesco tepesco. et scire debemus inchoativa non esse, nisi has habuerint res, primo ut originem trahant a neutrali verbo secundae coniugationis, deinde ut in sco syllaba terminentur et ipsa inchoativa tertiae sint coniugationis correptae, deinde ut careant tempore perfecto et plusquamperfecto et participio futuri | temporis. siquid de his vel unum defuerit, non erit inchoativa forma verbi, ut est calesco: inchoativum est, quia venit ab eo quod est caleo, quod verbum neutrale est et coniugationis secundae. unde incidentem in hoc verbo quaestionem, quod est fervere, tali regula adserui, cum quaereretur, utrum producte fervere diceremus, an correpte fervere. utrimque enim proferebantur auctoritates: Vergilius dixit 'fervere Leucaten', Statius 'obsequio fervere domum'. sed quia ratio artis manifesta est, probabilius est ut secundum rationem fervēre dicamus. nam si ferveo facit ex se fervesco, id est inchoativum verbum, secundae coniugationis esse debet. aut da mihi unum verbum, quod ex se faciat in-

1 ergo — habeant *om. F* 2 significationem habet *L* habet significationem *S* 16 primo cogitat et meditatur *FS* primo meditatur *L* 22 pransito *FS* prandito *L* 26 ut in sco *S* ut sco *F* ut in isco *L* 34 Vergilius] *Aen.* VIII 677 35 Statius] *Theb.* I 525 quia] quae *LFS* 36 nam si ferueo *S* nam si feruere *F* si enim ferbeo *L*

choativum et non sit secundae coniugationis. cum hoc ergo faciat inchoativum et secundae coniugationis sit, productum esse debet in infinito modo. numquam enim invenies secundae coniugationis verbum in infinito modo corripi. quod ergo fervere corripuit Vergilius, pathos est propter metrum, non natura. et quare inchoativum non habet tempus praeteritum perfectum vel plusquamperfectum? quia si inchoativum nihil est aliud nisi quod inchoat, quo modo potest habere perfectum? eadem ratione nec participium futuri temporis habet. nam si hoc ipsum non habet quod perfectum est, quo modo potest habere id quod nascitur de perfecto? unde quiesco et senesco nolunt esse inchoativa, quia non habent seneo et quieo, unde veniant. ergo et perfecta vel absoluta forma, ut est lego curro, ideo perfecta dicitur, quia in ea plenus est sensus: quando dico lego, plenus est sensus. est et frequentativa, quae nos frequenter ostendit dicere, lectito saepe lego, scriptito saepe scribo. haec verba frequentativa quotiens in to exeunt, primae coniugationis sunt. si non in to exeunt, possunt cuiuscumque coniugationis esse, id est primae vel tertiae; nam secundae numquam invenies: primae, ut curso cursas, tertiae, ut lacesso lacessis.

Coniugationes verborum sunt tres, prima secunda tertia: prima quae a habet secunda persona, secunda quae e, tertia quae i. ubi invenitur coniugatio? indicativo modo in numero singulari secunda persona vel ante litteram vel ante syllabam: in activis vel neutralibus verbis ante litteram, in his quae r littera terminantur ante syllabam. tres ergo litterae tres coniugationes faciunt, a e i, et idem est ordo coniugationum, qui est et ipsarum litterarum: a, quoniam primum locum habet, ipsa est prima coniugatio; e deinde, quae est secunda in ordine vocalium, secundam coniugationem facit; i, quae tertio sequitur loco, tertia coniugatio est. sed prima et secunda coniugatio semper productae sunt, tertia interdum producitur, interdum corripitur, non in isdem verbis, sed in aliis. inter productam et correptam hoc interest, quod correpta futurum tempus semper in am mittit, ut dicam scribam; producta vero [in neutralibus verbis] et in am mittit, ut audiam nutriam, et in bo, ut 'matris servibo commodis': Terentius in Hecyra. et ita ut scribo scies. quando autem corripiatur, quando producatur tertia coniugatio, hinc colliges: si in imperativo modo e habuerit, corripitur, ut scribe; si i habuerit, producitur, ut audi. est etiam alia regula paeneultimae syllabae infiniti modi temporis praesentis. nam si correpta fuerit paeneultima syllaba, correpta coniugatio est, ut legere; si producatur, producta coniugatio est, ut nutrire. prima et secunda coniugatio in bo mittunt futurum tempus, ut

17 numquam inuenies *F* non inuenis *L* quam inuenis *S* 28 producta uero et in am *F* producta uero in neutralibus uerbis in am *L* producta in neutralibus uerbis et in am *S* 32 matri seruibo conmodis terrentius ine hecyra et ita ut scibo scies *L* matris (patris *F*) seruibo commodis et ita ut scribo scies *FS: Terent. Hec.* III 5, 45 34 colliges *FS* collegis *L*

p. 514. 15 L.

clamabo videbo. sunt autem aliqua verba usurpativa, de quibus postea disseremus.

Sequitur de genere verborum. diximus quod omnia verba, sive activa sint sive passiva sive neutralia sive communia sive deponentia, duas significationes habent, activam et passivam. nam et si neutrum sit, activam habet significationem aut passivam; et si commune sit, utique utramque significationem habet; et si deponens sit, passivam habet declinationem, sed activae significationis est, ut loquor convicior. nam nihil difficilius quam discernere commune verbum a deponenti. plerique enim *κατὰ ἀντίφρασιν* putant dictum esse deponens ab eo, quod r litteram non deponat; sed falsum est. nam et communia r litteram non deponunt; ergo et ipsa deponentia dici debuerant. ergo ita discernitur: ubi inveneris passivam declinationem et activam tantum significationem, necesse est deponens verbum sit, ut est loquor luctor; quotiens autem passiva est declinatio, significatio autem et activa et passiva, commune verbum dicitur, ut criminor osculor. quando dico luctor, declinatio sola passiva est, ceterum significatio activa: ego enim luctor. quando dico osculor, vides quod et quando ago et quando patior osculor dico. ideo ergo illa verba deponentia dicuntur, quod ex gemina significatione unam deponunt, id est passivam. cauti ergo esse debemus ad ipsas significationes, ut sciamus, quando commune sit, quando deponens. iam incipit dicere, activum est quod o littera terminatur et accepta r littera facit ex se passivum, | ut lego legor. item passivum est quod r littera terminatur et ea detracta facit ex se activum, ut caedor caedo. nam neque activum esse potest, nisi fecerit ex se passivum, neque passivum, nisi fecerit ex se activum. nam si o littera terminetur et passivum non ex se fecerit, neutrale est, ut curro: non enim dicimus curror. sic enim videtur esse curro quasi lego. sed illud facit passivum, ut legor; hoc accepta r littera Latinum non est, curror. item quando habet r litteram, si ea deposita Latinum fuerit, passivum est, ut clamor clamo; si autem eandem deponere non potuerit, aut commune erit aut deponens, ut criminor loquor.

Numeri verbis idem accidunt, qui et nominibus, singularis ut lego, pluralis ut legimus [addunt quidam communem, ut legere]. figurae similiter accidunt duae, simplex, ut lego, conposita, ut neglego. personae tres sunt, prima quae dicit, lego, secunda cui dicitur, legis, tertia de qua dicitur, legit.

Tempora tria sunt, praesens praeteritum et futurum. sed praeteriti species sunt tres, inperfecta perfecta plusquamperfecta. praesens est, cum agitur. advertamus haec: in nulla enim re sic fit soloecismus etiam a doctis. praesens est, dum agitur: ceterum si non agatur, non est

1 uidebo sunt *FS* uidebo tertia in am ut lego legam sunt *L* 12 debeuerant *L* debebunt *F* debent *S* 20 ut sciamus — dicere *om. L, add. FS:* ut sciamus quando commune sit quando deponens *add. l* 33 addunt — legere *om. FS* commone *L*

praesens: non possum dicere lego, nisi dum lego, dum in ipso actu sum. ergo si mihi dicas ‘lege mihi Vergilium’, et dixero lego, soloecismus est. nam cum adhuc in re non sim, quo modo praesens tempus adsumo? ergo debemus dicere legam. praeteritum tempus tres habet species, inperfectam perfectam plusquamperfectam. inperfectum tempus est quod omissum est, antequam conpleretur, legebam: ostendit se | legisse nec conplesse. perfectum dicitur quod omissum est cum re ipsa paulo ante, quando rem omisisti et tempus: puta tollo codicem, lego et repono, interrogas me ‘quid fecisti?’ dico ‘ego legi’, quia et desii legere et tempus omissum est. si autem vis ut significem me olim legisse, dico tibi ‘legeram, sic venisti’. perfectum est quod cum re omittitur; quotiens autem olim nos aliquid gessisse monstramus, plusquamperfectum est. futurum est quod erit, non quod est. et hic enim fit saepius soloecismus. surgit aliquis mane et dicit ‘circenses sunt’, diluculo surgit aliquis, antequam equi veniant et aliquid agatur in circo, et dicit ‘circenses sunt’. atquin adhuc non sunt. sunt enim praesens tempus significat et id in quo res geritur. cum autem adhuc nihil geratur, sed post horam gerendum sit, non debemus dicere ‘circenses sunt’, sed ‘circenses erunt’. vis scire, quam verum sit? e contrario converte sensum. dimittit circus stante adhuc die, cum adhuc hodie sit, id est dies: locuntur homines de circo, numquid dicunt ‘hodie circenses sunt’? sed dicunt ‘hodie circenses fuerunt’. ergo si ipsa die non potest dicere sunt, sed fuerunt, nec illud potest dicere ‘circenses sunt’, antequam sint. similiter soloecismus est, si dixero ‘cras ad te venio et lego tibi’: cras enim futuri temporis est, lego praesentis: dicendum est ‘cras ad te veniam et legam tibi’. satis homines decipiuntur in ratione temporum istorum, perfecti et plusquamperfecti, si dicas ‘heri sic venisti, legeram’ et ‘nudius tertius sic venisti, postquam legi’: nudius tertius enim ulterioris temporis significationem habet quam heri; item legeram ulteriorem significationem habet quam legi. ergo nuper transacto tempori das rem olim gestam, | et ulteriori tempori das rem nuper gestam. ita ergo dicendum est, ‘heri tunc venisti, postquam legi’, ‘nudius tertius sic venisti, legeram’.

Sed haec tempora cum omnibus praeteriti temporis speciebus non in omnibus modis inveniuntur. nam indicativus omnia habet, praesens et praeteriti tres species et futurum. imperativus duo tantum habet, praesens et futurum. sunt tamen qui dicunt unum habere tempus, id est praesens: nam futurum non est imperativum, sed mandatum; dum enim non fit, non est imperium. addunt alii futurum tempus, ut legito. optativus modus omnia habet, sed gemina, non duplicia sed conexa: praesens

6 nec conplesse *S* nec implesse *F* non conplesse *L* 10 uis ut significem me *S* uis ut significes te *F* uis ut significassem me *L* 14 surgit aliquis mane *FS* surgit aliqui mane *L* diluculo surgat aliquis *FS* deluculo surget aliqui *L* 34 habet et praesentis et praeteriti tres species (species *om.* *F*) et futuri *LFS*

et futurum tempus simul habet, perfectum et plusquamperfectum simul, inperfectum separatim. ac solum ista duo excludunt multi, et iure, praesens et inperfectum. si enim optativus modus dicitur ab eo quod optet, praesentia, id est quae habemus, optare non possumus. sic et de inperfecto repudiando dicunt, quia retro optare non possumus; ergo et de perfecto et plusquamperfecto, quae conexa sunt, idem dicendum est. sed sic possumus optare, ut increpemus vel fortunam vel quod non fecimus oportuno tempore, utinam legissem. vides quod hoc increpatio est, non votum, 'utinam illo tempore legissem, quo potui discere'. propter hanc ergo necessitatem concessa sunt ista tempora. quare ista conexa sunt, praesens et futurum? respondit 'et quo modo habeo facere praesens tempus? vis ut dicam utinam legerem? dico utinam legam; incipit esse et praesens tempus et futurum. sed forte dicas mihi, similis culpa est, sive praeterito sive futuro coniungam praesens. si enim non debet esse confusio, vitiosum est | cum quolibet tempore tempus praesens velle confundere. sed tolerabilius est vicina coniungere, quam longe separata'. coniunctivus quinque habet tempora.

DE ADVERBIO.

Adverbium dictum est, quia semper verbo cohaeret, non quod verbum ipsi adverbio cohaereat, sed quod adverbium semper verbo iungatur. potest enim fieri ut verbum sine adverbio positum intellegatur, 'Cicero dixit', 'Cicero fecit'. adverbia sine verbis non habent intellectum: hodie, quid hodie? non intellegitur, nisi addideris lego facio aut aliquod verbum, ut 'hodie lego', 'hodie facio'. ideo ergo dicta sunt adverbia, quod sola sensum inplere non possunt, sed iuncta verbo inplent sensum. deinde etiam illud scire debemus, quod verborum natura media est et potest ad hanc vel ad illam condicionem deduci; ut puta si dicam lego, medium est, et possum videri et bene legere et male legere. hoc ergo lego adhuc ambiguum est, quem ad modum legam: iungo adverbium, et iam non erit incertum, 'bene lego', 'male lego': facta est distinctio in re confusa, ut illud quod erat dubium manifestius clareat. adverbio accidunt tria, significatio conparatio figura.

Significationes innumerabiles sunt, in artibus autem diverse sunt positae: nam alii septem posuerunt, alii novem, alii viginti. tu tamen scire debes quia, quot sunt significationes, tot sunt nomina: nam nomina ipsa

6 qui conexi sunt *LFS* idem *om. L, add. FS* 7 ut increpare nos uel *LFS* 11 praesens tempus uis ut dicam tibi utinam legerem dico utinam legam *S* praesens tempus uis ut dicam utinam legam *F* 12 vis *om. L* 16 coniunctiuus quinque habet tempora DE ADUERBIO *F* et coniunctiua quinque habent tempora DE ADUERBIO *S* coniunctiua quinque habent tempora presens praeteritum inperfectum praeteritum perfectum et futurum. sed haec formarum regula praetereundum non est. *sequitur brevis disputatio de formis verborum, quae efficiuntur litteris in paenultima verborum syllaba positis.* EXPOSITIO ADVERBiorum *L*

p. 518—20 L.

de significationibus oriuntur. quando dico non, quid significat? ne dicatur: ergo non adverbium negantis est. quando dico en, quid facio? demonstro: ergo en adverbium | demonstrantis est. ergo si ipsa nomina de significationibus nascuntur, tot sunt nomina, quot sunt et significationes. adeo hoc constat, ut plerumque varia significatio mutet naturam ipsius adverbii. et quia plerumque pro sensu damus nomina, plerumque ipsae partes orationis pro sensu etiam *diversae* partes orationis sunt. o, illa littera pro sensu diversas partes orationis efficit: nam interdum o interiectio est dolentis, ut Vergilius 'o terque quaterque beati'; interdum exclamantis, ut 'o dii inmortales, ubinam gentium sumus'; interdum admirantis, ut 'o dii inmortales Gnaeus Domitius ille'; interdum optantis adverbium est, ut

o mihi praeteritos referat si Iuppiter annos.

In adverbiis illa teneamus, quae faciunt vitium, nisi teneantur. nam localia adverbia quattuor modis variantur. nam aut in loco sunt aut de loco aut per locum aut ad locum: in loco, hic illic ibi intus foris isti illi, ut est 'patet isti ianua leto'; de loco hinc illinc istinc inde intus foris (nam haec duo, intus et foris, geminam habent significationem, in loco et de loco); ad locum huc illuc illo intro foras; per locum hac illac. quod autem diximus intus et foris geminam habere significationem, in loco et de loco, ipse sensus ostendit: dicimus enim in loco 'intus sum', 'foris sto'; similiter et de loco dicimus 'intus venio', 'foris venio', quia non possumus dicere de intus et de foris. nam praepositio separatim adverbio numquam potest | adiungi. sunt etiam confusa localia adverbia, ut usque: nam et ad locum esse potest, ut Vergilius 'ad usque columnas Exulat', et de loco, ut

usque coloratis amnis devexus ab Indis.

et quid nobis prodest haec scire? propter verborum rationem: nam natura verborum aliquando in loco significat, ut sto maneo sedeo. illo ad locum significat; non possumus ergo dicere 'illo sedeo', 'illo maneo', sed iungimus illis adverbium quod sit in loco et dicimus 'ibi maneo', 'illic sedeo'. pergo ad locum significat; iungimus adverbium quod sit ad locum, 'pergo illo'. quoniam ergo diximus superius necesse esse ut adverbia verbis cohaereant, debemus eius significationis adverbium ponere,

1 quid significatione dicitur *LFS* 5 adeo *FS* ideo *L* significatione *LFS* 6 plerumque ipsae partes orationis pro sensu etiam partes orationis sunt *FS* plerumque ipsae partes orationisunt *L* 9 Vergilius] *Aen.* I 94 10 o dii] *Cic. in Catil.* I 4, 9 11 o dii] *Cic. p. Deiot.* 11, 31 o tempora o mores Cn. Domitius ille GN. domitius ille *F* gneus domitius illa *L* gentium domicius ille *S* 13 o mi preteritos si repetar iuppiter annos *F: Verg. Aen.* VIII 560 15 uariantur ut in sequentibus uidetur expositum. aduerbia quattuor modis uariantur ut dictum est nam aut *L:* ut in sequentibus — dictum est *om. FS* 17 placeat isti ianua leto *F: Verg. Aen.* II 661 25 Vergilius] *Aen.* XI 262 26 exolat *L* exultat *FS* 27 usque] *Verg. georg.* IIII 293 coloratis *FS* coloriatis *L* dinexus *F* 32 significationem *LFS*

cuius significationis est verbum. illud etiam scire debemus, nominibus civitatum non nos adiungere praepositiones, quotiens in localium adverbiorum significationem transit. sed quando volumus ad locum significare, per accusativum dicimus 'Carthaginem vado', 'Beneventum pergo'; quando de loco, septimo utimur casu, ut 'Roma proficiscor', 'Benevento navigo'; quando in loco, aliquando per genitivum, aliquando per dativum dicimus. quotiens nomen civitatis secundae declinationis est, ut i littera terminetur in genitivo, per genitivum dicimus, ut 'Beneventi sum', 'Mediolani maneo'; quando autem tertiae declinationis sunt, dativo utimur, ut 'Carthagini sum'; sed et si primae declinationis sunt, dativo utimur, ut 'Romae sum', ita tamen, ut, si nomen tertiae declinationis sit, plerumque ablativo utantur, sed auctoritate, ut 'Tyria Carthagine qui nunc Exspectat' et 'cum tu | Narbone mensas hospitum convomeres'. hoc in nominibus tertiae declinationis tantum licet facere, si in his non deest auctoritas, ne putes tibi idem in similibus esse faciendum, in quibus non habes auctoritatis exemplum. similiter et rus, quoniam tertiae declinationis est, et per dativum proferimus et per ablativum, 'ruri sum': legimus etiam

rure meo quidvis possum perferre patique.

sed quem ad modum nomina civitatum non accipiunt praepositiones, sic e contrario provinciarum et locorum nomina cum praepositionibus proferuntur, 'de Campania venio', non 'Campania venio', 'in Africam vado', *non 'Africam vado'*, 'in Sicilia sum', non 'Sicilia sum'. sic et nominibus locorum additur praepositio, 'eo ad forum', non 'eo forum', 'sedeo in theatro', non 'sedeo theatro', exceptis duobus nominibus locorum, quae ita habentur, quasi sint nomina civitatum, et non accipiunt praepositiones, domus et rus. dicimus enim 'domum vado' et 'rus eo', non 'ad domum vado' et 'ad rus eo'. sed plerique nominibus civitatum iunxerunt praepositiones, ut Cicero 'ad Messanam venit'; et de loco, ut Salustius 'nam tum Brutus ab Roma aberat'. sed, ut diximus, haec quae usurpata sunt sola contra artem admittenda sunt, non ex eorum exemplo etiam cetera. sed et provinciarum nominibus quamquam dixerimus arte praepositiones iungi [non posse], contrarium tamen usurpavit auctoritas, 'Italiam fato profugus Laviniaque venit Litora'. ergo dua excepta sunt locorum nomina, quibus praepositio non addatur, rus et domus. sed et his interdum additur praepositio. nam | quando domum meam significo, non addo praepositionem, sed dico 'domum vado'

12 Tyria] *Verg. Aen.* III 224 cartago qui *L* Kartagine qui *S* cartigine quae *F* 13 cum tu] *Cic. Philipp.* II 30, 75 hospitum conuomeres *L* hospitium cõmoueres *F* hospicium commoueris *S* 19 rure] *Horat. epist.* I 15, 17 quiduis possum perferre *Sl* quibus possum perferre *L* quiduis proferre *F* 23 non Africam vado *om. LFS* sic et] licet *LFS* 24 non eo foro *LFS* 29 ad messanam *S* ad mesanam *L* ad micenam *F* 30 Salustius] *Catil.* 40, 5 nam tum rutus roma aberat *F* 34 Italiam] *Verg. Aen.* I 2 lauiniaque *F* labiniaque *S* lauinaque *L*

p. 522. 23 L.

et 'domi sum'; quando autem domum significamus extraneam, addimus praepositionem, 'ad domum consulis vado'. et interrogatus 'ergo non dico ad domum meam vado? iam enim accessit altera particula, cui possit addi praepositio, id est ad meam'. sed illud subtilius requirendum est, utrum, quia dicis 'ad domum meam vado', possis recte dicere 'ad domum consulis vado'. nam si directam inspicias rationem, possum dicere 'ad domum meam vado', non possum dicere 'ad domum consulis vado', quoniam 'ad domum meam' habet particulam accusativi casus, cui possit iungi praepositio, id est meam; quando autem dico 'ad domum consulis', adieci quidem consulis, non tamen accusativus casus est, sed genitivus; ideo debes addere Pincianam vel Palatinam. nam cum plerique putant quod interpositio recipiat praepositionem, non potest iungi praepositio, nisi interpositio eius sit casus, cuius casus est praepositio.

Accidit adverbiis et conparatio. corparationis gradus sunt tres, positivus, ut docte, conparativus, ut doctius, superlativus, ut doctissime. positivus eorum quae conparari possunt in duas exit regulas, in e et in r: quando dativus nominis o littera terminatur, positivus adverbii in e exit, ut docto docte; quando i littera terminatur, in r exit adverbium, ut forti fortiter, prudenti prudenter: conparativus gradus ab utraque regula positivi in us, ut docte doctius, fortiter fortius, prudenter prudentius: superlativus in e semper productam exit, ut doctissime. in tantum semper producitur superlativus, ut, etiam si positivus eius correptus sit, iste tamen | producatur, ut bene saepe male dicimus correpte, producta e in superlativo optime saepissime pessime. ea autem adverbia recipiunt conparationem, quae a nominibus veniunt recipientibus conparationem. hinc est quod, cum dicimus Tulliane, non possumus dicere Tullianius, quia non dico Tullianior. pauca sunt tamen quae contra artem veniunt, ut positivum in r mittant, cum dativus eorum in nomine o littera terminatur, ut est duriter et humaniter. sunt aliqua adverbia, quae naturam habent conparationis et tamen conparari non possunt, ut est mane et vespere. numquid possum dicere manius aut vesperius. vigilavi mane, sed fuit qui ante me vigilasset, et non possum eum dicere manius vigilasse. ergo in his adverbiis, ubi inflexio non habet conparationem, natura habet, iungimus has particulas, magis et maxime, ut, si augere volumus, dicamus magis mane, si superferre, maxime mane, si minuere, minus mane, si plus minuere, minime mane. sed nec praepositio addi potest, ut dicamus a mane; si autem vis addere praepositionem, dic a mani, ut mane nomen sit neutrum, et quo modo dicimus hoc mare et ab hoc

2 ergo non dicis *S* ego non dico *LS* 4 id est ad meam *FS* ad meam id est *L*: *fortasse* ad meam, respondit illud 7 meam *om. L, add. FS* 10 adieci quidem consulis *et* tamen *om. L, add. FS* 11 picianam *F* nam *om. L, add. FS* 29 et humaniter *FS* et inhumaniter *L* 37 dic *FS* dicam *L* 38 et quomodo *FS* quomodo *L*

mari, sic hoc mane et ab hoc mani, ut Plautus 'a mani ad vesperam': quoniam vidit se praepositionem praemisisse, necesse habuit ablativum casum iungere.

Accidit etiam figura, simplex, ut docte, conposita, ut indocte. hoc autem scire debemus, quod omnis pars orationis aut hoc est quod est aut, si non fuerit quod fuit, adverbium est: deiecta de significatione et substantia sua in adverbium transit.

DE PARTICIPIO.

Participium dictum est quasi particapium. partes enim capit et de nomine et de verbo: a nomine habet genera et casus, a verbo tempora et significationes, ab utroque numerum et figuram. nam numerus et figura tam nomini quam verbo accidunt. genera participiorum haec sunt, masculinum, ut lectus, femininum, ut lecta, neutrum, ut lectum, et omne, ut legens: commune quod fit ex duobus generibus numquam invenies in participio. casus tot sunt, quot in nominibus, id est sex. de ablativo singulari participii temporis praesentis dubitaverunt veteres, utrum in i exeat, an in e: Cicero in i misit, 'aqua denique ferventi a Rubrio ipse perfunditur', Vergilius in e, 'et candente favilla'. et scire nos debemus regulam hanc esse, ut in e exeat: participia enim in e debent desinere, non in i. auctores tamen euphoniam secuti sunt, ut, quod suave auribus videbatur, hoc dicerent.

Accidunt etiam tempora, praesens praeteritum et futurum. praesens unam regulam habet: exit enim in ens et ans, legens clamans sedens amans; praeteritum vero unam regulam habet, us, ut lectus; futurum in duas regulas exit, rus et dus, rus ab activo, dus a passivo, lecturus legendus. tria ergo sunt tempora, sed quattuor sunt regulae: nam futurum tempus duas habet regulas. et quoniam de his regulis diximus, scire debemus quod invicem se participia ista regant. nam praesens tempus ab activo regit futurum a passivo, et praeteritum tempus a passivo regit futurum ab activo. nam detrahe participio praesentis temporis s et adde dus, facis participium futuri temporis a passivo: legens, tolle s litteram et adde dus, facis legendus. item participio praeteriti temporis a passivo detrahe s litteram et adde rus, invenies futurum ab activo, lectus lecturus. item hoc versa vice: futuri temporis participium ab activo regit praeteriti temporis participium a passivo, et participium futuri temporis a passivo regit participium praesentis temporis ab activo. detrahe enim

1 sic *om. L, add. FS* Plautus] *Mostell.* III 2, 80 (767 *R*): *cf. Serv. in Don. p.* 1838 14 fit] sit *LS* sunt *F* 17 Cicero] *in Verr. act. sec.* I 26, 67 a rumbrio *F* 18 in e et candente *F* in e ablatiuum singularem misit candente *L*: *Verg. Aen.* III 573 34 futuri temporis participium praeteriti temporis a passivo et participium futuri temporis a passiuo regit participium futuri temporis ab actiuo *L* futuri tempus participium ab actiuo regit praeteriti temporis participium a passiuo *F* futuri temporis participium praesentis temporis a passiuo regit participium futuri temporis ab actiuo *S*

participio futuri temporis a passivo dus syllabam et adde s litteram, et invenies participium praesentis temporis ab activo: legendus, tolle dus et adde s, facit legens. item participio futuri temporis ab activo detrahe rus syllabam et adde s litteram, facis participium praeteriti temporis a passivo: lecturus, tolle rus et adde s, facit lectus. hoc ideo diximus, quia inveniuntur aliqua, quae nobis faciunt errorem, et nisi sciamus, quo modo se invicem regant, cademus in errorem. ab eo quod est vinco utrum vinciturus facit an victurus? sequere rationem: fac praeteritum tempus a passivo victus, tolle s, adde rus, facit victurus. interrogatus 'quid si neutrale sit verbum, quo modo possumus participium praeteritum facere?' respondit 'fingis et inde facis. finge tamquam habeat praeteritum, ut puta natatus, et inde facies futurum secundum illam regulam, natuturus, exceptis tamen paucis, quae ab hac regula separantur, ut est mortuus: numquid facit morturus? *sed facit* moriturus, et vix sunt quinque, quae excepta sunt'. quaeritur, ab eo quod est sarcio utrum sarsurus, an sarturus, an sarciturus. sequere rationem, fac praeteritum tempus sartus, Iuvenalis 'scinduntur tunicae sartae modo': dicimus enim 'sarta tecta': ergo sarturus facit.

Iam tractat de significationibus, quae a verborum generibus sumuntur. activum duo habet participia, praesens et futurum, in ens vel in ans et in rus. Graeci habent praeteritum ab activo, ὁ δράσας, nos non habemus, sed per circumlocutionem explicamus hoc ipsum: dicimus enim 'is qui egit'. a passivo duo participia veniunt, praeteritum et futurum in tus et in dus. praesens a passivo non habemus, Graeci habent, ὁ λαλούμενος: nos similiter per circumlocutionem hoc dicimus, 'is de quo loquimur'. duobus ergo participiis deficit Latinitas, praeterito ab activo, praesenti a passivo. et neutrale verbum duo participia habet, praesens et futurum in rus. deponentis tria participia sunt, praesens et praeteritum et futurum in rus; et ideo dicitur deponens verbum, quod deponat participium declinationis suae. nam cum r littera terminata verba, id est passivae declinationis, futuri temporis participium in dus mittant, hoc in rus mittit, locuturus; loquendus non dicimus. ceterum frustra putant ideo dici deponens, quod r litteram non deponat: nam si hoc esset, et commune verbum deponens diceretur.

Accidunt etiam figurae participiis, simplex et conposita: simplex, ut legens, conposita, ut perlegens. numeri participiis accidunt duo, singularis et pluralis: singularis, ut legens, pluralis, ut legentes.

Sunt etiam nomina quae habent similitudinem participii temporis

7 uinco uinciturus (uinco utrum uincitus *l*) utrum uictus facit an uicturus *L* uinco utrum uictus facit an uicturus *F* uicto utrum uictus faciat an uicturus *S* 11 respondit *S* respondis *LF* fingis *om. F* 12 natatus *FS* natus *L* 14 numquid facit morturus (*corr.* moriturus *L*) et uix *LS* numquid facit moriturus et uix *F* 17 Iuvenalis] *sat.* 3, 254 21 o apacae *F* oprasas *L* οπραᾶας *S* 23 egerit *LS* egerint *F* 24 οαλαουμενος *S* olalamenos *L* αλλαειλαε *F* 38 nomina *om. L, add. FS*

p. 526—28 L.

praesentis, cum nomina sint tantum, ut amens demens; et discernuntur a participiis, quod conparationem habent, quia conparatio participiis non accidit. sunt quaedam participia eadem et | nomina, ut est amans et diligens. ista non solum conparatione discernuntur, sed etiam casu. nam si accusativum his iunxeris casum, participia erunt; si genetivum, nomina. quando dicis amans illum, participium est, sicut legens illum; si dixeris amans illius, nomen est, sicut parens illius. item nomen est, quod praeterito participio simile sit, ut est passus visus dilectus cultus. quae si secundae sunt declinationis, participia sunt, huius passi visi dilecti culti; si quartae, nomina erunt, huius passus huius visus huius cultus huius dilectus. aliud enim est esse nomen tantum simile participii, aliud est idem et nomen esse et participium. quando nomen est tantum simile participii, sufficit tibi sola conparatio ad discretionem; quando autem idem et nomen est et participium, difficile discernitur. invenies enim illic et tempus, quod tantum participii est, et conparationem, quae nominis tantum est, ut est amans. nam et participium praesentis temporis est ab eo quod est amo, et habet gradus conparationis, cum nomen est, amans amantior amantissimus. ista ergo non per conparationem tantum, sed et per casum discernuntur, ut supra diximus. de his vero nominibus, quae participiis praeteriti temporis similia sunt, alia declinationis regula differentiam facit. nam quando secundae declinationis sunt, participia sunt; quando quartae, nomina. deinde et sensus facit discretionem, ut si dicas 'visi sunt mihi homines deambulare in foro', visi participium est; si autem dicas 'occurri visibus tuis', intellegis nomen esse. scire autem debemus maiores nostros quaedam participia praeteriti temporis usurpasse contra artem a neutralibus verbis, ut nupta pransus cenatus triumphatus regnatus. non tamen nos hoc de|bemus facere a similibus verbis, sed tantum ea debemus proferre, quae legimus. ideo dico regnata, non quia sequor artem, sed quia habeo auctoritatem: Vergilius 'regnata per arva Saturno quondam'. et interrogavit Filocalus 'quare Terentius posuit 'nihil tumulti?' et respondit 'maiores nostri omnia nomina quartae declinationis secundae faciebant, huius flucti huius ornati huius senati; hodie quartae sunt tantum declinationis, huius fluctus huius ornatus huius senatus'.

DE CONIVNCTIONE.

Coniunctio dicta est eo, quod coniungat elocutionem. nam non potest oratio nostra cohaerere, nisi coniungatur ista particula, ut si dicas 'ego ille eamus', non est conexa oratio: interpone et, 'ego et ille eamus', vides, quo modo conligata sit oratio. coniunctiones quidem multae sunt;

29 Vergilius] *Aen.* VI 793 30 et interrogauit filocalus quare *L* et interrogauit quare *S* et interrogaui quare *F* Terentius] *Andr.* II 2, 28 31 tumuli *F* et respondit *F* respondit *L* et responderent *S* 36 elocutionem *S* locutionem *LF*

sed conpendii causa institutores huius artis in brevem definitionem collegerunt coniunctiones. nam cum enumeratae sint plurimae, adeo non omnes collectae sunt, ut in usu reperiantur quae in arte scriptae non sunt, ut est huiusce: coniunctio est quae in arte nusquam est adnumerata. quinque sunt coniunctionum significationes: sunt enim copulativae disiunctivae expletivae causales rationales.

Copulativae dictae sunt eo, quod sensum coniungant. quando dico ‘ego et tu eamus’, vides quod coniunctio sensum coniungit: utrumque enim ire debere ostendit. disiunctivae dictae sunt, non quod elocutionem disiungant, sed quod sensum, ut cum dicimus ‘ego aut tu eamus’, non utrumque sed alterum iturum ostendit; elocutio tamen coniungitur. ceterum si elocutionem quoque disiungerent, res contraria accideret, ut coniunctioni disiunctio cohaereret. expletivae dicuntur coniunctiones, quae sensum explent, quae apud Graecos *παραπληρωματικοί* dicuntur. sed apud eos ex abundanti ponuntur et ornatum tantum habent, apud nos et rationem. vis arguere aliquem neglegentem, et dicis illi ‘lege’: obiurgasti quidem eum neglegentem, quod non legat, sed non ostendisti quod paenitus nihil agat; dic ‘saltim lege’, ostendisti hominem in omnibus neglegentem, ‘nec illud nec illud agis, saltim hoc age, saltim lege’. addita haec coniunctio explevit illud quod minus erat. inter causales et rationales multum interest. primo scire debemus aliud esse causam, aliud rationem. causa est quae cogit ad aliquid faciendum, ratio qua utimur in faciendo: ut puta si dicas ‘occido hominem et tollo eius hereditatem’, causa est. ratio est qua quis utitur in faciendo: quo modo eum debeo occidere? veneno, ferro, per mediam noctem, per diem, quo in loco? quotiens ergo de causa loqueris, causali utere; quotiens de ratione, rationali utere. ‘si illum occidam, tollo eius hereditatem’: si causalis est, bene dixisti si. ‘debeo veneno occidere, debeo clam, ergo latebo’: quoniam ergo coniunctio rationalis est, bene dixisti. illud tamen scire debemus, quod ubi sunt rationales, etiam causales esse possunt; ubi autem | causales sunt, rationales esse non possunt. et ratio manifesta est, quia ubi est causa, non statim inest ratio; ubi autem est ratio, iam fuit causa.

Diximus quod tria accidunt coniunctioni, potestas figura ordo. de potestate tractavimus. figura accidit simplex, ut nam, composita, ut namque. ordo coniunctionum sollicitudinem quaerit. sunt namque coniunctiones quae semper praeponuntur, sunt quae semper postponuntur, sunt quae et praeponi et postponi possunt: et atque ast semper praeponuntur, que et autem semper postponuntur: sunt quae mediam significationem habent, ut igitur.

4 huiusce *LF* husce *S* adnumerata *S* annumerata *F* enumerata *L* 9 elocutionem *FS* locutionem *L* 12 quoque *om. L*, *add. FS* 14 parapleromaticoe *L* parapleromatici *F* sed apud eos *S* sed apud nos (*corr.* eos *l*) *LF* 19 saltim hoc age saltim lege *FS* saltem hoc age salem lege *L* 24 per mediam noctem *S* per me noctu *L* per noctu *F*

DE PRAEPOSITIONE.

Praepositio dicitur, quod in loquendo praeponitur, ut est 'ante templum', 'apud amicum': non enim dicimus 'templum ante' et 'amicum apud'. sunt tamen aliquae, quae postponuntur propter cacenphaton, ut mecum tecum secum: non enim possumus dicere cum me, cum te; ecce cum praepositio postposita est. omnis praepositio hanc habet naturam, ut aut augeat aut minuat aliquid aut in contrarium vertat aut nihil significet: auget, ut clarus praeclarus; minuit, ut dolus subdolus (plus enim in dolo, quam in subdolo); in contrarium vertit, ut felix infelix; nihil significat, ut natat innatat: Vergilius 'innatat alnus Missa Pado'. | praepositiones non habent nisi casum, cui deserviant, et habent duos casus tantum. omnes enim praepositiones aut accusativi casus sunt aut ablativi. accusativi praepositiones omnes XXX sunt; ablativi omnes XV sunt; communes utriusque casus IIII sunt; loquellares VI sunt, con di dis re se am. quae sunt accusativi casus, in ablativum numquam transeunt, nec quae ablativi sunt, in accusativum. de accusativis praepositionibus apud et ad sollicite ponere debemus: ad tunc ponenda est, quando ad locum significamus, ut 'ad amicum vado'; apud tunc, quotiens in loco esse significamus, ut 'apud amicum sum'. quamquam habeamus exempla, quibus recte ponamus ad, quotiens significamus in loco, ut

prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis,

et 'ad Marcum Laecam te habitare velle dixisti'. usque talis est inter praepositiones, ut sola possit recipere alteram praepositionem. nemo enim dicit 'de post forum', nemo enim ab ante; at vero dicimus ad usque et ab usque: Vergilius 'ad usque columnas Exulat' et 'Siculo prospexit ab usque Pachyno'. hoc ideo fit, quia usque paene videtur vim habere adverbii ad locum aut de loco significantis. ad locum frequentius legimus; de loco habes exemplum

usque coloratis amnis devexus ab Indis.

inter ablativi praepositiones una in dubium venit, clam. cuius casus est? cuius vis: cum arbi|trio tuo ea uti potes. dicimus et clam patre et clam patrem, neque hic observatio est aliqua, ut in communibus. nam communes praepositiones licet utrique deserviant, tamen inest illis aliqua observatio. nam quando permansionem significat sensus, ablativo iungitur in et sub et subter; quando permutationem, accusativo: ut si dicas 'in

4 apud propterea ergo praepositio dicta est eo quod prior enuntiatur aliam orationis procedens particulam. sunt *L:* propterea — particulam *om. FS* 7 significet sepe enim ut dictum est praepositio aut auget aut minuet auget *L:* saepe — minuet *om. FS* 10 Vergilius — Pado *om. FS: Verg. georg.* II 451 misa *L* 21 prima] *Verg. Aen.* I 24 22 et ad marcum legam (*corr.* lecam) *L* et ad m. letam *F* et illud cum ad legam *S: Cic. in Catil.* I 8, 19 25 et ab usque *om. L, add. FS* Vergilius — hoc *om. FS* adusque] *Verg. Aen.* XI 262 exolat *L* 26 Siculo pspexit *L: Verg. Aen.* VII 289 pacyno *L* 29 usque] *Verg. georg.* IIII 293 deuexus *FS* defexus *L* ab] de *F* 32 communes sunt praepositiones *LF:* sunt *om. S*

foro sto' et 'in foro sedeo', qui dicit sto et sedeo, permansionem significat; ideo ablativo iungitur in: qui dicit 'in forum eo', 'in forum venio', permutationem significat de loco ad locum; ideo accusativo recte iungitur in praepositio. sed quoniam sunt aliqua verba, quae habent dubitationem, scire debes quod plerumque sensu discernitur ista praepositionum communio, ut puta cado ambulo curro: possumus enim dicere et 'in forum curro' et 'in foro *curro', et 'in forum ambulo' et in foro* ambulo', et 'in plateam cado' et 'in platea cado'. ergo sensu discernuntur, ut, si in foro positus ambules aut curras, ablativo utaris; si de alio loco illo feraris, accusativo. Cicero dicit 'includuntur in carcerem condemnati': recte dicit; significat enim eos de eo loco, in quo Verres sedebat, ad carcerem duci includendos. ideo rursum, ubi iam ibi fuit inclusus Gavius, recte ait 'inclusus in carcere'. super et sub, ut Donato placuit, magis iam accusativi sunt quam communes. habes exemplum Donati, qui dixit, quotiens localiter significant, accusativo esse iungendas. nec auctorum nobis exempla oberunt. nam veteres nullo discrimine his utebantur, ut Vergilius 'rapuitque in fomite flammam'; non dixit 'in fomitem', cum rapuit permutationem de re ad rem significet. idem in uno verbo casum variavit, 'conditus in nubem' et 'nota conduntur in alvo', 'gemina super arbore sidunt' et 'saeva sedens super arma'. loquellares praepositiones semper cohaerent nec aliquid valent solae positae, sed figuram faciunt coniunctae, ut conpono diduco disiungo revoco separo ambulo ambio.

DE INTERIECTIONE.

Interiectio est res quae mentis adfectum, sed voce incondita, significat, ubi vox non est nisi ex ipso adfectu. plerumque tamen contingit ut et vox integra et quae aliam partem orationis efficiat interiectio sit pro sensu, ut o pro nefas. hae interiectiones sunt, quotiens cum exclamatione ab irato proferuntur.

|| EXPLANATIO LITTERAE.

Littera dicta est quasi legitera, eo quod iter legentibus praebeat, vel

6 cado ambulo curro et in forum ambulo et in foro et in plateam cado et in platea cado *S* cado ambulo curro et in forum curro et forum ambulo et in plateam cado *F* 7 curro — foro *om. L* 10 et cicero dicit *F* q. cicero dixit *S: Cic. in Verr. act. sec.* V 45, 117 11 in quo ferres sedebat *L* in quo uere sedebant *F* in quibus res sedebat *S* 12 ubi iam includus *F* 13 gaius *L* grauius *F* gratius *S: cf. Cic. in Verr. act. sec.* V *c.* 61 *sqq.* 17 rapuitque] *Verg. Aen.* I 176 19 verbo *om. L, add. FS* conditus *corr.* conditur *L: Verg. georg.* I 442 nota *FS* nata *L: Verg. Aen.* II 401 20 gemina] *Verg. Aen.* VI 203 sedent *F* saeva] *Verg. Aen.* I 295 24 DE INTERIECTIONE *F* Commentatus interiectionis *L. diversum ab his quae in LF de interiectione scripta sunt tractatum ex Pompeii libro petitum habet S* 29 proferuntur FINIT FELICITER COMMENTATUS DE OCTO SERUII PARTIB: GRAMMATICI *L* 30 Explanatio litterae inc̄ *L, in quo recentiore manu superscriptum est* sergius

f. 54* cod. Lav.

quod in legendo iteretur. nam cum omnes litterae XXIII sint, quotiens eaedem a legentibus repetuntur, et varias syllabas faciunt. Latinas litteras invenisse dicitur Carmentis, mater Euandri, quae proprio nomine Nicostrate dicta est. Carmentis autem ideo nomen accepit, quod carminibus vaticinaretur, unde Vergilius

et Carmentalem Romani nomine portam
quam memorant, nymphae priscum Carmentis honorem,
vatis fatidicae, cecinit quae prima futuros
Aeneadas magnos et nobile Pallanteum.

haec enim quae Carmenta dicta est, quando cum Euandro ad Italiam venit, tunc transtulit in Latinum usum litteras Graecas. litterae Latinae cum XXIII sint, Varro XVII dicit esse; ceteras superfluas putat. haec est definitio litterarum, 'littera est pars minima vocis articulatae, a qua incipit et in quam resolvitur'. vox dicitur quidquid sonare potest. vocis duae sunt partes, articulata et confusa. articulata est quae scribi potest, quae subest articulis, id est digitis, qui scribunt; vel quod artem habeat aut exprimat: confusa est quae scribi non potest, qualis est mugitus boum, latratus canum et talia. ergo si dicas orator, articulata vox est. praeterea quidquid legitur articulatae vocis est. hoc si resolvas, quod in lectione conligatum est, sermonem facis: rursum si sermonem resolvas, syllabam facis: si syllabam solvas, remanet littera; ultra iam non procedet resolutio. ergo bene definitum est, 'littera pars minima vocis:' omnis enim vox, cum ad omnes minutias fuerit resoluta, in littera consistit. deinde addit in definitione 'articulatae', ut ostenderet omnes litteras ad articulatae vocis substantiam pertinere.

Litterarum prima divisio duas habet partes: nam aut vocales sunt aut consonantes. item consonantium est alia divisio: nam aut semivocales sunt aut mutae. hae uno nomine pariter consonantes vocantur, quia, ut sonare possint, indigent auxilio vocalium. vocales autem dictae sunt, quod per se vocem inpleant et sua vi exprimant sonos suos non accedente auxilio alterius litterae. a quando dico, a sola sonat et sonum suum sola conplet: sic et quando dico a e i o u. quando autem dico consonantes, necesse est ut iungam vocalem, ut sonus consonantis expleatur. ergo quia sonos naturales addita vocali exprimunt, dictae sunt consonantes. deinde et vocales dictae sunt, quod solae syllabam faciunt, quod alia littera praeter vocales non potest. plerumque et partes orationis faciunt vocales: a, ut Virgilius

1 littera XXIII sunt quotiens eadem *L* 4 accipit *L* 5 Vergilius] *Aen.* VIII 338 7 priscam *L* 8 uatis uatidicae cecinit que primos (*corr.* primo futuros *l*) *L* 11 trastulit *L* 12 uaro *L* uarro *l*: habemus hoc in libris ad Attium apud Varronem *Pompeius p.* 9. *de Varronis ad Attium libris dixit Ritschelius quaest. Varron.* (*Bonnae a.* 1845) *p.* 25 *sqq. mus. Rhenan. noviss.* VI (*a.* 1848) *p.* 530 14 in qua resoluitur *L* 18 et alia *L* 20 conlatum *L* 28 haec uno *L* 30 exprimunt sonos (sonos suos *l*) non accidente *L*

f. 54*. 55 cod. Lav.

a tibi ne teneras glacies secet aspera plantas,

et 'i, sequere Italiam ventis', et 'o terque quaterque beati', item in bucolicis 'o crudelis Alexi'. Latini vocales quinque habent, Graeci autem septem. Latinae, ut dictum est, a e i o u, *Graecae α ε η ι υ ο ω*: Terentianus

nulla vox humana constat absque septem litteris,
rite quas vocales vocat et magistra Graecia.

consonantium aliae sunt semivocales, ut diximus, aliae mutae. quibus exprimendis si vocalem non adicias, aut sibilus quidam erit et stridor, ut est in semivocalibus, aut nullus penitus ex ore sonus exiet, ut contingit in mutis. semivocales ideo dicuntur, quia semis habent de potestate vocalium. vocales litterae et per se sonant et per se syllabam faciunt. istae per se quidem syllabam non faciunt, sed per se sonant. vel certe ideo dictae sunt semivocales, quia plenum sonum non habent, sed dimidium, et ut plenius sonent, paulisper a vocalibus adiuvantur, ut est f l m n r s x. mutae autem dicuntur propterea, quia, si detrahas vocales, nullus spiritus est nec hiatus necdum sonus: ideo mutae, quia detracta vocali mutum os redditur. sunt autem novem, b c d g h k p q t. || Varro dicit consonantes ab e debere incipere, quae semivocales sunt, et in e debere desinere, quae mutae sunt. ideo illae, quia non ab e incipiunt neque in e desinunt, possunt pati calumniam, ut nec litterae videantur aut non sint necessariae, ut sunt in semivocalibus x et z. non enim sunt necessariae: nam duplices sunt, quia ex aliis litteris fieri possunt. ex mutis removentur propter illam quam diximus rationem h k q: h, quod adspiratio sit, non littera; k et q ideo, quod c littera harum locum possit implere.

Vocales sunt quinque. hae non omnes varios habent sonos, sed tantum duae, e et o. nam quando e correptum est, sic sonat, quasi diphthongus, equus; quando productum est, sic sonat, quasi i, ut demens. similiter et o quando longa est, intra palatum sonat, Roma orator; quando brevis est, primis labris exprimitur, opus rosa. i et u varias habent potestates: nam sunt aliquando vocales, aliquando consonantes, aliquando mediae, aliquando nihil, aliquando digammae, aliquando duplices. vocales sunt, quando aut singulae positae syllabam faciunt aut aliis consonan-

1 a tibi netentes glacies *L: Verg. bucol.* 10, 49 2 i sequere] *Verg. Aen.* IIII 381 o terque] *Verg. Aen.* I 94 3 in bucolicis] 2, 6 4 Graecae *om. L* 5 terrentianus *L: Terent. v.* 1300 9 quidem *L* 14 sed demedium *L* 18 *de semivocalibus ab* e *incipientibus et de mutis in* e *desinentibus eadem non adscripto Varronis nomine praecipiunt Servius in Don.* 422, 15 *et Pompeius p.* 13 *sq., eodemque pertinent quae ex Varronis de antiquitate litterarum libro* II *rettulit Priscianus p.* 540, *ex libro de grammatica Cornutus Cassiodori p.* 2286. *videntur enim omnia ex libris de antiquitate litterarum ad Attium petita esse* 20 *fortasse* illae quae, *nisi potius ante Varronis nomen in extrema codicis pagina exciderunt quaedam de litteris duplicibus vel non necessariis* 22 ut sunt — necessariae *om. L, add. l* 23 sunt quae ex alis *L* 28 quasi diptongum ęquus *L* 31 labis is *L* labris *l*

f. 55 cod. Lav.

tibus sociantur, ut Iris et unus et Isis et urna. consonantes autem sunt, cum aliis vocalibus in una syllaba praeponuntur, aut cum ipsae inter se in una syllaba coniunguntur. nisi enim et prior sit et in una syllaba secum habeat coniunctam vocalem, non erit consonans i vel u. nam Iulius et Iarbas cum dicis, i consonans non est, licet praecedat, quia in una syllaba secum non habet coniunctam vocalem, sed in altera consequentem. sic et cum dicis duellio, u consonans non est simili ratione. quid si ipsae secum cohaerent litterae i et u? illa erit consonans, quae prior erit, ut Iuno vita. hae aliquando mediae dicuntur, quando non eo sono dicuntur, quo scribuntur. scribimus vir et virtus; quando autem hoc proferimus, in ipso sono non i sonat, sed nescio quid pinguius. tenuius sonat vita, pinguius vir. hoc circa i servatur, *ut* media sit; ut autem digammos sit, circa u tantum servatur. nam Graeci Aeoli hunc crassiorem sonum, *quem* facit u littera, cum consonans est, non habent, sed pro Venetis Henetos dicunt; Daos dicunt, quos nos Davos dicimus. ergo apud nos hoc facit v littera, quod facit apud Aeolicos digammos. illi scribunt Enetos et superinponunt digammon, quae est tali figura, quali est apud nos F, et pronuntiant benetos, quo modo et in adspiratione cum nos habemus h, illi aliud signum [significationis] habent, cuius figura talis est, ut est dimidium H. et apud Latinos tunc quidem efficit u littera, quod apud Graecos digammos, quando loco ponitur consonantis. Donatus unam rem veram posuit, unam falsam. veram praeposuit, cum huius litterae redderet rationem: dixit enim 'tunc est digammos u, cum illic ponitur loco consonantis, ubi erat adspiratio', et falsa subiecit exempla: vulgus ait et vulnus, quasi possit dici hulgus et hulnus. debuit ergo dicere Venetos, quoniam detracta u facit Henetos, et Davus. u aliquando nihil est, ut cum dicis quoniam: u neque vocalis est, quia habet post se o, neque consonans, quia habet ante se q: enimvero erit pars illius litterae, id est q. et i quaeritur utrum possit geminata unam syllabam facere, et quidam negant, alii adfirmant. utrum ergo dii per duo i scribatur, an per unam, quaeritur; et constat quod per unum i scribitur. fac numerum singularem deus, pluralem dei, quo modo rei et mei ab eo quod est meus et reus. ergo e littera, quae esse debuit in numero plurali, non mutata est, sed sublata per syncopen. remanet enim una i, di. est etiam, ut diximus, duplex, quod concessum est i litterae tantum, quotiens loco est consonantis. nam inter duas vocales posita in una parte orationis pro duplici habetur, quia cum utraque

1 ut iris ut unus *L* urna quando ęquus dicimus ab ęquitate dyptongon est ae scribitur quia ęqua aequalitatem tenet et unde ęquitas dicta est quasi aequalitas (aequitas *l*) quando equus quadrupes brebis est e. Consonantes *L* 2 inter se inisi una *L* 6 sed in alteram *L* 9 haec aliquando *L* 11 nescio quid pinguis *L* 12 seruatur media *L* 13 digammus *L* 14 quem *om. L* 15 pro uenetis henos dicunt das dicunt quos nos dauos *L* 16 apud *ante* Aeolicos *om. L, add. l* ille scribunt *L* 18 aput nos. I. ⊱ et *L* 19 habent da signum cuius *L* 20 dimedium i et *L* tunc *om. L, add. l* 25 hulnus] ulnus *L* hulnus *l* 28 .q. ⧺ u uero *deleta nota v.* enim *L* 33 per syncopem *L*

f. 55*. 56 cod. Lav.

vocali sonat, ut Troia aio Aiax Maia. || vocales omnes et corripiuntur et producuntur, non in eodem sermone, sed in variis. hae dichronae appellantur, quod duplicem potestatem habent, ergo ad tempus. nam productae duo tempora habent, corruptae unum; et ideo dichronae, quod corripi et produci possunt: a, amor corripitur, aer producitur; e, equus corripitur, eros producitur; i, itur producitur, ibi corripitur; o, Omerus corripitur, orator producitur; u, umus corripitur, unus producitur. primae autem syllabae quando producantur, quando corripiantur, non confirmant nisi exempla; de ceteris ars est. [h aspirationis nota magis videtur esse, quam littera. apud Latinos tunc praeponitur, quotiens vocalis sequitur, ut homo huius humus; sed non ubicumque vocalis est, et aspiratio, sed ubicumque aspiratio est, et vocalis est.]

* * * * *

|| PEDVM EXPLANATIO.

Pes ad omne metrum pertinet. metrum enim Graeco vocabulo quod apud Latinos mensura dicitur. [sunt itaque multa nomina, quae cum sint apud Latinos feminina, apud Graecos neutra sunt, multa etiam, quae apud Graecos masculina sunt, apud Latinos alio genere declinantur] pes igitur est conpositio syllabarum duarum vel trium in simplicibus pedibus: nam saepe cum duplicantur, pes quoque quattuor aut amplius syllabis constat. et facit metrum pedum iunctura numeris finita vel modis. syllaba brevis unum tantum modo habet tempus, quoniam in brevi syllaba natura tantum valet, quae facit brevem syllabam; in longa autem syllaba et natura est et positio, et quoniam in longa syllaba et tempus et naturam inquiris, propterea duo habet tempora, unum naturae, aliud positionis. syllabas natura longas difficile est scire. sed hanc ambiguitatem sola probant auctoritatis exempla, cum versus poetae scandere coeperis. syllabas quae positione longae fiunt facile est dinoscere. quem ad modum iunctura litterarum fit pes, ita pedum coniunctione fit versus quilibet. nam versuum plurima sunt genera. quorum herous est optimus, qui fit spondeo dactylo et trochaeo. est enim heroicus versus, qui spondeo tantum pede

1 ut troiam alia aiax maia *L* 6 eros] eris *L* 8 non te firmant *L superscripto* con *ante* firmant *l* 12 uocalis est | De syllabis | Litterarum quidem syllabarumque tractatus latior est, quam ut in artem praeceptorum possit breuitate constringi. tantum tamen a nobis attingitur, quantum ad dimensionem pedum metrorumque perducat — ut cum dico amicus, prima breuis est, quia lectum est 'tantum infelicem nimium dilexit amicum' (*Verg. Aen.* VIIII 430); media natura longa, quia tenet ineflxus accentūs (*l.* in se flexum accentum), qui nonnisi in longis naturaliter invenitur; ultimam brevem casus demonstrat, quia arte corripitur // *f.* 56 Pedum explanatio sequitur *L. commentarius de syllabis, quem omisi, paucis mutatis repetitus est ex libello de finalibus, eo qui Maximi Victorini nomine inscriptus est in editione Mediolanensi I. Parrhasii a.* 1504 *et in analectis grammaticis Vindobonensibus p.* 455 *sqq., quem Servii nomine inscriptum edidit Putschius p.* 1799 *sqq.: cf. p.* 1801—1803 *P* 19 constat duplex est et facit *L* 23 positio] spatio *L* 24 alium *L* 26 poeta scandere coeperas *L* 29 spondeo dactilico et troceo *L*

f. 56 cod. Lav.

conponitur et habet pedes spondeos sex, qui per arsin et thesin currunt. arsis et thesis est levatio et positio. neque enim aliter pedes dirigere potuerunt, nisi alterna vice leventur et ponantur. fit igitur herous versus spondio dactylo et trochaeo alterna, ut diximus, mutatione. sed trochaeus pes in fine ponitur semper: nam melius conplet versum heroicum spondius pes. quinto vero loco dactylus ponitur, qui constat longa et duabus brevibus. a digiti positione dictus est dactylus, qui iuncturam unam habet longam et breves duas [unde et palma dicitur]. si autem in fine duo spondii fuerint, spondiadeus dicitur, ut est hic versus,

constitit atque oculis Phrygia agmina circumspexit.

fit enim in versu caesura, quae dicitur penthemimeres vel hephthemimeres, quae fit in quinta syllaba vel septima. nam heroi versus quinque sunt, ut perhibent, caesurae, penthemimeres, hephthemimeres, cata triton trochaeon, cata tetarton trochaeon, bucolice. sed duae priores frequentantur: nam illae tres aut interdum aut difficile. versus qui non habet penthemimeren caesuram aut hephthemimeren non stat. caesura dicta est quae versum caedit per scansionem, hoc est per divisionem. fit enim sic: ponis duo dactylos sic, ut syllaba quae relinquitur post duo pedes terminet partem orationis. item post tres pedes syllaba remanens facit hephthemimeren, ut in eadem pars orationis finiatur. adverte scansionis huius exemplum, arma virumque ca; remanet syllaba no, quae conplet partem orationis cano. inde iungimus hanc syllabam sequenti, ut fiat spondeus ex longis duabus, no Tro; remanet iae, quae conplet partem orationis. iungis item iae qui, fit alius spondeus. quinto loco ponitur dactylus, primus ab, deinde trochaeus, oris, quamvis ultimae syllabae minime discernantur. nam iam de finalibus syllabis disputatum est, quae sint longae, quae sint scilicet breves.

Scansio versus heroici. syllaba quae super se habet longam lineam ipsa est longa [hoc est hyphen]; quae autem obliquam, brevis est, ārmăvĭ rūmquĕcă nōTrō iaēquī prīmŭsăb ōrīs. spondiadius scanditur sic, cōnstĭtĭt ātqueŏcŭ līsPhrўgĭ āgmĭnă cīrcūm spēxīt. iambicus herous scanditur Āmphī ōnDīr caĕŭsĭn Acte oAra cyntho; teor synaliphen habet. Terentianus

hexametros tradit genitos duo prima vetustas,

2 arsis et tesis est leuationi si alte leuatio et positio neque enim inter pedes diregere potuerunt na uice leuentur et ponuntur *L* 6 longa uel duabus *L* 10 constitit] *Verg. Aen.* II 68 frigia augmina circuminspexit *L* 11 pentemimere uel eptemimere *L* 13 cesura pentemimere eptemimere troceon tetarton trocean pocolicen *L* 15 pentemimere cesura aut eptemimere *L* 17 caedit] recedit *L* ponis ut dat cursum (*corr.* -us *l*) duo *L* 19 estemimere *L* 21 quem conplet *L* 28 longa linea *L* 29 hyphen] ifin *L* 31 frigi aumina *L* 32 Amphion] *Verg. buc.* 2, 24 acthe. ora cync. to. theor. synalife habet *L. iambicum heroum ita effecisse videtur grammaticus, ut* o *synalipha periret*, Ara *pro iambo conputaretur* 33 terrentianus exametro id est heroico et iambico exametros tradidit *L: Terentian. v.* 1580 34 uetustos *L*

f. 56* cod. Lav. p. 525 V.

herous ‖ ille est, hunc vocant iambicum.

prior versus est hexameter sexto pede constans spondeo; sequens iambicus sex habet iambos. fit et pentameter sic: ponuntur duo pedes, et restat syllaba catalectica, quae facit et penthemimeren, item alii pedes duo, et in fine restat alia syllaba; et dicitur hic versus elegiacus vel elegus, de quo Iuvenalis

inpune mihi recitaverit ille togatam,
hic elegos.

in elegis versibus prior herous ponitur, qui est hexameter, inde pentameter. et sic ponuntur, ut Ovidius: prior herous

laeta triumphanti de summo mater Olympo,

pentameter

plaudet et adpositas spargit in ore rosas,

scanditur sic, plaudetet adposi tas spargitin orero sas. syllaba quae est in medio et quae est in fine pro uno pede accipiuntur: ita quinque pedes faciunt pentametrum. sed catalectica, quae est in medio, semper longa esse debet.

DE ACCENTIBVS.

Accentus, quem Graeci *προσῳδίαν* appellaverunt, triplex est. aut enim acutus est aut gravis aut inflexus in omnibus partibus orationis. quaecumque enim monosyllaba fuerint, hoc est unius syllabae, si brevia sunt vel si positione longa fuerint, acutum habebunt accentum, ut nóx píx núx; quae vero natura longa fuerint, accentu circumflexo pronuntiabuntur, ut spês rês môs flôs dôs rôs: gravem enim sonum non recipiunt. disyllaba Latina priorem syllabam *aut* acutam habent aut inflexam, a gravi numquam incipiunt. quorum si prior natura longa erit posteriore correpta, habebit in se circumflexum accentum, ut Rôma rhêtor; si posterior producta sit et prior seu longa seu brevis fuerit, acuatur necesse

2 constans sequens iambicus sex habet spondio (fit et *add. l*) pentameter sic ponantur *L* 4 pentemimere *L* 6 Iuvenalis] *sat.* 1, 3 10 obidius *L*: *amor.* I 2, 39 11 triumphandi desum mater holimpo *L* 13 paudet *L* 17 debet. ⏑ accentus quae gregi prosedian *L. commentarius de accentibus ex Lavantino codice editus est in analectis grammaticis Vindobonensibus p.* 525—535, *cuius editionis scriptura littera v indicata est. praeterea in hac parte et Lavantini codicis scriptura accuratius, quam in reliquis fere opus esse videbatur, indicata et discrepantia codicis Oxoniensis collegii S. Mariae Magdalenae n.* 64 *saeculo quinto decimo scripti* (*O*) *adscripta est. diversos autem de eodem argumento commentarios, quos grammaticus nullo discrimine posuit, maiore spatio interiecto distinximus* 19 Accentus — 525, 13 acuti accentus *Maxim. Victorin. p.* 1942 *sq.*: Accentus graeci prosodian appellaverunt. triplex est autem. aut enim est acutus aut *O* 20 orationis *lO* orationibus *L* 22 fuerint aut acutum *LO. notae accentuum et in his quae proxime secuntur et in reliquis exemplis omissae sunt in LO* 23 acuto (*corr.* -tu) circumflexu *L* acuto circumflexo *O* 24 ut ines pes res ut mos *O* ut res pes ut mos *L*: spes *Victorinus, eoque exemplo reliqui quoque grammatici utuntur* 25 syllabam acutam *L* sillabam acutae *O* 26 posteriore corrupta *L* 27 româ rhetôr *L accentibus altera manu, ut videtur, additis*

f. 56* cod. Lav. p. 525. 26 V.

est, ut léges sálus. etiam si ambae breves sint, acuetur prior, ut déus hómo. in trisyllabis et tetrasyllabis et deinceps plurium syllabarum nominibus secunda ab ultima *si* brevis fuerit, tertiam ab ultima acuet, ut Rutílius Horténsius; si positione longa, ipsa acuetur et praecedentem gravem facit, ut Catúllus Metéllus; si natura longa fuerit et ultima brevis, secunda ab ultima inflectitur, ut Murrânus Cethêgus Românus; si autem longa erit ultima, paenultimae acutum dabimus accentum, ut Athénae Fidénae. Graeca nomina si isdem litteris proferuntur, Graecos accentus habebunt. nam et cum dicimus Thyas Nais, acutum habe|bit posterior accentum, et cum Themisto Callisto, ultima circumflectitur; quod utrumque Latinus sermo non patitur, nisi raro, ut sola occurrit coniunctio ergo, in qua posterior circumflexa invenitur; item adverbium pone, ne sit verbum. est autem forma acuti accentus * [verbum hic non id intellegendum, cui proprie grammatici tempus cum persona dicunt accidere, sed accipiendum generaliter pro qualibet parte sermonis, ut est a Vergilio dictum ‘ea verba locutus’, et nobis mos est dicere verba aliquem fecisse, cum omnem orationem volumus intellegi].

In accentu materia locus et natura prosodiae brevissime conprehensa sunt. nam materia esse ostenditur vox, et ea quidem qua verba possunt sonare, id est scriptilis; locus autem syllaba, quoniam haec propria verbi pars est, quae recipit accentum. natura vero prosodiae in eo est, quod aut sursum est aut deorsum: nam in vocis altitudine omnino spectatur, adeo ut, si omnes syllabae pari fastigio vocis enuntientur, prosodia sit nulla. scire autem oportet vocem, sicut omne corpus, tres habere distantias, *longitudinem* altitudinem crassitudinem. longitudinem tempore ac syllabis metimur: nam et quantum temporis enuntiandis verbis teratur, et quanto numero modoque syllabarum unum quodque sit verbum, plurimum refert. altitudinem discernit accentus, cum pars verbi aut in grave de-

1 etiam si iam breues (breuis *O*) sint *LO* et si ambae breves *Victorinus* 2 plurium *Ov* plurimum *L* 3 secunda brebis ab ultima fuerit *LO:* si secunda brevis *v* 5 catulus *LO* metellus *lO* metallus *L* 6 Murranus *v* musranus *LO: cf. Verg. Aen.* XII 529. 639 9 Thyas *Victorinus* hilas *LO* 10 temisto *LO* 12 ergo *om. L, add. Ov et Victorinus* item adverbium pone posteriore acutum recipit accentum, ne sit verbum *Victorinus* 13 accentus *lO* accentum *L. lacuna, quam indicavi, exciderunt ea quae de formis accentuum sunt apud Max. Victorinum p.* 1943 *sq. ea autem quae de verbo subiecta sunt ex adnotatione aliqua in explicatione accentus hyphen, quo verba coniunguntur, olim adscripta huc inlata esse videntur. quamquam vel ea quae proxime secuntur tali adnotationi locum praebere potuerunt. sed praeterea in principio secundi tractatus quaedam a grammatico videntur omissa esse* 14 accedere *LO* 15 accipiendum *L* accipiendam *lO* a Vergilio] *Aen.* VIII 404 17 intelligis *O* 18 natura est prosodie *LO* 19 qua verba *v* quae uerba *LO* 20 quoniam proprie haec *O:* probrie *L* 22 omno spectatur *L:* omnino spectat *O* 23 fastigio *lO* fastigia *L* 24 tris *L* 25 longitudinem *priore loco om. LO* 26 quantum ore enuntiandis *LO* quantum temporis ore enuntiandis *v* 27 sit *v* si *LO* 28 refert (res est *O*) ab altitudine *LO* refert at altitudinem *v*

primitur aut sublimatur in acutum. crassitudo autem in spiritu est, unde etiam Graeci adspirationem appellant: ‖ nam omnes voces aut aspirando facimus pinguiores, aut sine aspiratu pronuntiando tenuiores.

Quod ad Latinos accentus attinet, sive stativos seu commutabiles, satis dictum. nunc ut divisionem tripertivimus, superest ostendere, quem usum prosodiae circa Graeca nomina habere debeamus. in qua re cum plurimum erretur, via tamen est amovendi erroris brevissima, nisi forte quis eo demersus inperitiae est, ut in Graeca nostra|que lingua toni simul et clinatus discrimen ignoret. nam cum primis id convenit dispicere, Latinum merum sit nomen, an merum Graecum, an etiam inter utrumque commune. quorum de singulis suo ordine explicabimus. mera Latina appellanda sunt quibus nec origo nec declinatio a Graecia est nec ullum adeo cum peregrinis commercium, ut Cato aquila. quae quo accentu efferenda sint, superiora declarant, cavendumque hoc unum, nequem Graecorum nominum similitudo a praescriptis regulis deducat, ut siquis dicat cuspidis acuens quamvis brevem paenultimam, eo in fraudem inductus, quod quorundam simile est Graecorum, ut Phyllídos Aulídos, quae in paenultima brevi acuuntur, cum potius cúspidis quasi cássidis Tígridis Ísidis Thétidis Thýmbridis Dáphnidis prima acuta proferendum sit, quia brevis est paenultima Graeca. Graeca autem mera sunt quae et e Graeco fonte manant et ita per casus numerosque clinantur [hoc est declinantur], ut numquam ab origine sua nec litterae quidem unius commutatione decedant. haec in carminibus poetarum passim reperiuntur, ut in his Vergilii, ‘quorum alter Acarnan’ et ‘fatidicae Mantus’ *. quae omnia ut a Graeca declinatione mutata non sunt, ita a Graeco tono corrumpi non debent. quare Acarnân Mantûs Orphî flexa ultima legenda sunt, Pallás autem et Allectó eadem ultima acuta, quorum neutrum in Latinis fieri solet nominibus. item cum legimus ‘nec longe Cissea durum’ et ‘liquidumque per aera lapsae’ et ‘Epytiden *vocat*’, *Cisséa aéra Epytiden*, quamvis contra regulam Latinam, tamen, quia Graeca sunt, paenultima acuta pronuntiare debemus. sic et in his,

1 spiritu *l* spiratu *LO* 2 *fortasse* appellant δασεῖαν et ψιλήν aut aspirando *v* aut aspiranda *LO* 3 pinguires *L* tenuiores — attinet *om. O* 4 commotabiles *L* 5 ut *om. O* 6 debemus *O, corr.* debeamus *L* 8 eo demersus inperitiae sit ut in graeca nostraque lingua *v* eodem uersus inperitia (inpertitia *O*) est ut in graecam nostramque linguam *LO* 9 cumprimis id *v* cumprimisit *LO* dispicere *Ov* despicere *L* 10 utrumque *corr.* utramque *L* utramque *O: fortasse* inter utramque linguam 12 nec ullum *lO* cum ullum *L* 14 nequem e graecorum *L* neque mera graecorum *O* 17 est *om. O* fillidos *L* fullido *O* 18 breuia *O* brebia *L* 19 tybridis difnidis *L* tybridis difindis *O* 20 mera *Ov* mefa *L* 21 manant et ita *v* maïet ita *L* manant ita *O* c̈linantur *L* clinant *O* 22 quidem *v* quidam *LO* 24 quorum] *Verg. Aen.* V 298 fatidice mantheus (*corr.* -thus) *L* fatidice mantheis *O*: *Verg. Aen.* X 199. *lacunam indicavi, qua reliqua exempla Vergilii, bucol.* 4, 57 Orphi Calliopea (*Priscian. p.* 732. 736), *bucol.* 2, 61 Pallas quas condidit arces, *Aen.* VII 324 luctificam Allecto (*Charis. p.* 47. 93) *exciderunt* 26 manthus *LO* 28 nec longe] *Verg. Aen.* X 317 29 liquidumque] *Verg. Aen.* VI 202 epityden *LO: Verg. Aen.* V 547 vocat — Epytiden *om. LO*

f. 57. 57* cod. Lav. p. 527—29 V.

creber utraque manu pulsat versatque Dareta, 'Dodonaeosque lebetas', Dáreta et lébetas | per se legere debemus, quamvis utrobique natura longa sit paenultima; sed quia Graeca sunt germana, Latinorum accentuum lege se liberant. communia vero sunt quae ab alterutro orta sermone in alterius declinationem concedunt, idque fit modis duobus. nam aut Latina declinantur in Graeca, ut Scipiadas Memmiades, aut Graeca de stirpe sua *de*generant et Latine declinantur, ut 'aeris in campis latis' et 'Euandrum petimus'.

Latina, quae Graecae declinationis colorem duxerunt, Graecum quoque retinent accentum. quare ut Miltiádes Asclepiádes, ita Luciádes et Memmiádes Scipiádes acuta quamvis brevi paenultima proferuntur. at quae radicem ducunt a Graecia et iugo Latinarum declinationum succedunt, bifariam deducta ambiguas tonorum vias secuntur. atque ideo aetheris et aeris, quia origine Graeca sunt, Graecae quoque prosodiae formam apte recipiunt, ut aéris aethéris sic dicantur Latine paenultima *acuta*, quasi Graece *ἀέρος αἰθέρος*; quia autem declinatione facta sunt Latina, inpune ritu nostro in prima syllaba acuuntur, quia brevis est paenultima, ut sit áeris aétheris, quasi ánseris ásseris. similiter Simoentis Thermodontis proparoxytona sunt, si ad Graecos respicias, qui sic faciunt *Σιμόεντος Θερμώδοντος*; paroxytona autem, si ad nostram redigas regulam: quo modo dicimus sapiéntis audéntis, sic Simoéntis Thermodóntis. eadem ratione Euándrum tyránnum, quasi amándum Británnum, paenultima acuta, quia positione longa est, proferimus, | Latinum secuti praeceptum. et rursus in isdem nominibus tertiam ab ultima acuere absurdum non est et ita enuntiare, Eúandrum týrannum, || ut Graeci *Εὔανδρον τύραννον* dicunt. * nomina utrolibet tenore proferre [iudicio opus est, quo id potius

1 creber] *Verg. Aen.* V 460 2 dodonaeosque (dodoneoque *O*) leuetas *LO*: *Verg. Aen.* III 466 leuetas pars elegere debemus par est quamuis *LO* lebetas *προπαροξυτόνως* legere [debemus] par est, quamvis *v*: *cf. Priscian. p.* 961 acuitur per se, in lectione vero gravatur, *ibid. p.* 1228 per se acuto, in versu vero gravi, *Quintil.* I 5, 28 evenit ut metri quoque condicio mutet accentum 3 utrubique *L* utroque *O* 4 germana *v* germania *O* germinnia *corr.* germania *L* accentum lege se (legere *O*) iurant *LO* accentuum leges eiurant *v* 5 orta *l* orto *LO* declinationem concedunt *coniecit editor Vindobonensis* declinatione consedunt *LO* 6 nam ut *O* ut graeca *v* scipiadas *lO* scipiades *L*: *cf. Verg. georg.* II 170 *Aen.* VI 843 7 nemimiades *O* degenerant *v* generant *LO* 8 aeris] *Verg. Aen.* VI 887 Euandrum] *Verg. Aen.* VIII 119 9 latinaque greca *LO* 10 militiades asclipiades ita lucidiades et memmiades *L* miltiades asclipiades ita lutiades et menniades *O* 12 ducunt graeca et iugum *O* latinarum *v* latinorum *LO* 13 bifaria (biuaria *L*) deducta ambigua tonorum uias (uia *L*) secuntur *LO* atque deo *O* 15 penultimae quasi graece aero (aera *corr.* aero *L*) aetheros, αιτερος (ατιερος *O*) quae autem *LO* 16 quia autem *v* 18 asseris] ansieris *O* simeontis termodentis proparoxitano sunt (proparoxitanos *O*) si *LO*: *cf. Serv. in Verg. Aen.* I 100 19 simoentos termodentos paroxitona *LO* 20 quo modo] quam *LO* quoniam *v* 21 termodontis *LO* 22 brittannum *O* brittanum *l* brittanus *L* 23 quia *v* quae *LO* 25 aut graeci euandra non dinomina utrolibet (utrumlibet *O*) tenore (fenore *L*) proferre *LO* ut Graeci *Εὔανδρον*. non dico nomina utrolibet tenore proferri *v*. *lacuna, quam indicavi, nisi plura exciderunt, ita fere orationem supplere possis*, haec enim omnia utrolibet tenore proferre possumus, dummodo.

f. 57* cod. Lav. p. 529. 30 V.

dicatur, quod minime respuant aures], dum modo auribus eo serviamus. in quibusdam enim nominibus licet videre plerosque recti casus ambiguo tenore deceptos mendose oblicos proferre, ut qui in patrico casu Euandri et tyranni primam syllabam acuunt potius quam mediam, nullam secuti rationem. nam neque *a* Graecis ea nomina, cum casu isto sunt, aliter quam paenultima acuta proferuntur, *Εὐάνδρου τυράννου* dicentibus, nec rursum a nobis, quia paenultima positione longa semper acuenda nobis est. [tertia ab ultima a non nullis acuitur. nam paenultimam acui tam Latina iubet ratio, quia longa est, quam Graeca, quia *παροξυτόνως* dicunt.] idem in dativo ablativoque casu servandum est, ut cum apud Vergilium legimus

Amphion Dircaeus in Actaeo Aracyntho

et

quod fieri ferro liquidove potest electro,

item 'Centauro invehitur magna' et 'Sergesto Mnesthique' et 'classemque sub ipsa Antandro'. haec omnia nomina Aracýntho eléctro Centaúro Sergésto Antándro paenultima acuta proferuntur, quamvis recto *et* accusativo casu possunt acutam tertiam ab ultima habere. sed in recto atque accusativo casu solet quidam error plerosque obtinere, qui in his versibus,

tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
ora

et 'huc casta Sibylla', inperite proparoxytona faciunt Cassandra et Sibylla, cum id sinant neque Latina praecepta, quia est paenultima positione longa, neque adeo Graeca, cum sint paroxytona | *Κασσάνδρα* et *Σιβύλλα*, quoniam, ubi longa est ultima in Graecis, tertiam a se acutam esse non patitur.

Accentus proprie qualitas syllabarum est, hoc est indicium temporis syllabarum naturam positionemque significans. [sunt enim tres, acutus gravis inflexus; hi a Graecis *προσῳδίαι* dicuntur.] ergo in hoc cognoscere debes quoniam littera vocalis facit accentum secundum ordinem

5 a *om. LO, add. v* alia quam *O* aliquam *corr.* alia quam *L* 6 euandru tyrannu *LO* 8 tertia — dicunt *uncis adpositis notavit editor Vindobonensis* acutam latina *LO* 9 quia positione longa est *v* quia *παροξυτόνως v* quae paraxitonos *LO* 10 casu *Ov* casus *L* 12 anphion *Ol* anphian *L*: *Verg. bucol.* 2, 24 in actheoracynto *L* in actheo racincto *O* 14 quod] *Verg. Aen.* VIII 402 15 centauro inueitur *L*: *Verg. Aen.* V 122 sergesto mnestique *LO*: *Verg. Aen.* V 184 16 clasemque *L*: *Verg. Aen.* III 5 haec — Sergesto *om. L, add. l:* haec — Antandro *om. O* 18 et *om. LO, add. v* 21 tunc] *Verg. Aen.* II 246 fatis] satis *L* 23 huc] hac *O*: *Verg. Aen.* V 735 sybella *L* casandra et sybilla *L* 24 cum id (cum in id *l*) sinant *L* cum in id desinant *O* 25 cassanaron sybilla (casa naron sibilla *O*) ton longa est ultima in greca tertia a se *LO Κασσάνδρα Σιβύλλα* quoniam longa est ultima in graeco quae tertiam a se *v* 26 acuta *O* 28 est *post* syllabarum *om. L, add. O* tempora *LO* 30 *προσῳδίαι v* prosodia *LO* ergo in hoc eo cognoscere *O*: *fortasse* ergo et hoc cognoscere 31 debes *lO* debemus *L*

f. 57* cod. Lav. p. 530. 31 V.

syllabarum cuiuslibet partis orationis primo loco, secundo vel tertio. quot ergo sint prosodiae, dicendum est. quae res eo maiore cum cura tractanda est, quod nostra ratio ab opinione iam inveterata et omnium ferme animis adfixa discrepat. Athenodorus duas esse prosodias putavit, unam inferiorem, alteram superiorem; flexam autem (nam ita nostra lingua *περισπωμένην* vocavimus) nihil aliud esse quam has duas in una syllaba. Dionysius autem, Aristarchi discipulus, cognomento Thrax, domo Alexandrius, is qui Rhodi docuit, lyricorum poetarum longe studiosissimus, tres tradidit, quibus nunc omnes utuntur, *βαρεῖαν ὀξεῖαν περισπωμένην*. Tyrannion vero Amisenus, quem Lucullus Mithridatico bello captum Lucio Murenae concessit, a quo ille libertate simul et civitate donatus est, quattuor scribit esse prosodias, *βαρεῖαν μέσην ὀξεῖαν* et *περισπωμένην*. atqui memoriae proditum est hunc ante alios fuisse pronuntiatione potiorem, quod nequaquam assequi potuisset nisi tenore singularum vocum diligentissime perquisito. in eadem opinione et Varro fuit, qui in leges suas redigit accentus, ductus scientia et doctrina eius, qua omnibus a se propositis evidentissimas affert probationes, ut id quoque pro media prosodia facit dicendo ipsam naturam nihil facere totum, ubi non sit medium; ut enim inter rudem et eruditum, inter calidum et frigidum, amarum et dulcem, longum et brevem est quiddam medium, quod neutrum est, sic inter imam summamque vocem esse mediam, ibique quam quaerimus prosodiam. neminem musicum esse, qui mediam vocem in cantu ignoraverit, nec quemquam potuisse dicere in sono chordarum aut bucinarum aut voce cantantium *μέσην* esse, si non in omni vocis natura esset medium; minimeque mirum ut in hanc multorum sensus non animadvertat, cum illa quae in cithara aut * quia aliquando uberior est, saepe totum non sentiat meatum. praeterea minus reliquis notam, primum

1 quod ergo *L* 2 quae res *v* qua res *O* quare seo (*corr.* seu) maiore (cum *add. l*) cura *L* 4 putant *O* 6 perispomen *L* perispomē *O* 7 dionisius *LO* aristarci *L* trax domo alexandrius (alexandrios *corr.* -us *L*) a qui rodii *LO* 9 baria noxian perispomenon *LO* 10 tyranion *O* iamisenus quem lucillus mitridatico *LO* captum *l* captam *L* 11 murene *l* munere *LO* est] sit *LO* fuit *v* 12 barian. mesehenoxiant (mesehonoxiant *O*) perispomenen *LO* 14 assequi *lO* esse qui *L* diligentisse *L* 15 qui in (quin *L*) leges suas redigit ad ductum scientia *LO* qui in leges suas redegit accentuum scientiam. doctrina eius, quae omnibus — probationes, id quoque *coniecit editor Vindobonensis*, quin leges suas redigit ad ductum scientiae et doctrinae eius *coniecit Weilius: fortasse* qui in leges eius se dedit ductus 17 quoque *LO* quodque *l* prodosia *L* 18 ipsam naturam — 530, 28 superior et inferior inter se *ex codice Oxoniensi edidit Wasius, senarius sive de legibus et licentia veterum poetarum Oxonii a.* 1687 *p.* 62 *sq.* facere *om. O* 19 rudem *lO* rum *L* et amarum dulcem longum et brebem *L* 20 est quoddam *O* 21 *fortasse* mediam verbi quam quaerimus prosodiam 22 musicum *Wasius* musicam *LO* 23 potius esse dicere *O* cordarum aut uo..ce quarum aliaue uoce cantantium *L* cordarum aut alia uoce quarum aliaue uoce cantantium *O* chordarum aut alia voce buccinarum assave voce cantantium *Wasius* 24 mesen *LO* esse si si non *L* 26 quae in cythara (chitera *corr.* chitira *L*) aut quia aliquando uberior est saepe tantum (tatum *L* totum *l*) non *LO:* quae in cithara auditur, quia aliquanto uberior est *Wasius: fortasse* quae in cithara aut bucina est, quamquam ea aliquanto uberior est, saepe tamen 27 senteat *O*

f. 57*. 58 cod. Lav. p. 531. 32 V.

quod ea sit principium aliarum, ut *μέση* in musica est initium cantionis, et omnium rerum initia semper obscura sint; dein quod omne medium in angustis non videatur, ut punctum in quamvis magno orbe, || quod vocant *κέντρον*. nullum esse corpus, ubi non sit medium, et omnem vocem corpus esse; omnem igitur vocem medium habere. quod enim fuit deorsum prius in medium succedere, quam evolet sursum, et quod sursum est ante eodem venire quam deorsum, quare utriusque compitum medium esse. et multa praeterea latius in eam rem disputata profert, quae nunc nobis longum est iterare. scire enim oportet rationis huius recens non esse commentum, sed omnium qui ante Varronem et Tyrannionem de prosodia aliquid reliquerunt plurimos et clarissimos quosque mediae huius fecisse mentionem, quos omnes sibi fuisse auctores Varro | commemorat, grammaticos Glaucum Samium et Hermocraten Iasium; item philosophum Theophrastum peripateticum, cui divina facundia nomen adscivit, nec non eiusdem sectae Athenodorum, summi acuminis virum, qui quandam prosodiam *μονότονον* appellat, quae videtur non alia esse quam media, licet diverso vocabulo. nec desunt qui prosodias plures esse quam quattuor putaverint, ut Glaucus Samius, a quo sex prosodiae sunt sub hisce nominibus, *ἀνειμένη μέση ἐπιτεταμένη κεκλασμένη ἀντανακλαζομένη* *. sed hic quoque non dissentit a nobis. nam cuivis ex ipsis nominibus intellectu proclive est tres primas esse simplices et non alias quam *βαρεῖαν μέσην ὀξεῖαν*, postremas autem tres duplices et quasi species unius flexae, quae est genere una. hanc enim flecti non uno modo omnes putaverunt: Eratosthenes ex parte priore acuta in gravem posteriorem, Theodorus autem aliquando etiam ex gravi in acutiorem escendere, ceterum Varro in utramque partem moveri arbitratur, neque hoc facile fieri sine media, eamque acutam plerumque esse potius quam gravem [quod ea propior utramque est, quam illa superior et inferior

1 mese in musicae initium *LO* 2 rerum *om. O* deinde *O* 3 in augustis *O* ū angustis *L* quem uocant centron *LO* 5 fuit *Corssenius de pronuntiatione ling. Lat.* II *p.* 241 fluit *LO* 6 succedere *Wasius* succendere *LO* suscendere *coniecit Weilius* quam uolet *O* 7 eodem venire *Weilius* eo deuenire *LO* utrius compitum *O* 8 disputatam *LO* 9 longum est *O* locum est *L* locus non est *v* 10 quae ante *O* barronem *O corr.* uarronem *L* tyrrannionem *L* 11 relinquerunt *LO* quosque *Wasius* quoque *LO* 12 barro *corr.* uarro *L* 13 hermocratem *O* Iasium *Wasius* ioseum *LO* 14 theoprastum *L* 15 Athenodorum *Wasius* athenothorum *O* ut (a *l*) henothorum *L* 16 monotonon *L* monotomon *lO* 17 qui prosodias *O* quisodosias *corr.* qui prosodosias *L* 19 hisce (hiis quae *O*) nominibus ansimen himesip petamene (pentamene *O*) cecasmen antanaca homenehc (homenech *O*) sed *LO ἀνειμένη μέση ἐπιτεταμένη ἀντανακλαζομένη νήτη Wasius. κεκλασμένη addidit editor Vindobonensis. praeterea lacunam, qua sextum prosodiae nomen excidit, indicavi. videtur autem περικεκλασμένη desiderari: ἴση coniecit Weilius* 20 desentit *LO* nam cuius sex ipsis *O* 22 quam uarian mesenoxian *LO* 24 erat ostenes *LO* 25 in acutiorem (acutiore *O*) excendere *LO* 26 in utraque parte *LO* 27 hoc] hic *LO* 28 quod ea (ea *om. L, add. l*) propius (probrius *L*) utraque est quam illa superior (quam superiori *vel* -ria *corr.* quam illa superior *L*) et inferior inter se *LO. verba ab hoc loco aliena ad lacunam infra* 531, 5 *post* oportet et *indicatam pertinere videntur*

f. 58 cod. Lav. p. 532. 33 V.

inter se]. sed hoc *de* media prosodia satis, quo quis sciat esse quaerendam. ceterum qui hanc ignorant, quia sola noverunt quae *in* scholis studuerunt, non sunt culpandi. sed nec magistros, qui tres solas demonstrant, erroris arguerim, si modo hoc docendi causa faciunt, cum ipsos quarta non lateat. [tres prosodias in usu esse scire oportet et * | media autem, quae inter duas quasi limes est, quod gravioris quam acutioris similior est, in inferioris potius quam superioris numerum relegatur. in hoc enim fere doctissimorum consensus est, acutam plus una in verbo esse non posse, graves esse conplures.]

Prosodiam ibi esse dicimus, ubi aut sursum est aut deorsum. quae demissior est [quae] a pluribus *βαρεῖα* appellatur Graece, Latine vero gravis, ideo quod deorsum est in sede scilicet ponderum graviorum. at eam quae sursum est Glaucus *ἐπιτεταμένην*, item alius aliter, sed nemo adhuc levem vocavit, quamvis id erat gravi contrarium; verum ea nomen obtinet *ὀξεῖαν*, Latine acuta, ideo quod tenuis et omne acutum tenue. inter has est *μέση*, Latine media, quia limes est, per quem duae supra dictae ultro citroque commeant. quartae illi, [coniungit] quia ceteris perplexior est, plura sunt vocabula. Ammonius Alexandrius, qui Aristarchi scholae successit, *ὀξύβαρυν* vocat, Ephorus autem Cymaeus *περίσπασιν*, Dionysius Olympius *δίτονον*, Hermocrates Iasius *σύμπλεκτον*, Epicharmus Syracusius *κεκλασμένην*; verum ea nunc ab omnibus *περισπωμένη* Graece vocatur, apud nos flexa, quoniam prima erecta rursus in gravem flectitur. acuta exilior et brevior et omni modo minor est quam gravis, ut est facile ex musica cognoscere, cuius imago prosodia. nam et in cithara omnique psalterio quo quaeque chorda acutior,

1 hoc de media prosodia *v* hoc mediae prosodiae *L* hi madiae prosodiae *O* 2 quae in scholis studuerunt *v* quae scolis studerunt *LO* 4 hoc] haec *O* ipsos *v* ipsas *LO* 5 tres prosodias — 9 esse conplures *postea, ut videtur, adscripta sunt. nam quae de media prosodia hoc loco praecipiuntur cum his quae supra* 530, 26 *scripta sunt pugnant et eam potius rationem sequi videntur, ut media sit ipse circumflexus accentus: cf. schol. Dion. Thrac.* (*Bekk. anecd.* II) *p.* 684, 23 *τὸ μὲν οὖν ἐπίτασις ἐτέθη ἐν τῷ ὁρισμῷ διὰ τὴν ὀξεῖαν, τὸ δὲ ἄνεσις διὰ τὴν βαρεῖαν, τὸ δὲ μεσότης διὰ τὴν περισπωμένην. lacuna, quam indicavi, definitio prosodiae superioris vel acutioris, inferioris vel gravioris et mediae, quae 'propior utramque est, quam illa superior et inferior inter se', excidisse videtur* 6 quasi inest *O* 7 similior est *v* similiores *LO* est inferioris *O* quam superioris *v* quam superiorum *LO* 10 prosodiant ibi *L* 11 quae *altero loco uncis notavit editor Vindobonensis. fortasse tamen ante* quae demissior est *accuratior definitio prosodiae quae deorsum est excidit* *βαρεῖα* *v* uaria *LO* 12 at eam quae sursum est *v* at eamque rursum est *L* ad eam sursum est *O* 13 epitetameneu *LO* nemo *om. O* 14 grauis contrarium ei numen obtinet oxian *O* numeu optinet oxian *L* 16 mese *O* re mese *deletis* re *litteris L* 17 commeant *v* commentat *LO* quarte illi coniungit liquia ceteris *L* quare illi coniungit. liquit a caeteris *O* quartae illi, quae priores duas coniungit, quia ceteris *v. mihi probabilius visum est* coniungit *ex adnotatione aliqua olim adscripta huc inlatum esse* 18 hammonius *L* alixondris *corr.* -drius *L* qui aristarci scolae (*corr.* scollae *L*) successit oxibarin *LO* 20 perispasin *LO* dyonisius olimphius *O* *δίτονον* *Corssenius de pronuntiatione ling. Lat.* II *p.* 208 aponon *LO* *ἄτονον* *v* simplecton *L:* implecton epicarmus siracusius *O* 21 cetasmenen *LO* 22 perespomene *LO* prima *l* primo *LO* 23 in grebem *L* 25 chitera *L* quo quaeque chorda *v* quoque quae corda *LO*

f. 58. 58* cod. Lav. p. 533. 34 V.

eo exilior, et tibia tanto est voce acutiore, quanto cavo angustiore, adeo ut corniculo aut bamborio addito gravior reddatur, quod crassior exit in aera. brevitatem quoque acutae vocis in isdem organis animadvertere licebit, siquidem pulsu chordarum citius acuta transvolat, gravis autem diutius auribus inmoratur. etiam ipsae chordae quae crassius sonant longiores videntur, quia laxius tenduntur: ‖ item in fistula duo calami brevissimi qui acutissimae vocis: tibiae quoque acutiores quae breviores, et his foramina quam sunt ori proxima et brevioris aeris motum persentiscunt, tam vocem reddunt acutam. sic in loquentium legentiumque voce, ubi sunt prosodiae velut quaedam stamina, acuta tenuior est quam gravis et brevis adeo, ut non longius quam per unam syllabam, quin immo per unum tempus protrahatur; cum gravis, quo uberior et tardior est, diutius in verbo moretur et iunctim quamvis in multis syllabis resideat. quocirca graves numero sunt plures, pauciores acutae, flexae rarissimae.

Acutae nota est virgula a sinistra parte dextrorsum sublime fastigata; gravis autem notatur simili virgula ab eadem parte depresso fastigio. quae notae demonstrant omnem acutam vocem sursum esse et gravem deorsum. ipsum etiam musicorum docetur diagrammate, in quo tropi pro acumine vocum superiores scribuntur; denique summus hyperlydius, quia acutissimus; infimus hypodorius, quo nullus est gravior. flexa autem prosodia, quod duplex est et ex acuta gravique ficta, notam habet nomini potestatique respondentem: nam a sinistro cum surgens arduo fastigio et sursum molli curvatura dextroversum flexa praecipiti clivo deprimitur et speciem pronae litterae *C* efficit, priorem acutam et posteriorem gravem sibi inesse significat. mediae vero, cuius nunc usus non habetur, notam non ponimus, quia neque a maioribus accepimus neque fingere possumus.

Ordo in accentibus non adtenditur, verum varie nunc gravem, nunc acutum, non numquam flexum primo loco poni dubium non recipit; non tamen setius est aliquis prior natura quam alius.

1 tibia *v* uita *corr.* tiuia *L* quia *O* tanto *lO* tanta *L* 2 bomborio *coniecit editor Vindobonensis* addito *l* addita *L* additu *O* 4 transuolat *v* transuolaï *L* transuolari *O* 6 tenduntur *Ov* tendentur *corr.* tenuentur *L* 7 tiuiae (tibitiae *O*) quo acutiores quae *LO* tibiae quo acutiores eo *v* 8 foramina a quam *O* sunt *l* sint *LO* 10 istamina *LO* 11 non *om. O* 17 in eadem parte depressa *LO* 18 grauem et deorsum *O* 19 *fortasse* quod ipsum diagrammatae *LO* 20 sumus hic per lidius *LO* 21 quo *lO* qua *L* 22 nomini *v* nominis *LO* 23 a sinistro consurgens *v* *LO* 24 curvatura dextroversum *v* curuatur adextro uersu *LO* 25 litterae efficit *LO* litterae V efficit *v: cf. Diom. p.* 429 26 nunc usus *om. O* 27 accipimus *LO* 31 tamen sequus (setius *l*) est aliquid prius (prior *l*) natura quam alius non secus atque | in litteris se uenit nobis de accentu longi | ridō tractandum ꝯ uẽ altitudo q:. tamen | liquido *L* tamen secus est aliquid prior natura quam alius non secus atque in litteris se uenit. nobis de accentu longi ritu tractandum est. llae alititudo quae tamen liquido *O: sicut in litteris ita in accentu tractando et longitudinem et*

f. 58* cod. Lav. p. 534. 35 V.

Non secus, atque in litteris evenit, nobis de accentu tractandum est * altitudo, | quae tamen liquido cognosci non potest, nisi longitudinis quoque ratio habeatur. in eius enim aliqua parte esse debet id quod altissimum est. denique, cum verbum enuntietur, aliqua in eo syllaba necesse est summum illud vocis fastigium possideat; sed quae potissimum sit ea, monstrari non potest nisi per temporum syllabarumve numerum, qui proprie longitudinis est. quapropter, etsi metricis videtur [syllabarum naturam] ad rythmicos solos pertinere temporum dinumerare intervalla, tamen, quia titulus propositi utramque flagitat cognitionem, nequid quod ad discendos accentus pertinet deesse videatur, de verbi longitudine dicendum est, ea sola adtingentes, quae operi necessaria videbuntur. longitudo verborum duabus in rebus est, tempore et syllabis. tempus ad rythmicos pertinet, syllabae ad metricos. inter rythmicos et metricos dissensio non nulla est, quod rythmici in versu longitudine vocis tempora metiuntur et huius mensurae modulum faciunt tempus brevissimum, in quo cum quae syllaba enuntiata sit, brevem vocari; metrici autem versuum mensuram syllabis conprehendunt et huius modulum syllabam brevem arbitrantur, tempus autem brevissimum intellegi, quod enuntiationem brevissimae syllabae cohaerens adaequaverit. itaque rythmici temporibus syllabas, metrici tempora syllabis finiunt. neque enim refert, tempus in syllaba esse, an in tempore syllabam dicamus, dum modo discendi causa concessum est eam moram, qua brevis syllaba dicitur, unum et brevissimum tempus vocare; qua vero longa profertur, duo tempora appellare, ipsa cogit natura, cum loquimur. brevem *μονόχρονον*, longam *δίχρονον* appellamus. duo enim longa syllaba habet tempora, positionis et naturae; brevis naturae habet tantum modo [Terentius rhythmis scribit comoedias vel Plautus].

DE POSITVRIS.

Posituras oportet vocemus quas Graeci *θέσεις* appellant, quae in legendo dant copiam spiritus, ne continuatione deficiat. hae tres sunt, quarum diversitas tribus punctis diverso loco positis demonstratur in distinctione. ubi enim plenus est sensus, hoc est ubi fit clausula dictionis

altitudinem quaerendam esse, accentus autem propriam esse altitudinem videtur docuisse grammaticus: cf. Priscian. de accent. p. 1285. *praeterea etiam de ordine accentuum fortasse uberius expositum erat* 4 in eius sillaba *O* 5 illud *O* illum *L* 7 est *om. O* etsi ad metricos videtur syllabarum natura, ad rhythmicos solum pertinere *coniecit editor Vindobonensis* 8 denumerare *LO* 9 utramque *lO* utrumque *L* cognotionem *L* ad discendus *LO* 10 adesse *O* 13 dissentio *O* 15 in quo cum quae syllaba enuntiata sit *Weilius annal. nov. philol. t.* LXXI (*a.* 1855) *p.* 402 in quocumque syllaba enuntiata (syllabaë nuntiata *L*) sit *LO* 17 et huius *v* ut huius *L* huius *O* 18 enuntiationem *Weilius l. c.* enuntiatione *LO* 22 qua breuissima sillaba *O* 23 cogitur natura *O* 24 monocronon longam dicronon (dinocronon *O*) *LO* 25 tempora *Ov* tempus *L* 29 greci thensias appellant *L* 32 ubi fit] ut fit *L*

f. 59 cod. Lav.

cuiuslibet, punctum ad caput litterae ponimus: ubi sensus necdum || plenus est et respirare oportet, ad mediam litteram damus punctum: ubi suum finem inplendi sensus ita suspendimus, ut statim id quod sequitur subicere debeamus, imam litteram puncto notamus. omnis enim res initium habet, sequentiam et clausulam aut, ut dicas hic, initium augmentum statum [declinatio finis sic est positio]. incipis pronuntiare, distinguis particulam sensus sic, ut ostendas superesse quae inferenda sunt, et per gradus pronuntiando clausulam facis; et inde aliud simili modo faciens principium, adtitulans seriem totam ordine demonstra commata [pluraliter dicitur comma et haec commata]. colon enim membrum, comma incisum. comma ipsa est pentemimere in scansione totius versus. membrum est quod caedimus per commata.

LIBER II.

DE MAIORIBVS PARTIBVS ORATIONIS.

Primo libro de expositione octo partium orationis disputatum est. hoc vero libro artium opportunum duximus ad locum, quo modo exposita sunt, ordine recurrere. partes orationis apud Graecos totidem sunt, quot et apud Latinos, qui articulum non habent. Graeci enim pronomen ab articulo differunt, ita ut una pars sit pronomen, alia articulus; sed non adnumerant interiectionem, non eam recipiunt numero. de omnibus partibus orationis declinabiles sunt per casus tres, nomen pronomen et participium; verbum autem per modos tempora personasque decurrit.

Casus dicti sunt, quod per eos omnia in declinatione cadunt. unde quidam casus quinque esse putant, excepto nominativo: hic enim rem proponit, non flectit: ceteri vero, quia flectunt [cadunt], casus recte appellantur. nominativus dictus est, quod per eum nominare nos aliquid significemus, ut hic magister; genitivus casus dictus est, quod per eum genus cuiusque vel rem significemus, ut huius magistri; dativus, quod per eum dare nos aliquid alicui significemus, ut huic magistro; accusativus, quod per eum accusare nos aliquem significemus, ut hunc magistrum; vocativus, quod per eum vocare nos aliquem significemus, ut o magister; ablativus,

5 status *L* 8 facis] saos *corr.* raos *L* 9 adtitula *corr.* adtitulans *L* demonstrato gommata *L* 10 colo enim membrorum *L* 11 quem cedimus per commata: ∾ De maiorib: partib: orationis | DE PRVDENTIBVS PARTIB: | Primo *L* 16 oportunum diximus *L* 17 percurrere *L* 23 omnia inclinationem *L* 25 quia flectuntur cadunt casus recte appellatur *L* 28 vel rem] *fortasse* vel patrem

f. 59 cod. Lav.

quod per eum auferre nos ab aliquo aliquid significemus, ut ab hoc magistro.

De principalibus partibus orationis. inter principium et initium hoc interest: principium est prima pars libri, ut 'arma virumque cano Troiae'; initium autem aliqua pars incipiens a multis modis. unde Scaurus 'initium, a quo sumitur incrementum: a persona initium, ut 'Turne, in te suprema salus'; a potestate personae, ut

Aeole, *namque tibi pater atque hominum rex*
emulcere dedit fluctus;

ab exclamatione, ut 'pro Iuppiter, ibit hic ait'; a tempore, ut

tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris
incipit;

et 'nox erat et terris a. s. h.'; a loco, ut 'est locus Hesperiam G. c. d.'; a similitudine, ut 'qualis apes aestate n. p. f. r.'; a cohortatione, ut

quis globus, o cives, caligine volvitur atra
ferte c. f. d. t. a. m. h. a. h.;

a deprecatione, ut

per patrios manes, per spes surgentis Iuli
te precor

et similia.'

DE NOMINE.

Nomen quasi notamen, ut Vergilius 'foliisque notas et nomina mandat'.

De qualitate. haec est enim qualitas: discernuntur propria nomina ab appellativis. haec sunt enim appellativa, quae communem habent significationem. dicimus ut puta 'urbs Roma': urbs appellativum est, communiter significat, quoniam urbs est Roma, urbs est et Carthago; *Roma proprium est*, nam quae est Roma non est ipsa Carthago. colonia dicitur Cirta: colonia appellativum nomen est, Cirta proprium. cum dicis Tigris Euphrates, proprium est.

De partitione nominum. sunt nomina quae a familia tribuuntur, ut Cornelius. et tria simul *vel* quatuor posita unum dicitur nomen, ut Publius Cornelius Scipio Africanus. propriorum ergo nominum species sunt quatuor. nam aut praenomina sunt, quae nomini praeponuntur et prae-

4 arma] *Verg. Aen.* I 1 6 initium aeole uel turne *L*: *Verg. Aen.* XII 653 7 personae ut emulcere dedit fluctus *L*: *Verg. Aen.* I 65 10 pro] *Verg. Aen.* IIII 590 11 tempus] *Verg. Aen.* II 268 qua (quo *l*) prima quies māēg inc̄p *L* 13 nox] *Verg. Aen.* III 147: *cf. ib.* VIII 26 est locus] *Verg. Aen.* I 530 14 qualis apes staten *L*: *Verg. Aen.* I 430 16 quis globus] *Verg. Aen.* VIIII 36 19 per patrios] *Verg. Aen.* X 524 23 foliisque] *Verg. Aen.* III 444 momina *L* 29 cartago namque est roma non est ipsa cartago *L* 30 cirtha *L* cirtha *L* 32 De partitionum nominum *L* 33 vel *om. L*

f. 59* cod. Lav.

nominativa dicuntur, ut Lucius Quintus; aut nomina gentis, id est familiae, ut Valerius Aemilius Cluentius, ut Vergilius 'genus unde tibi, Romane Cluenti'; aut cognomina, quae nomini iunguntur et cognominativa dicuntur, ut Scipio Lentulus; || aut agnomina, quae cognomini iunguntur et agnominativa dicuntur, ut Africanus Aemilianus, et quidquid eius modi accesserit agnomen vocabitur. praenomina tantum Romanis hominibus sunt. ea singulis vel binis vel ternis litteris notantur hoc modo: singulis G. Gaius, M. Marcus, L. Lucius; binis Gn. Gnaeus, Pm. Pompeius; ternis, ut Sex. Sextus, Sps. Spurius. agnomina sumuntur ex moribus et laude, ut Metellus Creticus; Metellus enim Cretam subegit et Creticus dicitur: Aeneas Pius, Piso Frugi: ex moribus et vituperatione, ut Tarquinius Superbus, Manlius Imperiosus [manilius torquatus]; ex fortuna, ut Crassus Dives, Sylla Felix: Lucanus 'meruit felix Sylla vocari'; ex eventu, ut Corvinus; a meritis, ut Torquatus: Manlius enim quendam Gallum fortissimum peremerat, cuius torquem suo collo conectens Torquatus est dictus [Corvinus ab augurio corvi. alia ab ordine, ut primus versus Troiae qui primus ab oris]; a natura, ut Dentatus: Curius enim dentatus natus est, ex hoc est dictus; a qualitate, ut Sapiens; a quantitate, ut Magnus [Graecus Hispanus]; a loco, ut Caudinus Gabinus.

Appellativorum nominum multae sunt species, ex quibus alia gentem significant, ut Graecus Afer; alia numerum, ut unus duo; alia ordinem, ut primus secundus; alia ad aliquid dicta, ut pater et frater, avunculus: Vergilius

et pater Aeneas avunculus excitat Hector.

haec sola non habent certam significationem, sed adiectis personis declarantur, ut pater meus, frater tuus. haec ergo et his similia, quae extrinsecus aliquam personam exigunt, [alia] ad aliquid dicimus. alia facta significant, ut hinnitus mugitus; alia aetatem, ut bimus trimus; alia generalia, ut corpus animal [omnia animalia habent corpus]; alia specialia, ut homo lapis. de diversis animantum generibus unum si separes, speciale est; de inanimalibus unum si separes, speciale est, ut lapis. alia sunt primae positionis, ut mons. ex hoc dirivatur aliud nomen, hoc est deducitur, || et facit montanus, ab agro agrestis agrarius, ab scholis scholasticus. sunt diminutiva, quae primae positionis per incrementum syllabae minuunt formam, ut mons monticulus, lapis lapillus, caput capitulum, vacca vaccula, ora oscilla. horum nominum quo magis dictione minuuntur formae, eo magis accrescunt syllabae [de diminutione nominum]. sunt nomina quae deminutivam habent significationem et diminutiva non sunt,

2 Vergilius] *Aen.* V 123 7 nominibus *L* 8 gn. gneus. pm. pampeius *L* 11 ex moribus in uituperatione *L* 12 mallius imperiosus *L* 13 Lucanus] *Pharsal.* II 221 14 coruinius *L* mallius *L* 16 coruinus *l* cornilius *L* ab augorio *L* 19 ut gaudinus gauinus *L* 23 Vergilius] *Aen.* III 343 27 facta si significant *L* 30 specialem est *priore loco* *L* 34 per crementum *L* 37 acrescunt *L*

f. 59*. 60 cod. Lav.

quia primam positionem non habent. numquid dicimus tabu tabula aut mascu mascula, vincu vinculum?

De nominibus Graecis. sunt nomina quae Graecam declinationem habent, ut Themisto Calypso, et recte, quia Graeca *sunt*. sunt nomina quae Graeca sunt et Latinam habent declinationem, ut Achilles Aiax: hic Achilles huius Achilli facit, non Achillis, sic et Vlixes Vlixi, non Vlixis.

De avonomicis et patronomicis. *sunt* patronomica, ut Tydides Pelides, quae a vocabulo paterno trahuntur; aliquando et ab avis, ut Aeacides, id est Achilles, Aeaci nepos: Aeacus genuit Peleum, Peleus Achillem: Statius sic,

magnanimum Aeaciden formidatamque tonanti
progeniem.

patronomica aut in des terminantur, ut Aeneides Pelides, aut in ius, ut Nycteius Agamemnonius [patronomica feminini generis]. dicuntur et a matribus saepe matronomica. patronomica feminini generis in is exeunt, ut Atreis Cisseis Dardanis. filia Atrei Atreis dicitur, filia *Cissei* Cisseis, id est Hecuba, Cissei filia, Priami regis uxor: Vergilius 'Cisseis regina Parim creat'; Scaevus in tragoedia

scindimus atras veteri planctu Cisseis genas,

id est Hecuba filia Cissei; et

non ego Myrmidonum sedes Dolopumve superbas
aspiciam aut Grais servitum matribus ibo
Dardanis et divae Veneris nurus.

de possessivis nominibus. sunt alia possessiva, quae a possidendo possessiva dicta sunt, ut 'Euandrius ensis', quem Euander habuit, 'Hectorei socii'. [nomina simplicia, ut iustus. haec conlationem || recipiunt, ut iustior iustissimus.]

De homonymis synonymis vel polyonymis. sunt synonyma vel polyonyma, ut terra humus, ensis mucro gladius. haec enim diversis vocabulis unam habent significationem. haec est enim terra, quae et humus; sed tamen est differentia: generaliter ubique terra est, non ubique humus; et in parietibus terra est, hoc est in lateribus, et non est humus; humus

4 temysto *L* sunt *priore loco om. L* 7 sunt *om. L* quae ea uocabulo *L* 9 aeci nepos oaecus *L* Statius] *Achill.* I 1 12 ut aenides *L* ut recteius *L* 15 filia chisseis id est becuba chissei filia primi *L* 16 Vergilius] *Aen.* X 705 17 scaeüus *L: Pacuvii versus esse videtur: cf. Serv. in Verg. Aen.* VII 320 regina Hecuba secundum Euripidem filia Cissei, quem Ennius Pacuvius et Vergilius sequuntur 17 scindidimus | atratas veteri planctu, Cisseis, genas *scribendum esse coniecit O. Ribbeckius* ueteri palanctus (*corr.* planctus) chisseis genas id, haecaue filia a (*deleta* a *littera*) chissei *L* 20 non ego mercidonum *L: Verg. Aen.* II 785 21 g. aius *corr.* grais *L* 22 ueneris narus *L* 23 sunt alia possessiua ut euandrius ensis quae a possidendo possesiua dicta sunt quem *L* 24 Euandrius] *Verg. Aen.* X 394 25 haectorei *L*: *Verg. Aen.* V 190 nomina simplicia — iustissimus *alieno loco posita ad ea pertinere videntur, quae infra* 538, 34 *de nominibus Romanis simplicibus et deinceps de epithetis disputata sunt. ceterum in his quae proxime secuntur cum plurima turbata esse appareat, singulas grammatici observationes suo loco relinquere satius visum est, quam transponendo iustum ordinem restituere* 27 De honomonia synonima uel polyonima *L*

f. 60 cod. Lav.

vero humida quae iussum est aut quae humorem habet. ensis enim in proelio, gladius generaliter dicitur, mucro in opere. haec illis contraria sunt, quia illa per unam rem multa significant, haec per multa unam rem significant, terra humus solum.

De Graecis nominibus, quae in nostram declinationem successerunt. sunt inter Graecam atque Latinam formam, quae notha dicuntur, ut Achilles Agamemno. cum enim Graeca sint, Latinam, ut diximus, habent declinationem, hic Agamemno huius Agamemnonis huic Agamemnoni hunc Agamemnonem o Agamemno ab hoc Agamemnone.

Homonyma sunt ut nepos acies. dicitur enim filius *filii* nepos; dicitur et consumptor nepos, qui avorum et parentum devorat terram in morem scorpii, qui devorat terram. scorpio enim [uxor], qui signorum receptus est numero, nepa dictus est. quo vocabulo nepotes terram devorantes *dixit* Cicero in Catilinam, 'quis ganeo quis nepos'. similiter et acies aliquando exercitum significat, ut 'Tyrrhenas sterne acies'; aliquando oculos, ut

huc geminam nunc flecte aciem, hanc aspice gentem,

item 'stat ferri acies mucrone corusco'. sunt alia quantitatis, ut grandis altus; alia de verbo nascentia, ut scriptor lector.

De epicoenis, id est promiscuis, primo libro disseruimus * quamvis feminino genere dicatur.

Casibus articuli accidunt pro generibus hi, nominativo hic haec hoc, genitivo huius, dativo huic, accusativo hunc hanc hoc, vocativo o, ablativo ab hoc ab hac ab hoc.

Quibus litteris genitivus pluralis terminetur. quaecumque nomina in genitivo casu plurali i ante novissimam syllabam habuerint, haec accusativo plurali in is syllabam exeunt, ut harum navium has navis, horum ignium hos ignis, horum omnium hos omnis et cetera.

Nomina neutra semper pluralia a littera terminata casu nominativo in casu genitivo rum syllabam accipiunt, dativum et ablativum in is mittunt, ut arma castra exta. nomina neutra semper pluralia ia litteris terminata casu nominativo in casu genitivo um syllabam accipiunt, dativo et ablativo in bus mittuntur [omnia].

Omnia nomina inanimalia Romana simplicia nis syllaba terminata

1 habet] adeo *L* 3 illa per em (*deletis* em *litteris*) unam multa *L* 5 in nostra declinatione *L* 6 ut achiles agamemnon *L* 8 hic agamemnon *L* 9 o agamennon *L* 10 dicitur enim filius nepus *L* 11 parentum denorant *L* 13 nepa dicta est *L* 14 dixit *om. L* in catelina *L: Cic. in Catil.* II 4, 7 15 exercitus *L* tirrenas *L: Verg. Aen.* VII 426 17 huc geminas *L: Verg. Aen.* VI 789 18 stat] *Verg. Aen.* II 333 20 primo libro] *p.* 493 *ed. Lind.* disseruimus *l* discernimus *L: plura olim de epicoenis nominibus scripta fuisse indicant ea quae secuntur, nisi haec potius ad ea quae infra de genere v.* finis *scripta sunt pertinere dicas* 29 Nomina — 33 mittuntur *Prob. de nom. p.* 217 *ed. Vind.* 32 nominatiuo et casu *L* 34 Omnia — 539, 5 standi *excerpt. Bobiens. vol. I p.* 555, 25 *Prob. de nom. p.* 218 *ed. Vind.*

f. 60. 60* cod. Lav.

masculini generis sunt, ut panis amnis ignis canis crinis finis, quamvis Vergilius finem masculino et feminino genere dixerit, masculino, ut 'hic finis fandi' et 'factoque hic fine quievit' et 'quem das finem, rex magne, laborum'; feminino, ut 'haec finis Priami fatorum' et 'quae finis standi'.

De epithetis. *sunt alia* mediae significationis, in medio quasi posita, ut ad quamvis rem possis vertere, ut fortis exercitus, fortis miles. [de dextris]. *alia ad aliquid* qualiter se habentia, ut ubi posita fuerint sic dicantur, ut dexterior sinisterior. alia ad aliquid dicta: causa est, propter quam dicantur, quod sanguine aut aliquo necessitudinis vinculo videntur esse devincti, id est adfinitatis propinquitate.

De specialibus vel generalibus. speciale est quod ad unum pertinet; quod ad multitudinem, generale dicitur. sed hic specialia ab specie dixit cuiuslibet rei. nomina facta de verbo. ab eo quod est lego facit lector, a canto cantor; participia legens cantans. hoc interest *inter* participium et nomen: demens simile est participio, sed non est participium, quia tempus non habet et recipit conparationem, quae non convenit participiis. comedo palpo: sic vocitati sunt quidam. *sic* et contemplator, quo modo perseverator: Virgilius verbum fecit,

> contemplator item, cum se nux plurima silvis
> induet in florem.

In conlatione gradus sunt tres, absolutus, qui est positivus, ut iustus; comparativus, ut iustior; superlativus, ut iustissimus. sed haec non in omnibus perseverant. aliquando enim primus tantum gradus invenitur, || ut mediocris; aliquando conparativus, ut ocior: Vergilius 'fugit ocior Euro'; aliquando primus et secundus, ut iuvenis iunior, senex senior. [de genere conparativi gradus] conparativus gradus generis est semper communis, ut hic et haec doctior: tantum modo senior non est generis communis. sunt qui dicunt duos gradus esse conparationis, conparativum et superlativum: qui dicunt tres, hanc rationem reddunt, nisi fuerit positivus, esse non potest conparativus: alii quatuor, positivum praelativum conparativum et superlativum. est autem conparativus vere, si dicamus sic, '*tam* doctus hic quam ille': nam doctior praelativus est. verba et participia conparationem non recipiunt: nam si receperint, nomina *sunt*.

Sunt quae a Graecis patronomica, a nobis patria dicuntur, ut Atrides

2 hic finis] *Verg. Aen.* X 116 3 factoque] *Verg. Aen.* III 718 quem] *Verg. Aen.* I 241 4 haec] *Verg. Aen.* II 554 5 quae] *Verg. Aen.* V 384 6 sunt alia *om. L* 8 alia ad aliquid *om. L* 15 inter *om. L* 18 palpo *Cledonius p.* 1893 palmo *L: cf. Pers. sat.* 5, 176 sic uocitata sunt quidam et *L* 19 Virgilius] *georg.* I 187 22 absolutus qui est positus *L* 25 ut occior uergilius fugit occior euru *L: Verg. Aen.* VIII 223 28 non est genitiuus commonis ~ dicunt *L* 30 superlatiuum sunt qui dicunt *L* 31 praelativum] relativum *L* nam si reciperunt 33 tam *om. L* 34 non recipiunt. ~ Nomina sunt quae *L*

f. 60*. 61 cod. Lav.

Pelides. quae deducuntur apud Homerum a patre et ab avo et retro, apud Lycophronem et ab uxore; sed et illa quae naturaliter intelleguntur, ut 'Scipiadas duros bello', id est Scipiones. dionymon, ut Paris Alexander, Elisa Dido. est etiam quod dicunt feronymon, ut Pasiphae Hippolytus, a solis scilicet splendore et equo; aut eponymon, ut Dardanio Anchisae. sunt quaedam nomina, quae neque singulari neque plurali adiungi numero recte possunt, et ideo duali adsignanda sunt, ut duo ambo uter neuter.

De incertis nominibus. male haec nomina inter incerta posuit, pirus buxus, cum discrimen ipse dederit.

De monoptotis. sunt alia nomina quae per unum casum consuetudo retineat, ut sponte natu tabo. haec enim per ablativum solum in usu efferuntur. sunt alia quae tribus casibus tantum efferuntur, nominativo accusativo vocativo, ut fas nefas: item pluralia, ut maria vina rura aera mella: item numeri a quattuor usque ad centum.

DE DECLINATIONE NOMINVM.

Declinationes nominum quinque sunt, quae genitivo casu discernuntur. prima est quae genitivo casu in ae litteram terminatur, ut huius formae; secunda est declinatio, quotiens genitivus casus i littera terminatur, ut huius officii; || tertia est declinatio, quotiens genitivus casus in is finitur syllaba, ut huius muneris; quarta est declinatio, quotiens genitivus casus us vel u terminatur, ut huius unius, huius solius, huius genu, huius gelu; quinta est declinatio, quotiens genitivus casus ei syllaba terminatur, ut huius faciei, huius speciei.

* * * * *

1 pelides equidem deducuntur *L* 2 apud lycofrone *L* 3 scipiados duros *corr.* scipiadas durus *L*: *Verg. georg.* II 170 adionimon ut patris alixandri (-der *l*) lisa *L* 4 pasyfae *L* 5 aut ceponymon *L* Dardanio] *Verg. Aen.* I 617. VIIII 647 7 dualia ad significanda *L* 8 uter neutrum *L* 10 cur discrimen ipse dedit *L* 12 nato *L* 15 melia item numeri quattuor a usque adcentum. Declinationes *L* 18 terminat *L* 24 huius facie huius speciei. ~ | De formis casalibus | Declinationum formae sunt sex senaria — *f.* 62 ab hac iunone apotes eras. sunt multa quae non declinantur *L*. *interposita sunt in codice exempla declinationum cum paucis quibusdam iisque maxime vulgaribus observationibus de numero vel genere nominum. exempla autem nominum, quae per casus suos declinantur, adscripta sunt haec*, unus, cornu, nequam, Iuppiter, Roma, loculi, scalae, cibaria, tribunus plebi, senatus consultum, virgo Vestalis, pater familias, nauta, laurus, Glycerium (gyclerium *L*) — sic declinantur philotium filocomatium et alia. item generis neutri, quod in numero singulari tres tantum casus habeat, id est genitivum dativum et ablativum, in plurali vero omnes, declinatur sic, genitivo huius verberis (ueruis *L*), dativo huic verberi (ueruere *L*), ablativo ab hoc uerbere — Tartarus, balneum — sic declinatur frenum. sed pluraliter frena et frenos genere masculino et neutro dicimus: Vergilius (*georg.* III 184) 'frenosque audire sonantis' (-ties *L*) et (*Aen.* VIII 168) 'frenaque bina meus (uina meas *L*) quae nunc habet aurea Pallas'. fluctus, carduus, cornicen, pegma, Calliope, Allecto — item nomen Graecum secundum Vergilii declinationem generis masculini sic, nominativo hic Mnesteus, genitivo huius Mnesteo, dativo huic Mnestei, accusativo hunc Mnestea, vocativo o Mnestei (? *vel* -te). ablativo caret, ut est declinatione Graeca, vel fingimus ab hoc Mnesteo. sic declinatur Anthea Dareta et talia. lien — cognominis de-

f. 62. 62* cod. Lav.

|| Sunt multa quae non declinantur, quia per singularem numerum declinari non possunt neque in plurali permanent, ut frugi nugas, et siqua similia. omnis autem declinatio a genitivo casu cognoscitur. nam qui nominativum servant, inepte faciunt, cum apud quosdam casus non sit nominativus. praeterea multa sunt nomina similia [primae positionis] primae *declinationis* et tertiae, veluti Aeneas Maecenas. de quibus quid dici potest, nisi quod genitivus fit arbiter discernens utriusque declinationis * genitivum in ae, veluti hic Seneca huius Senecae, hic Agrippa huius Agrippae, haec fortuna huius fortunae, haec colonia huius coloniae: illud masculinum est, hoc femininum: secunda in i, ut hic M. Tullius huius M. Tulli; tertia in is, ut hic Cicero hic Cato, huius Ciceronis huius Catonis; quarta in us vel u, hic senatus huius senatus et hoc cornu huius cornu. nec latuit voluisse quosdam et quintam esse declinationem illorum nominum, quae genitivo singulari in e et in i terminantur, ut haec species huius speciei, haec facies huius faciei, haec acies huius aciei. quare ergo Maecenas Maecenatis et Aeneas Aeneae? quia nomina Graeca in *ας* producta terminata vel disyllaba flexa, cum apud eos genitivo *ου* habent in extremitate syllabam, apud nos primae sunt declinationis, veluti apud Graecos *Λυσίας Λυσίου*, *Ἀμύντας Ἀμύντου*, Lysiae et Amyntae, disyllaba Antas Antae, Menas Menae. nam Druas Druantis et Thoas Thoantis, non Thoae, ut Vergilius 'saxo ferit ora Thoantis', quia [per omnes casus] non flectuntur.

* * * * *

|| Veru genu cornu tonitru generis sunt neutri, quae numero singulari monoptota sunt, plurali autem numero per omnes casus declinantur, ut verua genua cornua tonitrua.

Tapeta masculino et neutro genere declinatur. cuius declinationis exemplum apud Vergilium invenitur: masculini generis sic, 'pulchrosque tapetas' per regulam declinationis huius modi, nominativo hic tapeta, genitivo huius tapetae, dativo huic tapetae, accusativo hunc tapetam, vocativo o tapeta, ablativo ab hoc tapeta; et pluraliter hi tapetae, genitivo horum tapetarum, dativo his tapetis, accusativo hos tapetas, vo-

clinatur sic, nominativo hic cognominis — hic Iuppiter *ὁ Ζεύς* (o zeu *L*) — pronomina sic declinantur, hic *ὁ καὶ οὗτος* (hic o ceutos *L*) — haec Iuno *ἡ Ἥρα* (haec iuno o era *L*) huius iunonis 1 Sunt multa — 23 non flectuntur *excerpt. Bob. vol.* I *p.* 537, 15 *Charis. p.* 7 6 declinationis *om. L* 7 sit arbiter discernens utriusque declinationis nomina? declinatur igitur primae declinationis genetivus in ae *excerpta Bobiensia* 8 in ae uel in i hic seneca *L* 14 quae *l* quem *L* 16 in us producta terminantur uel syllaba flexa cum apud eos genitiuus in u habent extremitatem syllaba *L* 18 apud grecos ascie et aminte dysillaba antas ante manas menae *L* 21 Vergilius] *Aen.* X 415 22 non flectuntur numeri sunt singularis et pluralis — in simplici figura longa est. | Ueru *L. de numeris et figuris commentarius, qui sequitur in codice, ex minore arte p.* 494 *sq. ed. Lind. repetitus est* 23 Veru] *Charis. p.* 49 26 Tapeta] *Charis. p.* 45, *exc. orthogr. p.* 2803, *Prob. instit. art. p.* 343 *ed. Vind., de nom. p.* 217 *ed. Vind., Serv. in Verg. Aen.* VII 277 declinantur cuius rationis *L* 27 pulcrosque *L: Verg. Aen.* VIIII 358 29 hanc tapetam *L* 31 horum tapetorum *L*

f. 62* cod. Lav.

cativo o tapetae, ablativo ab his tapetis: neutri autem generis sic apud Vergilium [dativo his tapetibus],

qui forte tapetibus altis
extructus toto proflabat pectore somnum;

item apud Lucilium [ablativo ab his tapetibus]

erant et equorum inaurata tapeta,

per regulam declinationis talem, nominativo hoc tapetum, genitivo huius tapeti, dativo huic tapeto, accusativo hoc tapetum, vocativo o tapetum, ablativo ab hoc tapeto; et pluraliter nominativo haec tapeta, genitivo horum tapetorum, dativo his tapetis, vocativo o tapeta, ablativo ab his tapetis. et nos neutro dicimus.

Sal masculini generis est: Lucilius 'ore salem expiravit amarum'; Terentius 'qui habet salem quod in te est', sed melius 'quod salis', id est partem salis; Salustius 'neque salem neque alia inritamenta gulae quaerebant'. plerique et neutro genere dixerunt: Marius causarum naturalium 'cur sal inquinatius vel nigrius? quia sal usto congestum est'; item masculini pluraliter 'protenus crescunt effusi sales'.

Culter masculini generis est: Plautus in milite glorioso

vide sit tibi acutus, Cario, culter probe,

et Vergilius georgicorum libro III

at vix suppositi tinguntur sanguine cultri,

item in VI 'supponunt alii cultros'.

Sero tres habet significationes: significat 'sero rumores', id est divulgo, praeteritum tempus facit serui, ut apud Vergilium

rumoresque serit varios ac talia fatur,

cuius praeterito usus est Salustius per conpositionem, 'hoc modo disseruit': item 'sero fruges' praeteritum tempus perfectum facit sevi, ut Lucilius

hic sunt herbae, quas sevit Iuppiter ipse:

1 ab his tapetibus *L* 3 qui forte] *Verg. Aen.* VIIII 325 5 apud liuium erant ablatiuo ab his tapetibus et equorum *L:* Lucilius erant et equorum *Probus p.* 344 7 hoc tapetum (-te *l*) genitiuo huius tapeti (-tis *l*) datiuo huic tapeto (-ti *l*) accusativo hoc tapete uocatiuo o tapete ablatiuo ab hoc tapete *L. tres nominis declinationes olim positae fuisse videntur,* hic tapeta, hoc tapetum, hoc tapete; *secundae autem et tertiae declinationis formae vel grammatici vel librariorum errore ordine perturbato scriptae sunt* 10 datiuo his tapetibus *L* ablatiuo ab his tapetibus *L* 12 Sal] *Prob. de nom. p.* 217 *ed. Vind., Charis. p.* 82, *Priscian. p.* 643, *Consent. p.* 2030 masculini ge est lucilius *l* masculini est lucius *L* expiauit *L* 13 terrentius *L: Eunuch.* III 1, 10 melius *om. L, add. l* 14 Salustius] *Iugurth.* 89 15 gylae *L* 16 maris causarum naturarum *L* Fabianus causarum naturalium *Probus et Charisius* cur sal aliud inquinatius *Probus* 17 sol *corr.* sal *L:* sal e luto congestum *Probus* 19 Culter] *Serv. in Verg. Aen.* VI 248 in milite glorioso] V 1, 4 (*v.* 1397 *R*) 20 vide] inde *L* Cario] clarior *L* probet uerg̃ *L: Verg. georg.* III 492 23 in VI] *Aen.* VI 248 24 Sero] *excerpt. orthogr. p.* 2801: *cf. Priscian. p.* 900 significationis *L* de uulgo prä et tem̃p *L* 25 apud Vergilium] *Aen.* XII 228 27 Salustius] *Iugurth.* 84 deseruit *L* 30 erbae *L* ioppiter *L*

f. 62*. 63 cod. Lav.

item sero quod est claudo, unde sera dicta est, perfectum tempus facit seravi reseravi, ut Terentius 'tu abi atque obsera ostium'.

Duo et ambo sic declinantur, duo duorum duobus duos duo a duobus; item ambo amborum ambobus ambos ambo ab ambobus.

Ebrius dicimus, non eber, sicut e contrario sobrius, non sober.

Inter expertum et expertem hoc interest: expertum alicuius rei, ut si dicamus 'fortem virum expertus sum'; expertem vero ignarum.

In declinatione species sunt quatuor eorum nominum, quae binis vocibus iuncta declinantur. prima est eorum quorum prior pars non declinatur, ut Hellespontus senatusconsultum plebiscitum: secunda est quorum prior pars declinatur, || posterior vero numquam, ut tribunus plebi, praefectus equitum: tertia est *eorum* quae ex utraque parte declinantur, ut Liber pater, Alba Longa: quarta est quorum prior pars declinatur, posterior vero cum sit mobilis [per casus], per numeros tantum declinatur, ut pater familias [eques Romanus, praetor urbanus quia ambo nominativi sunt, ambo declinantur. nam quando in nomine geminato unus est tantum nominativus, in eo tantum declinatur alio manente]: declinamus huius patris familias manente per omnes *casus in* singularitate inmobili secunda voce. nam plurali mutata ratione, ut horum patrum familiarum. eiusdem formae sunt promilite proconsule propraetore, cum indivise pronuntiantur. nam in pluralitate his propraetoribus his proconsulibus dicimus.

Ablativus casus singularis quinque litteris vocalibus terminatur, a e i o u, exceptis pronominibus quibusdam, ut ab eodem a quodam [a quadam] ab hoc, et nominibus appellativis monoptotis, ut nihil nequam nugas. quotiens autem aut a aut o litteris terminatus fuerit, totiens accepta rum syllaba facit genitivum pluralem, ut ab hac toga harum togarum et ab hoc libro horum librorum: dativus quoque et ablativus eiusdem numeri eiusdem observationis in is syllabam exeunt, ut his et ab his togis. e litteram extremo habentia ablativo casu singulari duplicem habent observationem. nam * correpta ultimam perdunt et um syllabam accipiunt et faciunt ex se genitivum pluralem, ut ab hoc pariete horum parietum. i litteram in extremo habentia accepta um syllaba faciunt geni-

1 fecit *L* 2 terrentius tutaui atque obseruaui hostium *L: Ter. Eunuch.* III 6, 25 3 Duo] *Prob. de nom. p.* 223 *ed. Vind.* 5 Ebrius] *Prob. de nom. p.* 222 *ed. Vind.* sicut contrario *l* sicur *L* non suber *L* 6 Inter expertum] *Prob. de nom. p.* 222 *ed. Vind., Serv. in Verg. Aen.* III 182 X 173 *fortasse* expertum cum accusativo iungimus, expertum aliquam rem, expertem cum genetivo, expertem alicuius rei 12 eorum *om. L* declinatur *L* 13 pater ab alba *L* 18 per omnes singularitate inmobile *L* 19 *fortasse* mutatur ratione, *nisi potius* declinamus, *quod supra v.* 17 *positum offendit, huc referendum sit, ut scribatur* nam in pluralitate declinamus ratione. *nam* eques Romanus — manente *ex adnotatione postea adscripta videntur profecta esse* 22 Ablativus — 544, 6 fluctibus *Charis. p.* 119. *ceterum in margine codicis praescripta est haec nota* ho | ÷ in prio, *quae ad tractatum de casibus, qui est in primo libro, hoc est in arte minore p.* 495 *ed. Lind., pertinere videtur* 28 in is syllaba *L* 30 *lacunam indicavi, qua definitio nominum* e *productam in ablativo habentium excidit* 31 ab hoc parite *l* ab hoc pari *L* 32 i littera *L* um syllabam *L*

f. 63. 63* cod. Lav.

tivum pluralem, ut ab hoc agili horum agilium. dativus quoque et ablativus in bus syllabam exibunt, ut his et ab his agilibus. accusativus quoque pluralis in is syllabam exibit, qui detracta s littera et apposita a neutrum genus ex se facit, ut haec facilia. u littera terminata accepta um syllaba faciunt genitivum pluralem, ut ab hoc fluctu horum fluctuum, dativo et ablativo his et ab his fluctibus.

Casus sunt sex, nominativus genitivus dativus accusativus vocativus ablativus. nominativus quasi propositivus ab ipsa denominatione dictus. genitivus qui primus flexum declinationis ostendit, ut puta si dicas 'cuius gentis est?' respondetur Graecorum, et gentis et Graecorum genitivus est. dativus, ut puta si dicas 'da puero', huic puero ipse est dativus casus. accusativus, ut *si* dicam 'accuso hunc et reum dico cuiuslibet facti', hunc reum accusativus est. vocativus, voco et dico 'o magister'. ablativus ab auferendo dictus, aufer ab eo.

Formae casuales sunt sex, senaria, quinaria, quaternaria, ternaria, binaria, simplex vel unita [vel monoptota appellatur]. senaria forma est quae in omnibus sex casibus varia *forma* declinationis effertur, ut est unus solus: dicimus enim hic unus huius unius huic uni hunc unum o une ab hoc uno. quinaria forma, cum dativus et ablativus sociantur in declinationibus, ut doctus probus: dicimus enim huic docto et ab hoc docto, ceteros casus aliter. quaternaria forma, cum nominativus et vocativus sociantur in declinationibus, ut res spes: dicimus enim haec res et o res, item genitivo et dativo huius rei huic rei, ceteros casus aliter. ternaria est, cum nominativus accusativus vocativus sociantur in declinationibus, ut scamnum scrinium, item dativus et ablativus, ut huic scamno et ab hoc scamno. non minus etiam haec forma in communibus nominibus is litteris finitis est, in quibus nominativus genitivus vocativus sociantur, ut facilis agilis, dativus et ablativus huic facili et ab hoc facili. bipertita forma est quae in neutralibus nominibus *u littera finitis est, in quibus* || nominativus accusativus vocativus sociantur, ut genu veru: nam genitivum dativum et ablativum segregat ab his *productio.* dicimus enim huius genu huic genu ab hoc genu. unita vel simplex forma est quae in monoptotis nominibus invenitur, ut frugi nequam. dicimus enim huic frugi hunc frugi o frugi. pluralis vero numerus aut quaternariam formam habet aut ternariam.

2 in bus syllaba *L* accusativus quoque in is syllabam exibit, qui detracta *Charisius* acc̄ quoque plurā in is syllabam exeunt quia detracta *L* 3 a *om. L, add. l* 12 si *om. L* 13 facti] facit *L* 14 aufer ab eo. aufero aufert praet. perf. facit abstulit non enim infertum est facit sed inlatum, non aufertam sed ablatam non transfertum sed translatum. Formae casales *L* 15 Formae casuales — 35 ternariam *Charis. p.* 123: *cf. Prob. de nom. p.* 223 *ed. Vind.* 16 forma est quae in omnibus sex casibus uarias declinationis *l* forma declinationis (*rel. om.*) *videtur fuisse in L* 24 nominatiuus casus āc (*corr.* et *l*) uocatiuus *L* 29 quae (in *add. l*) neutralibus nominibus | nominatiuo accusatiuo uocatiuo sociantur *spatio octo fere versuum in fine paginae vacuo relicto L: supplementa praebuit Charisius* 31 productio *om. L, add. Charisius*

f. 63*. 65 cod. Lav.

De accusativo plurali. has puppis has classis hos agilis accusativo plurali pronuntiare debemus [ubi ablativus exit in i, ut ab hac puppi], quoniam nomina quae i littera terminantur ablativo singulari acceptis um litteris faciunt genitivum pluralem, eadem accusativo plurali in is litteras exeunt, ut ab hac puppi harum puppium has puppis et ab hac turri harum turrium has turris. plerumque veteres horum nominum et ablativum singularem e littera terminaverunt, ut urbe sene, et accusativum pluralem per es litteras enuntiaverunt, ut Vergilius 'centum urbes habitant magnas'.

Haec regula docet, in quam syllabam exire debeant dativus et ablativus numeri pluralis, ne per ignaviam dicamus hominis pro hominibus aut pro illis illibus, quamvis apud veteres fuit hic usus, ut ablativo *dicerent* illibus; quam declinationem Plautus crebro utitur secutus veterem consuetudinem. ablativus a vel o terminatus in is mittit dativum et ablativum, ut ab hoc scamno his et ab his scamnis. ablativus e i u litteris terminatus in bus mittit dativum et ablativum pluralem. contra hanc regulam veniunt dea filia mula equa cerva [domus] et cetera similia generis causa sic, deabus mulabus filiabus [et ab hac domo domibus] et cetera.

* * * * *

|| EXPLANATIO PRONOMINIS.

De pronomine in primis artibus disseruimus. hoc vero libro de pronominum qualitate disputandum est. pronomen est pars orationis, quae posita pro quolibet nomine minus quidem plene, tamen idem significat. [cui] pronomini accidunt qualitas genus figura numerus casus persona. qualitas pronominum aut finita est aut infinita. finita est quae notat certum numerum certamque personam, ut ego tu ille; infinita quae non designat, cui adcommodata sit, ut quantus qualis. volunt esse commune, cum dicimus qui vir et qui viri: et singularem habet et pluralem, hoc est commune. sunt pronomina extrinsecus *singularia, intrinsecus* pluralia, ut si dicas 'noster servus'; sunt extrinsecus pluralia, intrinsecus singularia, ut 'mea sunt ista'. haec autem vel intrinsecus singularia fiunt vel

1 clasis *L* 4 eodem *L* 6 ablatiuo sing. *L* 7 urbe scenę et acc. plu. *L* 8 Vergilius] *Aen.* III 106: *cf. Gell.* XIII 21 (20) 10 in qua syllaba *L* 12 dicerent *om. L* 13 platus *L* 18 et cetera. greci regulas — *f.* 64* si autem habent consonantem corripiuntur ut spes res fides *L. commentarius de casibus nominum, qui est in minore arte p.* 495—501 *ed. Lind., hoc loco in codice repetitus est. sequuntur deinde regulae syllabarum finalium, quae sunt in casibus nominum, subiecta brevi definitione euphoniae et analogiae,* nomina quae a littera terminantur in nominatiuo casu singulari corripiunt ultimam syllabam — ablatiuus pluralis tunc producit uel corr. cum datiuus is uel bus fuerit terminatus. eufonia est melius sonantis orationis. analogia est regula artium ad loquendum — in or terminata in feminino genere nomina finita trea inuenies plus non. arbor soror uxor. INC EXPLANATIO PRONOMINIS | *f.* 65 21 pronomen — 28 commune *exc. Bob. vol.* I *p.* 557, 4, *Charis. p.* 131 22 minus quidem tamen plene id significat qui (*corr.* cui *l*) *L* 26 uolunt esse commones *L. numeri definitio omissa est* 28 pronomina extrinsecus (*corr.* intrinsecus) pluralia ut si *L* 30 haec autem intrinsecus extrinsecus uel singularia fiunt uel pluralia *L*

f. 65 cod. Lav.

extrinsecus pluralia, cum dicimus 'meus servus', 'nostra pecora'. figura et in pronominibus aut simplex est, ut quis, aut conposita, ut quisquis quisnam quispiam. omnia pronomina ad aliquid referuntur: intellegi enim per se ipsa non possunt pronomina. item quaedam et casibus declinantur, ut nomina, et satis est exempli gratia pauca, sed difficiliora, posuisse.

In multis pronominibus diversitas generum est, quae nominativum accusativum ablativum disparem facit, ceteros similes in numero singulari, ut ille illa illud: genitivus omnium idem est illius, item dativus illi, accusativus varius omnium illum illam illud, ablativus masculino et neutro similis ab illo, feminino diversus ab illa; pluraliter nominativus omnium varius illi illae illa, genitivus masculino et neutro similis illorum, feminino illarum, accusativus suus cuique illos illas illa, dativus et ablativus idem est omnibus illis et ab illis. in quibusdam et in numero singulari invenitur ut genitivus et dativus feminino genere una sit forma, ut meus mea meum, huius mei duobus commune, et huic meo: nam diversum huius meae et huic meae. sed talia persequi nimis longum est. ego pronomen qualitatis finitae personae primae generis omnis figurae simplicis, quod declinabitur sic: nominativo ego, genitivo mei, dativo mihi, accusativo me, ablativo a me; et pluraliter nominativo nos, genitivo nostrum, dativo nobis, accusativo nos, vocativo o, ablativo a nobis. item personae secundae qualitatis eiusdem generis omnis sic declinabitur: nominativo tu, genitivo tui vel tis, dativo tibi vel ti, accusativo te, vocativo o, ablativo a te; et pluraliter vos vestrum vobis vos o a vobis. item personae tertiae qualitatis eiusdem generis masculini figurae simplicis, quod declinabitur sic: nominativo ille, genitivo illius, dativo illi vel illo, accusativo illum, vocativo o, ablativo ab illo; similiter per omnia genera numerosque declinatur. item pronomen minus quam finitum generis masculini nominativo ipse, genitivo ipsius, dativo ipsi, accusativo ipsum, vocativo o, ablativo ab ipso; et pluralem facit: item generis feminini nominativo ipsa, genitivo ipsius, dativo ipsi, accusativo ipsam, vocativo o, ablativo ab ipsa; et pluralem facit. item pronomen infinitum generis masculini nominativo quis vel qui, genitivo cuius, dativo cui, accusativo quem, vocativo o, ablativo a quo vel a qui; et pluralem facit: aliter secundum veterem declinationem per genus commune hic et haec quis, genitivo quius, dativo qui, accusativo hunc et hanc quem, vocativo o, ablativo ab hoc et ab hac qui; et pluralem facit, nominativo hi et hae ques, genitivo horum et harum quium, dativo quibus, accusativo hos et has ques, vocativo o, ablativo a quibus: generis feminini nominativo quae, genitivo cuius, dativo cui, accusativo quam, vocativo o, ablativo a qua; et pluraliter quae, quarum, quis vel quibus, quas, a quibus vel a quis: generis

3 referuntur *l* proferuntur *L* 4 quaedam ex casibus *L* 5 satis est ostendi gratiam *L* potuisse *L* 14 ut] et *L* generi *L* forma *om. L, add. l*

p. 65. 65* cod. Lav.

neutri nominativo quod vel quid, genitivo cuius, dativo cui, accusativo quod vel quid, vocativo o, ablativo a quo vel a qui. item pronomen infinitum generis masculini numeri singularis, quod declinabitur sic: nominativo uter, genitivo utrius, dativo utri, accusativo utrum, vocativo o, ablativo ab utro; et pluraliter nominativo utri, genitivo utrorum, dativo utris, accusativo utros, vocativo o, ablativo ab utris: item generis feminini nominativo utra, genitivo utrius, dativo utri vel utrae, accusativo utram, vocativo o, ablativo ab utra; et pluraliter nominativo utrae, genitivo utrarum, dativo utris, accusativo utras, vocativo o, ablativo ab utris: item generis neutri nominativo utrum, genitivo utrius, dativo utri, accusativo utrum, vocativo o, ablativo ab utro; et pluraliter nominativo utra, genitivo utrorum, dativo utris, accusativo utra, vocativo o, ablativo ab utris. sic declinatur neuter neutra neutrum et talia. item pronomen defectivum generis numerique communis, || quod a genitivo declinatur sic: genitivo 'sui causa laboravit' et 'sui causa laboraverunt', dativo 'sibi fecit' et 'sibi fecerunt', accusativo 'se in periculum misit' et 'se in periculum miserunt'. ex hoc fiunt derivativa vel possessiva pronomina suus sua suum, quae per omnes casus per utrumque numerum integre declinantur. item pronomen gentem significans declinatur sic: hic et haec cuias, genitivo huius cuiatis, dativo huic cuiati, accusativo hunc et hanc cuiatem, vocativo o cuias, ablativo ab hoc et ab hac cuiate; et pluraliter nominativo hi et hae cuiates et haec cuiatia, genitivo horum et harum cuiatum, dativo his cuiatibus, accusativo hos et has cuiates et haec cuiatia, vocativo o cuiates et o cuiatia, ablativo ab his cuiatibus. sic declinatur nostrates et vestrates et talia. item pronomen ordinis declinatur sic: nominativo quotus, genitivo quoti, dativo quoto, accusativo quotum, vocativo o, ablativo a quoto; et pluraliter nominativo quoti, genitivo quotorum, dativo quotis, accusativo quotos, vocativo o, ablativo a quotis: sic declinatur femininum et neutrum quota quotum.

Vbique trinus numerus ponitur personarum, ego tu ille: in verbis dixi ego, dixisti tu, dixit ille: in pronominibus prima persona, id est ego, generis est omnis, ego dixi masculus, ego femina; tu dicis viro, tu dicis feminae. hoc congruit neutro generi in his duobus personis. ille generis est masculini.

Hi casus conveniunt pronominibus, qui et nominibus. [nam sine articulo nomina declinari non possunt, ut hic magister huius magistri.]

Veteres pronomina aliter declinaverunt dativo illa ipsa, ut genitivus et

7 uel utra *L* 19 gentem significat *L* 21 uocatiuo o cuiates *L* 32 ego dixit masculus ego femina tu dic utroque (*corr.* uiro) tu dicis *L* 35 nam — magistri, *quae ad differentiam pronominis et articuli pertinent, ex fine capitis, ubi plura turbata esse adparet, huc transposita esse videntur* 37 dat̃ illa ipsa ī geñ et dat̃ *L. corruptam codicis scripturam reliqui. ceterum duo exempla veteris declinationis in pronominibus* ille *et* ipse *posuisse videtur grammaticus, alterum singularis numeri, ut* illae ipsae *diceretur tam dativo quam genetivo casu feminini generis, alterum pluralis* ipsibus

f. 65* ced. Lav.

dativus unam declinationem haberent. sic et ipsibus illibus pro illis. cuius rei testis est Plautus vel Ennius, qui ait Albai Longai pro Albae Longae: nam et Virgilius pictai vestis pro pictae et in III

aulai medio libabant pocula Bacchi

pro 'aulae in medio'.

Eccum pronomen est, ecce illum, scamellum diminutive.

Licet qualitatem significent pronomina, conparationem recipere non possunt, quoniam qualis qualior aut qualissimus dicere non possumus.

Inter pronomina et articulos sic discernimus: pronomina pro ipsis nominibus ponuntur; articuli vero ab articulo ipso vocabulum sumserunt, ita ut exerto articulo aliquem aut aliquid demonstremus, ut puta 'hic homo fecit id negotium', palam est omnibus. articulus ergo et participiis praeponitur in declinatione, ut hic docens huius docentis, hic uterque huius utriusque, hic alius huius alius.

EXPLANATIO VERBI.

Verbum est pars orationis, cum quid agatur vel actum agendumve sit indicamus. verbo accidunt qualitas significatio species tempus figura numerus persona coniugatio. qualitas est, quia aut absoluta sunt verba et semel aliquid nos facere indicant, ut dico curro, aut frequentativa et plus nescio quid significantia, ut dicto cursito. inveniuntur quae de absolutis in frequentativa non transeunt, ut facio [facto]. neque enim facto dici potest nisi conposito verbo, ut est calefacto. sunt verba et meditativae qualitatis, quibus non actus sed agendi apparatus ostenditur, ut parturio. sunt et inchoativae qualitatis, ut calesco fervesco, quae praeteritum perfectum non habent. significatio verborum est quam genus nominant: ea aut activa est, ut lego, aut passiva, ut legor, aut neutralis, ut sto, aut deponens, ut nascor. hanc quidam itidem ut superiorem neutralem vocant. tam haec activam non habet declinationem, quam illa passivam. *tam* haec interdum in declinatione passiva actum significat, ut est loquor, quam illa in activa declinatione pati significat, ut est vapulo. communis significatio specie tantum passivae declinationis eadem activa atque passiva est: tunc activa dinoscitur, cum ei in sermone casus accusativus adiungitur, ut 'consolor fratrem'; passiva autem, cum ablativus adiunctus est, ut 'consolor a fratre'. species verborum in sermonibus

illibus. *Ennii et Vergilii versus, quibus in diaeresi uti solent grammatici, nisi ab hoc loco omnino alieni sunt, pro exemplis incertae inter* ae *et* i *declinationis adscripti sunt* 2 Ennius] *cf. annal. v.* 34 *ed. Vahl.* 3 pictai] *Verg. Aen.* VIIII 26 4 alai *L: Verg. Aen.* III 354 libabunt *L* 6 eccum] et cum *L* eccum eccam ellum ellam *Donatus* 14 *post* huius alius *in fine capitis lacuna sex versuum relicta est in L* 18 coiugatio *L, et sic fere constanter* 19 frequentatiua ut plus *L* 20 dicito *L* inuenitur quae de absolutis in ea transeunt frequentatiua non habeant *L* 22 conposito ut est uerbo calefacto *L* et *om. L, add. l* 24 fervesco] uerbesco *L* 28 tam] tamen *L* habent *L* quam illam passiuam haec *L* 29 significant *L* 31 passiua declī eadem *L* 33 consulor *L* 34 consulor *L*

f. 66 cod. Lav.

usu non species sed modos dicimus. sunt modi ergo quinque, || pronuntiativus, qui et indicativus, *ut lego*, imperativus, ut lege, optativus utinam legerem, coniunctivus cum legerem. infinitus, quem et perpetuum quidam vocant, numerum et personam non designat. addunt quidam promissivum modum, quem pro futuro indicativi nos accipimus. inpersonale est quod primam personam non habet nec secundam, ut pudet taedet licet: pudeo pudes non dicimus nec taedeo taedes nec liceo lices. quod primam personam non habet, ideo inpersonale posuit. legitur evenit, et non dicimus evenio, sed evenit mihi.

In temporibus has observationes habet. id quod videtur praesentis temporis speciem praeferre confusum est, legere debeo, legere debui; praeteritum autem et futurum tempus definitam tenet speciem.

Quidam promissivum modum: quem faciunt auferentes tempus futurum, et huic ipsi quem promissivum vocant nullum nisi futurum tempus adsignant. quod non modo non necessarium, sed etiam absurdum est. nam cum de forma praesentis temporis formam semper futurum tempus accipiat, etiam in his verbis, quae praeterito perfecto et plusquamperfecto declinationem admittunt vel speciem eius ferunt, qui fieri potest ut aut praesens tempus futuro careat aut futurum quasi ex se ipso ortum non ex praesentis ratione ducatur? praeterea pronuntiare vel indicare tam possumus bona quam mala scilicet. quem ad modum autem sine acyrologia dicemus promitti, cum declinabimus trucidabo?

2 ut lego *om. L* 5 quem] quod *L* 10 *observatio de infinito modo quo pertineat, nota et post* designat *v.* 4 *et ante* In temporibus *adposita indicatum est in L. similis nota est v.* 13 *ante* Quidam 14 et huic] ut hic *L* 15 quod non modo] quem non modum *L* 18 amittunt *L* 20 ducatur | De declinatione uerbi neutri | Odi uerbum neutrum defectiuum indicatiuo modo dictum praesentis temporis numeri singularis figurae simplicis coniugationis nullius, quod decli. sic, indicatiuo modo tempore praesenti odi odisti odit et pluraliter odimus odistis oderunt uel odere, eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto osus eram eras erat et pluraliter osi eramus eratis erant et pl. osus fueram fueras fuerat et pl. osi fueramus fueratis fuerant; modo imperatiuo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam fac oderis facias oderit et pluraliter ad omnes simul personas faciamus oderimus facitote oderitis faciant oderint, eodem modo tempore futuro facito oderis facianto oderitis et pluraliter fac oderitis fac oderint; modo optatiuo tempore praesenti utinam oderim oderis oderit et pluraliter utinam oderimus oderitis oderint, eodem modo tempore praeterito inperfecto utinam odissem odisem odiset et pluraliter utinam odissemus odissetis odissent, eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto utinam osus esem eses esset pluraliter utinam osi esemus essetis essent et ul. utinam osus fuissem fuisses fuisset et pluraliter utinam osi fuessemus fuissetis fuissent, modo coniunc. tempore praesenti cum odi odisti odit pluraliter cum odimus odistis oderunt uel odere, item aliter ps. cum oderim oderis oderit et pluraliter cum oderimus oderitis oderint; eodem modo tempore praeterito inpf. cum odissem odisses odiset et pluraliter cum odissemus odissetis odissent; eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto cum osus essem esses esset et pluraliter cum osi essemus esseis essent, et ulteriore cum osus fuissem fuisses fuisset et pluraliter cum osi fuessemus fuessetis fuissent; eodem modo tempore futuro cum odero oderis oderit et pluraliter cum oderimus oderitis oderint, item alio futuro cum osus ero eris erit et pluraliter cum osi erimus eritis erunt (*corr.* erint); eodem modo infinitiuo numeris et personis tempore praesenti odisse osum esse, futuro osum ire. praeterea pronuntiare *L* possunt *L* 22 declinauimus trucidauo *L*

f. 66. 66* cod. Lav.

Etiam inpersonalem modum faciunt et ad legem declinationis adiungunt, ut scribendi scribendo scribendum scriptum *scriptu*. quae *et*si manifesta verba sunt, apparet tamen magis absolutae elocutionis *esse*, quam ullam declinationem pati posse. nam primum nulla est ipsius nominis ratio. cur enim vocetur ut omnino * significatione tempore modo numero, praesertim cum eum modum infinitum vel perpetuum dicamus, qui etsi numero et persona caret, [numero] tamen vel agere vel pati significat. deinde [ordine] ridiculus est qui in verbi declinatione speciem casuum profert. et est participii similis: ex verbo passivo aut communi trahuntur, ut cum dicimus 'scribendi gratia veni'. si enim dicas 'scribendi libri gratia veni', fiet id participium, quod absolutae elocutionis fuit verbum. || item si dicas 'scribendo libro [sum] fatigatus sum', feceris verbum. sed cum neutrali aut deponenti verbo velut * nullo modo in participium transferatur. haec ergo adeo ad elocutionis gratiam figurata sunt, ut et taliter dici possint simpliciore sermone: est enim 'scribendi gratia veni' et 'veni ut scribam' et 'scribendo fatigatus sum' *et 'dum scribo fatigatus sum'*, et in hunc modum reliqua. hos autem significatus elocutionis notari opus est; declinationem, quae nulla est, temptare non prodest.

Calesco praeteritum non facit calui, sed venit a caleo. pitisso vacillo principale non habent vel originem. quae habet praeteritum tempus non est inchoativa. consuevi non dicimus, sed consuefeci: Terentius

ea ne me celet consuefeci filium.

Verba inpersonalia consensu omnium duas habent species: aut e et t litteris finiuntur, ut pudet et poenitet, aut u et r, ut statur venitur curritur. declinantur autem ea quae e et t finiuntur vel cum dativo casu pronominis vel cum accusativo, ut libet mihi, poenitet me; et in his numerum solis pronominibus discernimus, adiungentes singulare verbum poenitet me te illum et pluraliter nos vos illos. cuius verbi declinationem in sequentibus annotamus.

Omnium autem verborum si pronuntiativo modo praesenti tempore numero singulari primam personam consideremus [in finito], finales litterae quinque sunt, o r i m t, ut est lego legor odi possum pudet. ergo his litteris quinque omnia verba praesenti terminantur. verbum o littera

1 septimus modus est qui inpersonalis appellatur, velut scribendi scribendo *exc. Bob. vol.* I *p.* 562, 36 2 scriptum scriptu] script . . . *L* quae si *L* 3 esse *om. L* 4 ullam] illam *L* 5 *lacuna, quam indicavi, in hunc fere modum expleri possit*, cur enim vocetur vel omnino modus appelletur, cum non modo persona careat, sed etiam omni significatione tempore numero 6 infinitum perpetuum ut dicamus *L* 8 rediculum *L* 9 praefert et est participi similis *L*: *fortasse* similis, si ex verbo passivo aut communi trahitur 13 *fortasse* sed cum a neutrali aut deponenti verbo venit, nullo modo in participium transfertur, *nisi potius exempla verbi neutralis et deponentis exciderunt. itaque lacunam indicavi* 16 et dum scribo fatigatus sum *om. L* 20 principalem *L* 21 Terentius] *Adelph.* I 1, 29 22 caelet *L* 23 species e aut t litteris *L* 24 ut pudet (pedet *l*) — finiuntur *om. L, add. l* 25 declinatur *l* 31 consederemus *L*

f. 66* cod. Lav.

finitum aut activum est, ut lego, aut neutrum, ut sto, aut inchoativum, ut calesco, aut frequentativum, ut dicto. verbum autem r littera finitum aut passivum est, ut legor, aut deponens, ut sequor, aut commune, ut consolor, aut frequentativum, ut iactor, aut inpersonale, ut sedetur. quod autem i vel m littera finitur neutralem tantum habet formam, ut memini adsum. item quod t littera finitur tantum inpersonale est, ut pudet. frequentativa verba scire debemus eadem activa esse, si de activis deducta sint; item si de passivis, passiva esse.

Tempora verborum tria sunt, ut in declinatione monstratum est, praesens *praeteritum futurum*. praeteritum tempus ter dividitur: fit enim praeteritum inperfectum, ut legebam; fit perfectum, ut legi; fit plusquamperfectum, ut legeram. in passivis vero verbis praeteritum perfectum tempus aliud significat ulterius, ut lectus sum lectus fui; item praeteritum plusquamperfectum, lectus eram fueram. futurum tempus in activis adiunctivo tantum modo duplex est, ut cum legam et cum legero; in passivis adiunctivo modo triplex est, cum *legar*, ulteriore cum lectus ero, item alio ulteriore cum lectus fuero.

De persona *et* de coniugatione primo libro disputatum est, ubi verbi declinationem posuimus. sane sunt quaedam verba extra regulam coniugationum [accidentia], *quae* posituros nos spopondimus, et quaedam quae, etiamsi coniugationem habent, tamen hic locus repetit. extra formam coniugationum sunt verba haec et huius modi, *odi* memini novi: nam et i littera et prima et secunda persona singularis finitur, ut, cum sint praesentis temporis, speciem praeteriti perfecti temporis praeferant, et disparem ceteris declinationem habent, eamque integram et multiplici varietate confusam. *sum* et possum licet secunda persona es et potes eas litteras in fine habeant, quas debuerat coniugatio secunda, tamen extra coniugationes sunt, quia correptam posteriorem habent et a secundae coniugationis verbis in tota declinatione desciscunt. etiam fero fers fert extra coniugationes esse perspicuum est. nam cedo, quod est da vel dic, non modo caret coniugatione, sed fere nec modum nec personam ullam praeter hanc recipit, quae est secunda imperativi, non pronuntiativi. ergo tantum singulari numero cedo, et apud veteres dictum est pluraliter cette. unde apparet, quam multa sint verba in quibus declinatio stare non possit. de his quoque quae coniugationibus serviunt sunt verba quae in declinatione non constent. neutrale audeo praeterito perfecto et plusquamperfecto tempore transfertur in formam passivae declinationis, ausus sum

4 consulor *corr.* consultor *L* 8 si e *L* 10 praeteritum futurum *om. L* 16 legar *om. L* 18 et *om. L* primo libro] *p.* 513 *ed. Lind.* 19 extra legula coiugationum accidentia posituros nos spopondidimus *L* 22 odi *om. L* 23 persona finitur ut cum sit praesenti temporis *L* 24 praeferat et singularis disparem *L* 25 habet *corr.* habent *L* 26 confusam et posum et licet *L* 27 deberat *L* extra coiugationem sunt quae *L* 30 non modo caret non coiugatione *L* 32 non] cum *L* 37 ausus est es eram *L*

f. 67 cod. Lav.

es est, eram, ut illud quod extra coniugationes esse diximus, odi, facit praeterito perfecto osus sum. item mirae novitatis est verbum coniugationis tertiae correptae, || facio, quod utique neutrale est, quia non habet contrarium facior; tamen si consideremus, pro activo haberi potest, quia facio agentis est, et est fio patientis. nova ergo forma cum aliud agere, aliud pati significet, utrumque neutrale, ita tamen ut fio, quod pro passiva neutralem intulit formam, tempore praeterito perfecto et plusquamperfecto ad passivam speciem revolvatur: dicimus enim factus sum, factus eram. harum varietatum plurimae species vel legenti occurrent vel etiam in tempore disserenti. medeor non habet praeteritum, praesens medeor mederis medetur.

Coniugatio ad regulam pertinet verborum, quae docet, in quam syllabam exeat futurum tempus verborum, ne per inprudentiam dicat quispiam 'ego tibi legebo' pro legam et cognoscebis pro cognosces. prima mittit futurum tempus in bo; similiter et secunda in bo exit; tertia vero in am, ut legam. a plerisque autem dicitur et quarta coniugatio, quae futurum tempus mittit in am et in bo, quam sic discernimus. quotiens imperativus modus ad secundam personam i littera fuerit terminatus, ipsa est coniugatio quae dicitur quarta, ut est servi audi i fulci et cetera, *et* facit futurum tempus serviam et servibo: Terentius in Hecyra 'matris servibo commodis': audiam audibo, eam ibo, in bucolicis

ibo et Calcidico quae sunt mihi condita versu
carmina pastoris Siculi meditabor avena.

lego legis legit, facio facis facit, futuro tempore legam faciam. coniugatio secunda in bo, moneo mones, futuro tempore monebo; passivo verbo moneor facit futuro monebor. aliud est lego librum, aliud est lego, id est custodiendum commendo: hinc venit delego relego: Vergilius

et nymphae Egeriae nemorique relegat,

et de armentis sic, 'in sola relegant pascua' [muscus ubi herba suavis].

Plerique docent et conexionem esse in declinatione verborum, quam Donatus siluit vel Scaurus.

Neutra *sunt* quae nec accipere possunt r litteram nec ponere, quia simul eam recipere nequeant, ut sto curro: stor curror Latina non sunt.

4 contrario *L* 5 et est *in marg. add. L* 19 et cetera facit *L* 20 in Hecyra] III 5, 45 matri *L* 21 in bucolicis] 10, 50 22 condita *l* candita *L* 23 habena *L* 27 uerg. et enim fae *L: Verg. Aen.* VII 775 28 relegant (*corr.* -gat) et de armis sic *L: Verg. georg.* III 213 29 muscus ubi herbas fabis (*corr.* uauis) *L: cf. Verg. georg.* III 144. *ceterum ex interpretatione superioris versus haec relicta esse videntur* 31 *ad regulam de conexione temporum, qua docetur, quae tempora a quibus sumuntur* (*exc. Bob. vol.* I *p.* 563, 26), *pertinent ea quae* 553, 3 *de prima verborum positione* (*exc. Bob. p.* 563, 34) *et infra* 554, 4 *de imperativo et promissivo modo scripta sunt. praeterea quae de verbo* fio 553, 6 *et de praeterito tempore verborum defectivorum* 553, 9 *adnotata sunt eodem videntur referenda esse. ceterum in his observationibus verborum, cum multa perverso ordine scripta sint, certam legem ne ipse quidem grammaticus secutus esse videtur* 33 sunt *om. L*

f. 67 cod. Lav.

et [neutra] dicta neutra, quo modo neutrum in nominibus nec masculinum est nec femininum.

Prima est verborum positio personae primae congrua, a qua declinationis principium sumitur, ut lego scribo dico loquor luctor gaudeo osculor.

Dicimus fiare pro fieri, velut Isocrates 'talis fiare circa parentes tuos, quales optaveris circa te esse filios tuos', Lucanus in IIII 'certe ut vincare potes'.

Fero facit praeteritum tuli, edo facit praeteritum edi. liquet praeteritum tempus non habet; paret non habet.

Verba quae genitivum casum secuntur, memini tui, obliviscor doloris, misereor infantis, memor sum aequitatis, inmemor iuris, inmunis conlationis, admoneor beneficii, ignarus sum legis, expers laboris, peritus rerum, prudens artis, inprudens causae, potens virtutis, securus amorum, neglegens facti, diligens aequitatis, capax pecuniae, providens operis, dubius coepti, piger eventus, aemulus artis, audax coepti, studiosus rei, conscius culpae, certus iustitiae, incertus bonorum, incertus testimonii, fastidiosus pauperum, obliviosus suorum, ferax contumeliae, ferox vigiliae, recordor promissionis, reminiscor facti, avidus laudis, similis formae, cupidus prolis, timidus periculi. decet pudet et poenitet quotiens in alteram transeunt personam, genitivum sibi vindicant casum, ut piget me tui, piget me adversariorum, decet me honorum. dativo conveniunt haec, supervenio tractantibus, maledico inimicis, adnato scopulo, adlabor ripae, studeo liberalibus, obluctor harenae. ablativo conveniunt haec, fruor parentibus, careo paedagogis, abstineo cibis, dignor honore, laetor pomo, egeo pecunia, laetor innocentia, glorior ingenio, utor praetexta, alor frugibus, privor sumptu, erubesco crimine, laboro verecundia, adficior discessu, excedo regione, egeo auxilio, cedo gloria, plenus scientia; Terentius vero dixit

plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo.

sunt alia quae cum praepositione ablativum casum secuntur, ut oriundus ex Africa, longinquus ab Achaia, diversus a Ponto, abhorreo ab stulto, discedo ab inprobo, discrepo ab ignavo, absum a petulante, dissentio ab iniquo. similiter dicimus secundus ab Hercule, tertius a Caesare, quartus a Perseo et deinceps per omnes numeros.

3 congruae a qua *L* 6 pro fieri (īū *add. l*) socrates *L*: *cf. Isocrat. in Demon.* § 14 τοιοῦτος γίγνου περὶ τοὺς γονεῖς, οἵους ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας. *de permixta coniugatione verbi* fio, *ut est apud Servium in Verg. Aen.* III 56, *hoc videtur praeceptum fuisse, et infinitivo* fieri *pro* fiere *dici et in aliis modis tamen passivam declinationem in usu esse* 7 Lucanus in IIII] *v.* 214 11 Verba] *Diom. p.* 290 12 miserior *L* 12 ignarum legis *L* 15 dilegens *L* 23 adlabori pastu deo liberalibus abluctor *L* 25 padagotis *L* paedagotis *l* pomo *l* poma *L* 27 sumto *corr.* sumtu *L* 28 Terentius] retentus *L*: *Terent. Eunuch.* I 2, 25 30 perfluo *l* perflua *L* 32 lonquincus *L* a pontu (*corr.* -to) horreor *L* 33 adsum *L* 35 Perseo *Diomedes p.* 295 persio *L* et deinceps *l* et inceps *L*

f. 67* cod. Lav.

Inaequalia: quod transit in aliam regulam. nam soleo praeteritum perfectum facit || solitus sum, gaudeo gavisus sum; vescor praeteritum non habet.

Ea verba quae indicativo modo um syllaba fuerint terminata promissivum modum in ro syllabam mittunt, ut sum ero, possum potero, prosum prodero, adsum adero * frequentius fac adicietur verbum, [verbo] ut fac sis, fac prosis, fac adsis. est recens consuetudo apud Vergilium, 'ades et primi lege litoris oram'. verba quae i littera terminantur, ut odi novi memini: haec quoque promissivum modum in ro syllabam mittunt, imperativo modo adiecto fac dicimus fac oderis, fac noveris, fac memineris, quamvis Virgilius dixerit

degeneremque Neoptolemum narrare memento.

Ea verba quae *e et* t litteris fuerint terminata inpersonalia sunt, personis et numeris infinita, ut decet pudet taedet paenitet piget miseret: infinita personis, ut decet me te illum; infinita numeris, ut decet me unum vel plures. promissivum modum faciunt decebit pudebit pigebit paenitebit miserebit, imperativum modum fac deceat taedeat pigeat paeniteat misereat.

Declinatio verbi inpersonalis. pudet verbum inpersonale modi indicativi temporis praesentis personae tertiae, quod declinabitur sic: indicativo modo pudet me te illum, pudet nos vos illos; eodem modo tempore praeterito inperfecto pudebat me te illum nos vos illos; eodem modo tempore praeterito * plusquamperfecto puduerat me te illum nos vos illos: imperativo modo tempore praesenti et futuro ad secundam et tertiam personam pudeat: promissivo modo tempore tantum futuro pudebit me te illum: optativo modo tempore praesenti utinam puderet me; eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto utinam puduisset; eodem modo tempore futuro utinam pudeat: coniunctivo modo tempore praesenti cum pudeat; eodem modo tempore praeterito inperfecto cum puderet; eodem modo tempore praeterito perfecto cum puduerit; eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto * cum pudebit: infinito modo numeris temporibus et personis pudere, praeterito puduisse, futuro puditum ire.

Venitur verbum inpersonale indicativo modo tempore praesenti venitur ad me ad te ad illum, venitur ad nos ad vos ad illos; eodem modo tempore praeterito inperfecto veniebatur ad me ad te ad illum ad nos ad

1 Inaequalia] *Donat. p.* 1756 4 Ea verba] *Donat. l. c. exc. Bob. p.* 564, 2 6 *lacuna, quam indicavi, definitio imperativi* s *littera terminati excidit* 7 adsis aderis *L* 8 ades et] adest *L: Verg. georg.* II 44 horam *L* 11 quamuis *l* quam *L* Vergilius] *Aen.* II 549 13 Ea verba quae t litteris *L* 16 faciunt decuit pedeuit (pudebit *l*) pigebit *L* 19 Declinatio verbi inpersonalis] *Diom. p.* 358 *sqq. Charis. p.* 225 23 plusquamperfecto puderit *L. lacunam indicavi, qua praeteriti perf ecti declinatio excidit. item in reliquis declinationibus siquae deesse videbantur, lacunas indicavi* 25 tempore tantum p̄t p̄f pudeuit *L* 27 puduissem *L* 28 coniunctatiuo *constanter habet L* 30 praeterito plusquamperfecto cum pederit eodem modo tempore praeterito perfecto cum pudeuit *L* 32 futuro pudetuire *L*

f. 67* cod. Lav.

vos ad illos; eodem modo tempore praeterito perfecto ventum est, praeterito plusquamperfecto ventum erat, et ulteriore ventum fuerat: imperativo modo veniatur: optativo modo tempore praesenti et praeterito inperfecto utinam veniretur * plusquamperfecto utinam ventum esset, et ulteriore fuisset; eodem modo tempore futuro utinam veniatur: coniunctivo modo tempore praesenti cum veniatur; eodem modo tempore praeterito inperfecto cum veniebatur; eodem modo tempore praeterito perfecto cum ventum sit, et ulteriore cum ventum fuerit; eodem modo tempore praeterito *plusquamperfecto* cum ventum esset, et ulteriore cum ventum fuisset; eodem modo tempore futuro cum venietur, cum ventum erit, et ulteriore cum ventum fuerit: infinitum * fuisse, futuro ventum iri: Terentius

postquam audierat non datum iri filio uxorem suo,
neque cuiquam nostrum verbum fecit neque id aegre
tulit.

Paenitet verbum inpersonale modi indicativi temporis praesentis, quod declinabitur sic: indicativo tempore praesenti paenitet me te illum et pluraliter nos vos illos, eodem modo tempore praeterito inperfecto paenitebat me te illum nos vos illos, eodem modo tempore praeterito perfecto paenituit me te illum nos vos illos, plusquamperfecto paenituerat: imperativo modo paeniteat: optativo modo tempore praesenti et praeterito inperfecto * utinam paenituisset, futuro utinam paeniteat: coniunctivo modo tempore praesenti cum paeniteat, praeterito inperfecto cum paeniteret, praeterito perfecto cum paenituerit, praeterito plusquamperfecto * cum paenitebit, ulteriore modo cum paenituerit: infinito modo tempore praesenti paenitere, praeterito paenituisse.

Odi verbum deficiens tempore praesenti [personae primae], quod declinabitur sic: indicativo modo tempore praeterito perfecto odi odisti odit odimus odistis oderunt vel odere, specie exacta oderam oderas oderat oderamus oderatis oderant: imperativo modo tempore praesenti fac oderis facito oderit, tempore futuro odito oderit oditote oderint: quidam putant oderimus primae personae esse: [hos nos gerundi appellamus]: optativo modo tempore praeterito utinam odissem: coniunctivo modo tempore praeterito specie absoluta si oderim oderis oderit, specie exacta si odissem odisses odisset; tempore futuro si odero oderis oderit: infinitivo modo odisse osum esse osum ire: participium ab hoc verbo invenies osurus.

Licet vel libet verbum inpersonale modo indicativo tempore praesenti licet mihi tibi illi nobis vobis illis, eodem modo tempore praeterito inperfecto licebat, praeterito perfecto licuit, plusquamperfecto licuerat: im-

1 praeterito plusquamperfecto uentum est p̄t p̄f uentum erat *L* 3 praesenti utinam ueniretur et praeterito inperfecto et plusquamperfecto *L* 9 plusquamperfecto *om. L* 11 uentu iri terrentius *L: Terent. Andr.* I 2, 7 12 datu iri *L* 13 fecit *L* facit *l* 18 perfecto paeniteuit *L* 35 ossu iri (partī ab hoc uerbo inueniens *add. l in marg.*) osurus sum *L*

f. 68 cod. Lav.

perativo modo tempore futuro liceat [vel licuit]: || optativo modo tempore praesenti utinam liceret, eodem modo tempore praeterito * plusquamperfecto utinam licuisset, eodem modo tempore futuro utinam liceat: coniunctivo modo tempore praesenti cum liceat, eodem modo tempore praeterito inperfecto cum liceret, praeterito perfecto cum licuerit, praeterito plusquamperfecto cum licuisset, futuro cum licebit vel cum licuerit: infinito modo numeris et personis licere, praeterito licuisse, futuro licitum ire.

Item verba quae genitivo casui conveniunt, obliviscor iniuriae, memor *sum* bonorum, misereor puerorum, pudet facti, paenitet laboris, taedet operis, piget gratiae, memini rerum, reminiscor doloris, ignarus malorum, expers laborum: expers enim dicitur extra partem, a parte alienus: peritus rerum, securus periculi: Vergilius 'securus amorum germanae', hoc est sine cura amoris, non amans germanam; securus ergo sine cura: dubius itineris, neglegens amicorum, studiosus picturae, conscius facti: Vergilius 'conscius audacis facti'. dativo casui haec conveniunt, maledico hosti, suadeo tibi, mando tibi, cedo potenti, ministro parenti, largior amico, dono propinquo, obsequor domino, adversor inimico, gratificor illi, suscribo epistolis, adsum clienti, pareo legibus. item dativo casui haec conveniunt, intentus studiis, inimicus virtuti, obediens patri, invidus bono, malivolus studenti, proximus viae, habilis virtuti, utilis scenae, aptus industriae. item accusativo casui haec conveniunt, decet dominum, paenitet illum: Vergilius in bucolicis 'nec paenitet illos': piget inertem, iubeo fratrem: saepe enim iubeo ponitur pro volo, ut Terentius 'iubeo Chremetem': calumnior illum, concedo locum, lego Vergilium, scribo historiam, traho addictum, duco sortem, moneo filium, consolor illum, criminor malum, odi turpes, novi novos. verba ablativo casui haec conveniunt sine praepositione, potior pecunia, utor toga, privor potestate, egeo laude, careo molestia, abstineo cibo, fungor officio, sacrifico victima, donor torque, glorior viribus, dignor honore: item cum praepositione trahunt ablativum casum haec, abhorreo ab illo, discedo a petulante, discrepo ab ignavo, absum a stulto, dissentio ab aequitate.

Verba quae in et exeunt, ut licet paenitet, declinantur sic, licet mihi tibi illi, paenitet me te illum; *item* quae in it, ut est convenit mihi tibi illi. quae in r exeunt casui serviunt genitivo, ut misereor tui, reminiscor negotii; alia dativo casui, ut suadeo tibi illi, sic et comparo: alia verba accusativum secuntur, ut provoco te illum, accuso te illum, invoco loco et cetera.

7 licitu ire *L* 8 Item verba] *Diom. p.* 290 *sqq.* 9 sum *om. L* 11 partem] parte *L* 12 Vergilius] *Aen.* I 350 15 uergilius conscius *L*: *Verg. Aen.* XI 812 16 mando cru caedo parenti (*corr.* potenti *l*) *L* 19 inuentus studiis *L* 22 in bucolicis] 10, 16 23 illum *corr.* illos *L* 24 Terentius] *Andr.* III 3, 1 cremetem *L* 26 consulor *L* 33 Verba quae in et exeunt] *Donat. p.* 1758 34 item *om. L* 36 sic et comparo *post* 38 cetera *habet L*

f. 68. 68* cod. Lav.

Verba activa modi indicativi o littera terminantur in prima persona temporis praesentis, quorum forma varia est, quam formam faciunt litterae consonantes, quas artis lator inseruit.

Sunt verba quae in declinatione deficiunt et ideo defectiva dicuntur, eaque fere in i litteram exeunt, ut odi novi memini, aut in o, ut soleo fido meto audeo gaudeo. defectiva autem verba tribus modis fiunt, quotiens aut figura mutantur, ut refero refers refert, retuli retulisti retulit, referebam et retuleram; per qualitates, ut fio factus sum, soleo solitus sum; per tempora autem, ut memini meministi meminit, dehinc memineram memineras meminerat. *sunt verba* quae in pronuntiativo modo solo inveniuntur. sunt verba quae a simili pronuntiativo venientia in praeterito perfecto in diversas partes declinationis separantur, ut pando facit pandi *pandavi*, et sero facit sevi *seravi;* item contraria, quae a diversis praesentibus venientia in praeterito perfecto similia fiunt, ut luceo lugeo facit luxi, et cerno cresco facit crevi.

Fuat ponitur pro fuerit futuri temporis: Vergilius

Tros Rutulusve fuat, nullo discrimine habebo.

ab eo quod est fatur facit futurum tempus fabor, adfabor adfabar, ut est 'lacrimis adfabar obortis'. facio facit conficio. Probus non posuit suffero. capio facit suscipio; sed su corruptum est. faxo faciam confirmem, ut in XII

ego foedera faxo
firma manu, Turnum debent haec iam mihi sacra.

fero praeteritum facit tuli. facesso aliquando discedo significat: in historia Alexandri Magni legitur 'iubet omne facessere famulitium', id est procul discedere, 'ut arcanum sermonem tuto committeret'.

|| DE ADVERBIO.

In primo libro artium de significatione adverbiorum disseruimus dantes regulam declinationum.

* * * * *

1 Verba activa] *Donat. l. c.* terminata *L* 4 Sunt verba] *Donat. l. c. Charis. p.* 220 *sqq.* 6 *fortasse* quotiens aut figura mutantur aut qualitate aut temporibus: figura mutantur, ut 7 refers] referis *L* 10 sunt verba *om. L* sola *L* 11 sunt verba] *Diom. p.* 369 *Charis. p.* 227 13 pandavi *et* seravi *om. L* 14 fiant *L* 16 fuat *l* fiat *L: Diom. p.* 375 Vergilius] *Aen.* X 108 17 rutulos ne fiat (fuat *l*) nulla (nullo *l*) discremine *L* 18 fauor adfauor adfabar *L* 19 lacrimis adfabor ab (ob *l*) ortis *L*: *Verg. Aen.* III 492 20 suffero] *Diom. p.* 376. 370 suspicio *L* corrupta *L* 21 in XII] *Verg. Aen.* XII 316 24 in historia Alexandri Magni] *cf. Iul. Valer.* III 54 *ed. Mai.* (*class. auct.* VII *p.* 229) ingressa igitur statim facessere universos e praesenti mulier edicit 25 omnem *L* famulitiuum *corr.* -tium *L* 26 discendere *L* commiteret | De aduerbio inciꝑ | De aduerbio. in primo *L* 29 declinationum quando tertiae declinationis sunt aduerbia datiuo utimur — accidit aduerbis et conparatio aduerbium est pars orationis *L. quae in minore arte de adverbio* 511, 9 — 512, 14 *scripta erant hoc loco in codice repetita sunt*

f. 68*. 69 cod. Lav.

Adverbium est pars orationis, quae adiecta verbo significationem eius explanat atque inplet. adverbio accidunt tria. quae? significatio conparatio figura. significatio adverbiorum in quo est? sunt aut loci, ut hic; aut temporis, ut hodie; aut numeri, ut semel; aut negandi, ut non; aut affirmandi, ut etiam; aut demonstrandi, ut ecce; aut optandi, ut utinam; hortandi, ut heia; ordinis, ut deinde; interrogandi, ut quid ita; qualitatis, ut docte, prudenter; similitudinis, ut quasi; dubitandi, ut forsitan; personalia, ut mecum, tecum; vocandi, ut heus; respondendi, ut heu; separandi, ut seorsum; iurandi, ut epol, ecastor, hercle, medius fidius; eligendi, ut potius, immo; congregandi, ut simul, una; aut prohibendi, ut ne; aut eventus, ut forte, fortuitu; aut conparandi, ut magis. sunt et alia adverbia qualitatis quae neque per e neque per r efferuntur, sed per us, ut citius. item sunt quae in m terminentur, ut cursim. adverbia *loci* species habent in loco et de loco: in loco, ut

hic et Naricii posuerunt moenia Locri;

ad locum, 'huc ades o Galatea'; e loco, 'hinc exaudiri voces'; per locum, ut 'hac iter Elisium nobis'. per significationes adverbia a coniunctionibus discernuntur: dicimus quoniam, et nullam habet actuum significationem et est coniunctio. sunt quaedam adverbia quae significationes non habent et sunt coniunctionibus similes, quae posita orationem inluminant, subtracta nihil sensui demunt, || ut profecto tandem modo dum locorum gentium: Cicero invectivis 'ubinam gentium sumus', Terentius 'minime gentium'.

* * * * *

Hic est et pronomen articulare, hoc est demonstrativum hic, *et* adverbium, cum dicis 'hic habitabo', 'hic ero'.

Hodie heri hesterno: dicimus sine aspiratione externus extraneus. sed nomen est: Vergilius 'non me tibi T *

Et numeri semel bis: sic deciens centiens miliens, ut Terentius in Eunucho 'plus miliens audivi'.

1 Adverbium — 11 magis *Donat.* 362, 15 — 32 *et* 358, 11 *sqq.* 9 iurandi et epule castor *L* 10 elegandi *L* immo — 11 magis *om. L, add. l* 11 fortuitu] foruitum *L* 12 per r (*corr.* t, *ut videtur*) refferuntur sed petrus et citius *L* 13 cursim] citiū cursim *L* loci *om. L:* adverbia loci duas species habent, in loco et ad locum *Donatus p.* 1760 15 hic et narici possuerunt *L: Verg. Aen.* III 399 16 huc ades o galageae loco *L: Verg. bucol.* 9, 39 hinc] *Verg. Aen.* IIII 460 17 hac iter elisimu nobis *L: Verg. Aen.* VI 542 20 possitam *L* 21 poferto *corr.* proferto *L* 22 locorum *corr.* locarum *L* cicero inuictiuis *L: Cic. in Catil.* I 4, 9 Terentius] *Eunuch.* IIII 1, 11. *Adelph.* III 2, 44. *Phorm.* V 9, 44 23 gentium. Conparationis gradus sunt tres — in adverbium transit hic est et *L. quae in minore arte* 512, 14 — 513, 7 *scripta erant hoc loco in codice repetita sunt. ordine autem membranarum in archetypo perturbato ea quae supra* 557, 29 *ex eodem loco repetita leguntur ab his separata esse videntur* 24 articulare *l* articula *L* et *om. L. videtur autem praeterea exemplum pronominis demonstrativi* hic *excidisse* 26 esterno dicimus *L: cf. Charis. p.* 180. *Serv. in Verg. Aen.* VIII 543 27 Vergilius] *Aen.* III 42 28 bis] uis *L* milliens ut terrentius in eunuche *L: Eunuch.* III 1, 32

f. 69 cod. Lav.

Heia: Vergilius

heia age rumpe moras, varium et mutabile semper femina

et 'hostis adest heia'.

Quianam, quid ita, cur: Vergilius

heu quianam cinxerunt aethera nimbi

et 'quianam sententia vobis Versa retro'.

Mecum aut adverbium est personale aut pronomen praepositioni coniunctum; sic tecum secum vobiscum nobiscum.

Haec sunt adverbia quantitatis, 'quantum fecisti?' multum, parum, satis abundeque.

Sedulo familiare verbum Terenti, hoc est sine dolo, et facit adverbium sedule * et ab eo veniunt, ut felix feliciter, duplex dupliciter.

Quando saepe pro coniunctione ponitur, hoc est quoniam, ut est illud,

hoc tibi, fabor enim, quando haec te cura remordet

et

quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.

In loco, e loco, ad locum, per locum: in loco 'hic illius arma'; e loco

hinc ad Tarpeiam sedem ad Capitolia ducit aurea nunc;

ad locum * per locum, ut

hac iter est, tu nequa manus se attollere nobis a tergo possit, custodi et consule longe.

Admodum pro fere, et aliquem modum adpositum esse saepe *significat.* quaesitum est, num pro valde usque dicamus, et in usu fuit, ut apud Salustium 'admodum vanus', et apud Naevium in Clamidaria

neque admodum a pueris abscessit neque admodum adolescentulus est.

Adquiescere aliter in usu nostro est, quam esse deberet. cum enim parere nos alicuius desiderio significare volumus aut sententiae, adquiescere nos dicimus.

1 Heia *om. L* 2 heia age] *Verg. Aen.* IIII 569 4 hostis] *Verg. Aen.* VIIII 38 eia *corr.* heia *L* 5 quia numquid ita loquor (cur *l*) uergilius *L* 6 heu] *Verg. Aen.* V 13 cincxerunt *L* nimbi] minui *L* 7 quianam] *Verg. Aen.* X 6 11 habunde quae *L* 13 et ab eo — dupliciter *ad disputationem de adverbiis* facile *et* difficile *pertinere videntur. itaque lacunam indicavi* 14 ut] hoc *L* 16 hoc tibi *l* hoc ti *L: Verg. Aen.* I 261 18 quando] *Verg. Aen.* VIIII 497 uita *L* 19 hic] *Verg. Aen.* I 16 21 hinc] *Verg. Aen.* VIII 347 23 ad locum *hoc loco omissum post* 21 sedem *habet L. excidit autem exemplum adverbii ad locum dicti* 24 hac iteres tum (*corr.* tune) quam anus sedeat tollere *L: Verg. Aen.* VIIII 321 25 longa *L* 26 pro fere] proferre *L* significat *om. L* 27 num] nam *L* dicimus *L* fuit utar ut salustius (*corr.* -ium) *L* 28 nenium *L* 29 a .p.ueris abscesit *L* 31 alter *L* tum enim parens nos *L*

f. 69. 69* cod. Lav.

Arcessi potius quam arcessiri dicendum esse satis aperte mihi videor ostendisse. rebus in ea ratione ait arcesso esse quasi arceo cessare.

Funditus caelitus: Terentius ‘pereo funditus’. sic antiquitus radicitus vel cetera.

|| Rite conparationem non recipit, quia non dicimus ritius. bene et male non habent regulam conparationis integra, sed mutato sono conparantur: non bene benius, sed bene melius: nam dicimus benigne benignius. sic et male.

Funditus caelitus antiquitus radicitus stirpitus divinitus humanitus. caesim continuatim passim vicissim raptim cursim strictim castigatim segregatim partim pedetemptim paulatim minutim sensim furtim summatim. participia sunt omnia.

DE PARTICIPIO.

* adiectione declinatione accentu: conparatione, ut doctus doctior: adiectione, ut ‘nate dea’; si nate tantum modo dicas, participium est; si adiungas dea, nomen est nate: accentu, pareo parens: declinatione sic, nomen est, quando quartae declinationis est; quando secundae, participium.

DE CONIVNCTIONE.

Coniunctiones quoque sunt non minima parte acuti tenoris. Scaurus hoc ordine posuit coniunctiones copulativas, et at atque immo ast ac; disiunctivas sic, aut ve vel nec neque. expletivas Scaurus sic posuit, quidem equidem quoque autem tamen porro; causales, si etsi etiamsi tam tametsi siquidem quando quandoquidem quin quinetiam sinetiam sive seu sin nam namque ni nisi nisisi enim etenim sed praeterea quamobrem praesertim quam quamvis proinde saltim videlicet item itemque ceterum alioquin propterea sane. Scaurus rationales sic posuit, ergo igitur ita itaque enimvero quia qua quapropter quippe quoniam quoniamquidem ideo idcirco scilicet quatenus. figura est in coniunctionibus, qua apparet, utrum simplices sint coniunctiones an compositae: simplices, ut quoniam; compositae quoniamquidem quandoquidem. ordo est in coniunctionibus, quo apparet quae praeponi tantum possit, ut nam equidem igitur; quae subiungi tantum, ut enim que autem; quae praeponi et subiungi,

1 Arcessi] *Charis. p.* 227, *Diom. p.* 375, *Priscian. p.* 902 2 *fortasse* Probus nova ratione ait cessare] cęsare *L* 3 pereo *L*: *Terent. Andr.* I 5, 9 7 sed bene melius nam dicimus benigne benignius *bis scripta sunt in L deletis posteriore loco verbis* nam dicimus benigne benignius 10 uicisim *L* segrigatim *L* 11 pedetimtim *L* 12 participia sunt omnia *aut ad disputationem de adverbiis, quae a participiis ducta esse non nullis grammaticis placuit* (*Charis. p.* 166), *pertinent, aut ex commentario de participio, cuius fragmentum in codice sequitur, huc translata sunt* 15 adiectione ut ne ut nate *L* 17 *post* participium *lacuna quattuor versuum relicta est in L* 20 disiunctiuas sicut aut *L* 22 *fortasse* etiamsi sitamen tametsi 23 sin] sim *L* 27 enim uero qua qua (quia qua qua *l*) propter *L*: *fortasse* quia quare quapropter 31 ut nam] unam *L* 32 subiungit tantum *L*

f. 69*. 70 cod. Lav.

ut et. quaedam autem coniunctiones, ita ut praepositiones, cum adverbiis confunduntur, quando enim ante post.

DE PRAEPOSITIONE.

De praepositionibus primo libro notavimus. praepositio dici non potest quae aliam *partem orationis* sequitur: dicimus enim ante aedem, apud amicum, et non dicimus aedem ante, amicum apud.

Sunt praepositiones quae cum aliis conponuntur partibus orationis ita, ut in unitatem veniant, nec umquam per se separatae ponuntur. sunt etiam praepositiones accusativi casus hae, ad salutem, ad fines; apud socios; ante tribunal; adversum te, ut puta si dicas 'adversum te habeo gratiam' pro apud te, ut Terentius

et id gratum fuisse adversum te habeo gratiam;

cis, cis Alpes; citra, citra praescriptionem; circum muros; circiter ducentos, circiter Calendas; contra hostem; erga parentem; inter te et me; intra moenia; infra muros; iuxta praeceptum, iuxta fidem; ob rem; propter illum; per amicos; penes fidem; prope vicinos; pone illum, id est post retro: Vergilius in II 'pars cetera pontum Pone legit': secundum praesentem; supra fortunam; subtus tectum; trans Alpes; ultra fines; usque ad portas. hae omnes praepositiones casus sunt accusativi.

Praepositiones aut casibus serviunt aut loquellis: casibus tantum, ut apud penes, apud deos, penes homines; loquellis tantum, ut am con re se di dis, ut ambio concedo refero secedo dilato dissentio. ceterae praepositiones et verbis et casibus cohaerent, ut perfer per hunc, admove ad urbem. quae vero casibus serviunt, aliae accusativum, aliae ablativum casum trahunt, aliae sunt in utroque communes.

Ablativi casus praepositiones: ab, ab illo; abs, abs te; absque te; cum, cum patre; coram multis; clam patre, id est occulte: sed occulte adverbium est, clam facit || canclulum deminutive; de, de patre, de te; ex alto; pro, pro suscepto meo, pro sententia, pro hac re, pro tribunali, pro dolore; palam amico; sine puero; tenus pube, tenus crure. communes utriusque casus sunt hae, in sub super subter: in theatro, in ius eo; sub illis temporibus, sub cura illius; super collem, super Hectore, super arma. praepositiones quae cum verbis componuntur: as co con di dis re se, aspellere coemere convertere diducere dispargere revocare.

2 confundantur *L* ante post *L*: *sequitur lacuna duorum versuum* 3 *De praepositione trium grammaticorum excerpta posuisse videtur grammaticus, Palaemonis* 7 sunt praepositiones — 19 accusativi *et* 26 ablativi — 34 revocare (*cf. Charis. p.* 205), *Cominiani* 20 praepositiones — 25 in utroque communes (*cf. Charis. p.* 204. *Diom. p.* 404), *Scauri* 562, 1 Scaurus — 16 fugio 5 partem orationis *om. L* 9 haec ad salutem apud socios ad fines ante *L* 11 Terentius] *Andr.* I 1, 15 13 praescriptione *L* 14 circa Kalendas *Charisius* 16 pone illum *l* prae illum *L* 17 Vergilius in II] *Aen.* II 207 ponere diit *L* 19 haec omnes *L* 22 amouio *corr.* amuio *L* 23 ut uerbis *L* 30 tenus pebe tenus cruce Com̄ utriusque *L* 31 in ius] intus *L* 33 as] ab *L* 34 aspellere *Charisius* abpellare *L*

f. 70 cod. Lav.

Scaurus praepositiones accusativi casus sic posuit, per apud adversus uls ad usque pone supra contra cis citra ultra subtus prope iuxta circum ob ante secundum praeter propter intra circa extra post inter erga clam trans penes, ut per hominem, apud grammaticum, adversus leges, uls provinciam, ad amicum, usque Romam, pone fores, supra regem, contra ius, cis Galliam, citra sedem, ultra familiam, subtus iugum, prope finem, iuxta montem, circum portum, ob iniuriam, ante aedem, secundum mare, praeter spem, propter aquam, intra annum, circa rationem, extra hortum, post annum, inter domos, erga rem publicam, trans fluvium, secus portum, clam uxorem. ablativi casus sunt hae, a ab abs de *e* ex pro prae cum sine tenus coram palam, ut a solo, ab urbe, de domo, e villa, ex ordine, pro iure, prae virtute, cum socio, sine fine, tenus crure, coram patre, palam filio. in autem et sub et subter utrique pariter casui serviunt, cum in loco [rem] significare velimus, ablativo; cum in locum, accusativo, ut in foro sum et in forum eo, [ut] sub tecto sum et sub tectum fugio.

DE INTERIECTIONE.

Cur interiectio dicta sit in primo libro notavimus, eo quod aliis partibus interiecta sit, animi adfectum significans. vario autem adfectu movemur. nam aut laetamur, ut bach; aut dolemus, ut heu; aut animadvertimus, ut attat; aut ridiculi animadversionem exprimimus, ut bobax. apud Plautum sunt quaedam partes orationis pro interiectionibus positae. nam et Vergilius sic posuit, ‘sequiturque nefas Aegyptia coniux’: nefas hic enim interiectio est: et ‘pecudesque locutae Infandum’ pro infande: item pro dolor, pro pudor cum dicimus, et siqua sunt talia.

---

3 intra] infra *L* 4 uls] uuls *L* 9 secus portum *postea additum esse videtur, siquidem* secus *inter praepositiones a Scauro positas supra non scriptum est. praeterea exemplum praepositionis* penes *omissum est* 10 haec *L* e *om. L* 11 ex uilla *L* 12 tenus cruce *L* 19 mouetur *L* 23 sequiturque] *Verg. Aen.* VIII 688 24 pecudesque] *Verg. georg.* I 478 25 talia. hic adscribendum utile iudicamus quae sunt producenda quae corripienda. a littera terminatus nominatiuus singularis breuis est — exceptis scilicet positione longis aut diptongis quae omnibus patent. explicī finiales *L* (*f.* 71*). *commentarius de syllabis finalibus hoc loco in codice scriptus ex eodem libello petitus est, cuius priorem partem supra f.* 55 *exhibitam esse adnotatum est p.* 522, 12: *cf. Serv. de final. p.* 1803—10. *his subiecta sunt in codice praecepta structurae ex Bobiensi codice edita anal. gramm. Vindob. p.* 506, quatuordecim structurae praecepta — retardauit, *et brevis disputatio de Latino sermone,* Omnis latinus sermo tribus rebus tenetur usu arte auctoritate — ille tamen usus probandus est qui aut euhonia (*scr.* eufonia) colligitur aut uetustate seruatur // (*f.* 72). *sequuntur deinde commentarii de barbarismo, de soloecismo, de ceteris vitiis, de metaplasmis, de schematibus, de tropis. ex his unum de soloecismo commentarium integrum exhibui; ex reliquis, quia et neglegenter scripti sunt et nihil fere quod dignum esse memoria videatur continent, pauca in adnotatione adscripsi.* De barbarismo ceterisque uitis. Barbarismus est dictio aliqua parte uitiosa uel enuntiatione uel scripto — infantibus scribere debemus, et nonnumquam b adpungimus, et facit b. salsamentum (*l.* salmentum pro salsamento) quo modo paumentum pro pauimento. de medio subtrahitur syllaba, ‘unius ob noxam’: longa esse debuerat ni et loco breuis est posita, antibacchum posuit pro dactylo.

f. 72. 72* cod. Lav.

DE SOLOECISMO.

Soloecismus est oratio inordinatis dictionibus instructa contra rectam loquendi consuetudinem. inter barbarismum et soloecismum hoc interest, quod barbarismus in singulis verbis fit et in quocumque ordine || contra morem Latinitatis; soloecismus autem, quando discrepantes inter se dictiones habet. fiunt autem soloecismi per omnes partes orationis aut per ea quae accidunt partibus orationis. per nomina fiunt soloecismi, cum aut in qualitatibus eorum peccatur aut in generibus aut in conparationibus aut in numeris aut in casibus. per qualitates fiunt soloecismi, ut

hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus:

Dardanus dixit pro Dardanius; debuit enim a Dardano dirivative Dardanium dicere: proprium posuit pro appellativo. hoc est per qualitatem facere soloecismum. per genera, sicut apud Ennium

Ilia dia nepos quas erumnas tetulisti,

pro neptis; et apud Pacuvium

quis tu es, mulier, quae me insueto nuncupasti nomine?

pro quae quis dixit: masculinum pro feminino posuit. per conparationem sic,

respondit Iuno Saturnia sancta dearum,

pro sanctissima, quia superlativus genitivo plurali subiungitur: positivum pro superlativo posuit. [per partes orationis fiunt soloecismi, cum alia pro alia ponitur, ut 'torvumque repente clamat': aliam partem pro alia posuit, nomen pro adverbio posuit; torvum enim dixit pro torve] per numerum sic fiunt soloecismi,

vos, o Calliope, precor adspirate canenti:

pluralem posuit pro singulari. per casus sic,

quem non adeo virtutis egentem
abstulit atra dies et funere mersit acerbo:

hoc Vergilius in XI, genitivum pro ablativo posuit. per verba fiunt soloecismi, cum aut in generibus eorum peccatur aut in modis aut in temporibus aut in personis. per genera verborum fiunt soloecismi, sicut

olli aliquando ponitur pro tunc illi (*cf. Serv. in Verg. Aen.* I 254), ut ᶜ olli sedato respondit corde latinus, (*Verg. Aen.* XII, 18). pernicies scribunt inperiti et faciunt c (geminum *add. in marg.*) quo modo pati et s ratier (*fort.* quo modo species facies). feruere corripuit ue, quae naturaliter longa est. — conlisio barbara pronuntiatio ut inconditae loquellam effundat. De soloecismo *L* (*f.* 72) 10 hauriat] *Verg. Aen.* IIII 661 15 Ilia] alia *L*: *cf. Enn. annal. v.* 56 *ed. Vahl. Charis. p.* 70 16 pro nepotis ut aput pacuuium *L*: *cf. Diom. p.* 449 17 es] is *L* nuncupasti pro nomine quae *L* 20 respondit iuno ⸗ sca ⸗ saturnia ⸗ dearum *L*: *Enn. annal.* I 65 *ed. Vahl.* 22 per partes — 24 pro torve, *quae perverso ordine inter soloecismos nominum, qui per accidentia fiunt, posita sunt, aut ex Donato huc inlata sunt, aut supra v.* 7 *post* partibus orationis *olim scripta erant* 23 torvumque] *Verg. Aen.* VII 399 26 vos] *Verg. Aen.* VIIII 525 28 quem] *Verg. Aen.* XI 27

f. 72* cod. Lav.

spoliantur eos et corpora nuda relinquunt,

pro spoliant: passivum pro activo posuit. per modos * hic etiam pro imperativo indicativum posuit. per tempora, sicut

ceciditque superbum
Ilium et omnis humo fumat Neptunia Troia,

pro 'cecidit et fumavit' [produxit mat et pro fumavit accipiendum est]. praesens posuit pro praeterito. per personas, sicut

Danai, qui parent Atridis, quam primum arma sumite,

pro 'qui paretis sumite': parent tertia persona est, paretis secunda. per adverbium, sicut 'intus eo' pro intro, et 'foras sto' pro foris, et 'Italia venio' et 'ad Romam pergo', cum praepositio nomini separatim addenda sit, non adverbio: foras foris adverbia sunt: Vergilius adiecit nomini separatim praepositionem, 'Siculo prospexit ab usque Pachyno' pro 'a Pachyno Siculo'. per praepositiones sic fiunt soloecismi, cum alia pro alia aut supervacua ponitur aut necessaria subtrahitur, ut apud Lucilium

hymnis cantando quem adservisse ait ad se,

pro apud se: supervacua ponitur, ut apud Varronem 'huic similis *ex* curis expedita lamentatur'; ex enim supervacua est [ut siquis dicat desusum deorsum]: cum *de*est praepositio, sic fit soloecismus, ut apud Vergilium 'silvis te Tyrrene f. a. p.' pro 'in silvis', deest in ['sub luce maligna' in VI Vergilius pro 'ante lucem': sub praepositio est et ante praepositio est]. fit et per ordinem soloecismus, id est per ordinem coniunctionum. in prosa, hoc est in oratione soluta, vitium factum soloecismum dicimus, in poemate autem, hoc est in carmine, schema appellamus.

1 spoliantur] *Enn. annal. v.* 600 *ed. Vahl.* 2 per modos modi qui sunt indicatiuus imperatiuus uel ceteri hic *dimidii versus spatio ante* hic *relicto L: cf. Donat.* 394, 4 4 ceciditque] *Verg. Aen.* III 2 6 pro cedit *L* 8 danaique parent *L* 10 italiam *L* 13 Siculo] *Verg. Aen.* VII 289 pacino pro a pacino *L* 16 *fortasse* quam adservivisse, *ut* Hymnis *nomen puellae sit* 17 similis curis expedit alamentatur *L* 19 deest] est *L* 20 siluis te tirrenes a. p. *L: Verg. Aen.* XI 686 sub luce] *Verg. Aen.* VI 270 24 appellamus] *sequuntur iam reliqui commentarii supra* 562, 25 *indicati ita,*

De ceteris vitis

Acyrologia est dictio quaedam uitiose enuntiata amisa dominatione integrae regulae, acyro sine domina, ut 'hunc ego si tantum potui sperare dolorem' (*Verg. Aen.* IIII 419) (*f.* 73) — 'sic ore locuta est' (*Verg. Aen.* I 614) tamquam poterat aliter nisi ore loqui. poterat dicere et 'sic lingua loquuta est', quae et habet totius uocis officium. in historis (*cf. Donat.* 395, 6 *Charis.* 271, 13) 'ibant qua poterant'. numquid qua non poterant ire ualebant? Salustius 'unde uenerant reuersi sunt'. quo reuersi sunt, nisi unde uenerant? — habes in primordio libri secundi (*p.* 537, 27) homonima uel polionima: oculorum acies, ut est 'huc geminas nunc flecte acies, hanc aspice gentem' (*Verg. Aen.* VI 788); exercitus, 'hinc acies atque hinc acies adstare Latinas' (*Verg. Aen.* VIIII 550); ferri, 'stat ferri acies mucrone currusco' (*Verg. Aen.* II 333) uadatur, causas agit et non dicit cuius.

De metaplasmis.

Metaplasmus est per conpossitionem partium diversarum: meta grece per est, plasmate fingere, quod est transponere. transformare fit decorandi metri gratia. huius

species multae sunt. nam dictio, quae transformatione componitur, metamorfoseos dicitur, quod Obidius scripsit libris XV uel Apuleius. sed metaplasmus in una parte orationis fit, metamorfosseos in omni re librorum componit — Elysis subductio quaedam syllabae uel uerbi. consilio (*l.* conlisio) est dura pronuntiatio malae et inordinate partes orationis conlidens, // (*f.* 73*) ut ‘multum ille et t. i. e. a.’ in scansionem (*l.* scansione) multum ille multil facit, et eliditur um syllaba, quae est aeglipsis.

Sequitur de scematibus.

De scematibus plurimi multa dixere, sed nullus uocabula eorum efferre potuit latino sermone, sed his appellationibus proferuntur, quibus ea magistra greca (*l.* Graecia) nuncupauit — sententiarum aliae sunt uerae aliae sunt uerisimiles. // (*f.* 74) Enni uersus (*cf. Donat.* 398, 19): omnes partes orationis, quibus uersus conpossitus est, nomina sunt, nulla alia interpossita. eiusdem Enni uersus est ‘tute ta (*l.* Tati) tibi tanta tyranne tulisti’. omnes enim partes orationis t littera principium sumunt. ‘merentes flentes lacrimantes commiserantes’: uersus hic Plauti: omnes partes orationis in accussatiuo casu exeunt. ‘litora litoribus’ uariauit casus. — illa coniunctionibus interpossitis dictio conpossita uidetur, in hac nulla est simul coniunctio.

De tropis.

Ex his in primo uersu Virgilii inuenis tropos quinque: uirum dixit et tacuit nomen, non dixit Aenean, de quo agitur — (*f.* 74*) timesis est ut unius partis orationis facta diruptio, alia scilicet interposita, ut est illud ‘septem subiecta trioni’ (*Verg. georg.* III 381): tolle de medio subiecta, et habes septemtrioni. Ennius (*cf. Donat.* 401, 16) ‘et saxo cere comminuit brum’ (tolle comminuit, et habes cerebrum *add. l*). sintesis yperuaton ‘in saxa latentia’ — (*f.* 75) sarcasmos hostilis inrisio hostilis: Iustinus, adbreuiator pampegi (*l.* Pompeii) Trogi refert reginam, quando cum (*l.* unicum) filium occisum per obsidionem ulcisceretur, caput inimicis (*l.* inimici) regis abscimum (*l.* abscisum) utri sanguine pleno inmersise atque eadem dixisse ‘satia te sanguine, quem tam diu sitisti’ (*Iustin.* I 8) — Helena Iouis et Ledae filia, Menelai regis Graecorum (*add.* coniux), quam Paris pastor, Priami filius, blande sollicitatam ad suum coniugium adduxit. de qua sic Statius (*Achill.* I 20) ‘solue rate balio (*l.* solverat Oebalio) classem de litore pastor Dardanus incautas blande populatus Amiclas’. expliciunt finiales sergii. incipiunt coronati scolastici *L.*

DE IDIOMATIBVS.

DE IDIOMATIBVS CASVVM.

De idiomatibus quae pertinent ad genetivum casum. pudet me amoris *ἐρυθριῶ τὸν ἔρωτα*, *αἰσχύνομαι τὸν ἔρωτα*, taedet me mulierum *σικχαίνομαι τὰς γυναῖκας*, paenitet me huius consilii *μεταμέλομαι ἐπὶ τῷ συμβουλίῳ τούτῳ*, *μεταμέλει μοι τῆς βουλῆς*, piget me profectionis *ὀκνῶ τὴν ἀποδημίαν*, *ὀκνῶ ἀποδημῆσαι* [libet mihi *ἀρέσκει μοι*]; et quae in fine figurantur, id est quae in fine verbum adiectum habent, pertaesum est illius *στυγῶ αὐτόν*, *ἀποστρέφομαι αὐτόν*. *miser*eor mendici *οἰκτείρω τὸν πτωχόν*, *οἰκτείρω τὸν ἐπαίτην*: perfectum eius verbi est miseratus sum; miseror autem et miseresco per accusativum casum efferuntur. quae autem per participia proferuntur, et haec genitivum casum admittunt, ut amans filii est *φιλεῖ τὸν παῖδα*, *φιλεῖ τὸν υἱόν*, egens pecuniarum *ἐνδεὴς χρημάτων*. et quae in tor syllabam exeunt vel terminantur, eundem genitivum casum admittunt, ut curator sum huius rei *φροντίζω τοῦ πράγματος*, cupitor sum huius rei *ἐρῶ τοῦ πράγματος*. igitur appellationes, quae cum figura dicuntur, aut ablativum aut genitivum recipiunt casum. quarum pleraeque utrosque casus recipiunt, et per genitivum quidem, ut ignarus sum huius rei, peritus sum huius rei, item imperitus; per ablativum autem, ut dignus sum hac re * et huius rei; et verbo antecedente, venit mihi in mentem huius rei et haec res.

Dativi casus: parco tibi *φείδομαί σου*, noceo tibi *βλάπτω σε*, noceo inimico *βλάπτω τὸν ἐχθρόν*, obsum vicino *βλάπτω τὸν γείτονα*, officio noxio *βλάπτω τὸν αἴτιον*, incommodo malefico *βλάπτω τὸν κακοποιόν*,

P codex Parisinus 7530

3 amori *P* 4 *αἰσχύνομαι*] νομαι *P* *σικχαίνομαι*] cιχχενομαι *P* 9 cτγгмαγτον. αποcτρφομαι αγτον | . . . . reo. mendici . . . . . ω τον πτωχον *P* 10 perfectus eius *P* 17 quaecumque figura *P*: ceterae appellationes quae cum figura dicuntur *Diomedes* 312, 2 *et Charisius* 293, 2 20 hac re et huius rei uenit mihi in mentem huius rei et haec res et uerbo antecedente dativi casus *P. lacuna, quam indicavi, exemplum appellationis, quae cum utroque casu dicitur, excidit:* dives sum huius rei et hac re *Charisius* 293, 6 *et Diomedes* 312, 19

prosum patri *ὠφελῶ τὸν πατέρα*, commodo amico *ὠφελῶ τὸν φίλον*, benefacio patriae *εὐεργετῶ τὴν πατρίδα*, *ὠφελῶ τὴν ἐνεγκαμένην*, suadeo infanti *συμβουλεύω τῷ νηπίῳ ἤτοι παιδίῳ*, persuadeo fratri *πείθω τὸν ἀδελφόν*, persuadeo tibi *πείθω σε*, medeor languenti *ἰῶμαι τὸν ἀσθενῆ*, *θεραπεύω τὸν ἄρρωστον*, blandior tibi *θωπεύω σε*, *κολακεύω σε*, ancillor tibi *κοπιδερμω σοι*, adsentio tibi *συναινῶ σοι*, patrocinor tibi *συνηγορῶ σοι*, *προστατῶ σου*, derogo tibi *ἀπομειῶ σου*, exprobro tibi *ὀνειδίζω σοι*, inpropero tibi *κατασπουδάζω σοι*, obprobor tibi *ὀνειδίζω σοι*, obicio tibi *ἀντιτίθημί σοι*, *ἀντιλέγω σοι*, rapio tibi *ἁφαιροῦμαί σε*, *ἁρπάζω σου*, aufero tibi *ἀποκομίζομαί σού τι*, eximo tibi *ἁφαιροῦμαί σέ τινος*, *ὑφαιροῦμαί σού τι*, adimo tibi *ἁφαιροῦμαί σου*, demo tibi *ἁφαιροῦμαί σου*, subtraho tibi *ἁφαιροῦμαί σου*, subduco tibi *ἀφέλκω σού τι*, antefero tibi patrem *προτίθημί σου τὸν πατέρα*, praefero tibi magistrum *προκρίνω σου τὸν ἐπιστάτην*, praepono tibi infantem *προκρίνω σου τὸν νήπιον*, vitium tibi duco *καταγινώσκω σου*, praesidium tibi sum *ὠφελῶ σε*, *βοηθῶ σοι*, prosum tibi *ὠφελῶ σε*, insidior tibi *ἐπιβουλεύω σοι*, inprecor tibi *κατεύχομαί σοι*, *ἐπαρῶμαί σοι*, benedico tibi *εὐλογῶ σε*, maledico tibi *λοιδοροῦμαί σοι*, *λοιδορῶ σε*, ausculto tibi *ἀκούω σου*, supplico tibi *ἱκετεύω σε*, *παρακαλῶ σε*, medeor tibi *θεραπεύω σε*, praeripio tibi *προαρπάζω σου*, arripio tibi *ἁρπάζω σου*, arripio te *βασανίζω σε*, licet mihi *ἔξεστίν μοι*, liquet mihi *τηλαυγές μοί ἐστιν ἤτοι σαφές*, extorqueo tibi *ἀποσπῶ σου βίᾳ*, obstrepo tibi *ἐπιπλήττω σοι*, obiurgo tibi *ἐπιπλήττω σοι*, *ἐπιστρέφω σε*, excutio tibi *ἐκτινάσσω σου*, palpo tibi, praecurro illi, procuro, geniculor tibi *γονιπετῶ σε*, *δέομαι τῶν ἰχνῶν σου*, praesidio tibi haec res est *ἀμύνει σοι τὸ πρᾶγμα ἤτοι βοηθεῖ*, praeeo illi *προηγοῦμαι ἐκείνου*, genibus tibi advolvor *γονιπετῶ σε*, praevaricor tibi *καθυφίημί σοι*, *προδίδωμί σοι*, supersedeo tibi *προΰχω σου*, *πρόκειμαί σοι*, commodo [tibi] mihi *χρησιμεύω ἐμαυτῷ*, antecellor tibi *προέχω σου*, succurro tibi *βοηθῶ σοι*, furor tibi *κλέπτω σου*: furor multi prohibent dici: oculos illi eruo *πηρῶ αὐτόν*, *τυφλῶ αὐτόν*, *τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὀρύττω*, succedo tibi *διαδέχομαί σε*, oneri tibi sum *βαρῶ σε*, horrori tibi sum *φρικτός σοί εἰμι*, *φοβῶ σε*, *ἐκδειματῶ σε*, pigneri tibi do rem *ὑποτίθημί σοι ἀγρόν*, dono tibi do fundum *δωροῦμαί σοι ἀγρόν*, consilio tibi sum *συμβουλεύω σοι*, studeo huic rei *φροντίζω τοῦ πράγματος*, *σπουδάζω τῷ πράγματι*, vello tibi *ἀποσπῶ σου*, *τίλλω σου*: huius verbi perfectum est volsi et velli: repraesento tibi *ἐμφανίζω σοι*, *ἀποκαθιστῶ σοι*, timeo tibi *εὐλαβοῦμαι περὶ σοῦ*, *δέδοικα περὶ σοῦ*, detraho tibi *ἀφαιροῦμαί σου*. omnes verborum

6 cynaimω *P* 9 antiae . . . . . rapio *P* 10 αφεροym/ cerinoc yφεροym/ conti *P* 14 τοπποτατην *P* 15 βοηθω coy prossum *P* 16 επιβουλευω coy *P* 19 παρακωλω *P* 21 extorceo tibi αποστω *P* 24 λεομτων *P* 27 supersidio *P* προκιμεcoι . . . modo tibi mihi *P* 32 φριστος *P* 35 αποστω *P* 36 perfectus *P*

figurae non habent in passivis perpetuam declinationem, sed more inpersonalium in tertia persona usurpamus: imperor abs te et alia similiter raro dicuntur.

Accusativi casus sunt haec: incipio hanc rem *ἄρχομαι τοῦ πράγματος*, ingressus sum hanc rem *εἰσῆλθον τούτου τοῦ πράγματος*, inchoo hanc rem *ἀπάρχομαι τούτου τοῦ πράγματος*: perfectum huius verbi est orsus sum: experior hanc rem *πειράζω τοῦ πράγματος*, adeo consularem *πρόσειμι τῷ ὑπατικῷ*, convenio iuris peritum *ἐντυγχάνω τῷ νομικῷ*, sequor fugitivum *διώκω τὸν φύγαδα*, mereor honorem *τυγχάνω τιμῆς*, *ἀξιοῦμαι τιμῆς*, merent stipendia *ἀξιοῦνται στρατιᾶς*, adiuvo ignavum et adiuto *ἀμύνω τῷ ἀδρανεῖ*, curo populum *προνοῶ φροντίζω τοῦ δήμου*, tango vestem *ψηλαφῶ τὴν ἐσθῆτα*, neclego filium *ἀμελῶ τοῦ παιδός*, contemno hostes *ἐξουθενῶ καταφρονῶ τῶν πολεμίων*, despicio inimicum *ἐξουθενῶ τὸν ἐχθρὸν καὶ ὑπερηφανῶ*, inpedio dicentem *ἐπέχω τὸν λέγοντα*, recordor socium *ὑπομιμνήσκομαι τοῦ φίλου*, reminiscor hostem *ἀναπολῶ τὸν πολέμιον*, invehor in te *ἐπιφέρομαί σοι*, *ἐπέρχομαί σοι*, inludo stolidum et stolido *καταπαίζω τοῦ μωροῦ*, ludificor stolidum *ἀπατῶ τὸν μωρόν*, derideo adseculam *γελῶ τὸν παράσιτον*, duco exercitum *ἡγοῦμαι στρατοῦ*, *ἄγω στρατόν*, cupio consulatum *ἐρῶ τῆς ὑπατείας*, iuvat te *ἐρᾷ σε*, *φιλεῖ σε*, *ἥδει σε*, *τέρπει σε*, comitor senatorem *ἕπομαι τῷ συγκλητικῷ*, admoneo illum hanc rem *ὑπομιμνήσκω τοῦ πράγματος αὐτόν*, adpeto magistratum *αἰτῶ τὴν ἀρχήν*, *ὀρέγομαι τῆς ἀρχῆς*, sentio hanc rem *αἰσθάνομαι τοῦ πράγματος*, calumnior te *συκοφαντῶ σε*, offendo amicum *βλάπτω τὸν φίλον*, *προσκρούω τῷ φίλῳ*, optineo laudem *ἔχομαι τοῦ ἐπαίνου*, inpetro gloriam *ἀξιοῦμαι τῆς δόξης*, *τυχχάνω δόξης*, nanciscor occasionem *λαμβάνομαι ἀφορμῆς προφάσεως*, audio patrem et amicum *ἀκούω τοῦ πατρός*, *πείθομαι τῷ φίλῳ*, commeo ad te *φοιτῶ παρὰ σοί*, *ἐπάνειμι πρός σέ*, interpello consularem *ἐντυγχάνω τῷ ὑπατικῷ*, inpetro nuptias *εὐτυχῶ γάμου*, *ἐπιτυγχάνω γάμου*, corripio te *συναρπάζω σε*, obiurgo te *ἐπιπλήττω σοι*, involvo te et in te *ἐμπλέκω σε*, *ἐγκυλίω σε*, *ἐνειλῶ σε*: in eius modi verbis, quibus adiungitur praepositio, solemus geminare eandem praepositionem: adorior adpugno usurpo, adtendo te oculis *βλέπω σε ὀφθαλμοῖς*, adtendo tibi mente *ὁρῶ σε διανοίᾳ*, adsequor amicos *ἕπομαι τοῖς φίλοις*, adipiscor uxorem *ἄγομαι γυναῖκα*, sustineo te *ὑπομένω σε*, *ὑποβαστάζω σε*, patior te *ἀνέχομαί σου*, consequor te *ἕπομαί σοι*, reprehendo accuso te *ψέγω αἰτιῶμαί σε*, insimulo te *μηνύω σε*,

1 more inpersonalium inter quam personam usurpamus imperor abs te dictum et alia similiter raro Accusatiui casus sunt hae *P* 5 τουτο το πραγματος *P* 6 τουτου του Perfectus *P* 8 τω επατικω *P* 18 τον μαρον *P* τον παειτον *P* 19 cupio consolatium ερωπης υπατιαν iuuat te ερασφιαις haece τερπτιce *P* 24 amico *P* 25 του επαινος *P* 26 occansionem *P* 27 πιθομαι πωφιλω *P* 29 ευτυχω γαμοι *P* 31 ενδεκω σε, ενκυλιω σε ενειδω in *P* 36 *σε secundo loco om. P*

excuso insontem *ἐλευθερῶ τὸν ἀναίτιον*, conor *ἐπιχειρῶ σε*, sperno aspernor te *ὑπερηφανῶ καταφρονῶ σου*, inquiesco te *οὐκ ἐπησυχάζω σοι*, labefacio te *ὑποσύρω ὑπονοθεύω σε*, animadverto te *κολάζω σε καὶ προσέχω σε*, vindico te *διεκδικῶ σε*, criminor te *κατηγορῶ σου* et criminor a te *διαβάλλομαι παρὰ σοῦ*, interrogo te *πυνθάνομαί σου*, memini te *μνημονεύω σε*, tueor te *φυλάττω σε*, intueor te *σκοπῶ σε*, *βλέπω σε*, obliviscor te et tui *ληθαργῶ σου*, *λησμονῶ σου*: Vergilius 'oblivisce Graios': precor amicum *λιπαρῶ παρακαλῶ τὸν φίλον*, aemulor illum et illi *ζηλῶ αὐτόν*, aemulor te *ζηλῶ σε*, *μιμοῦμαί σε*.

Ablativi casus: inpertio illum hac re et illi *χορηγῶ αὐτῷ τὸ πρᾶγμα*, dignor amicum hospitio *ξεναγωγῶ τὸν φίλον*, *κοινωνῶ τῆς οἰκίας τῷ φίλῳ*, satio populum tritico *κορεννύω τὸν δῆμον σίτου πυροῦ*, saturo exercitum commeatu *πληρῶ τὸν στρατὸν ἀναλωμάτων*, libero te periculo *εὐλυτῶ σε κινδύνου*, careo amicis *ἀποτυγχάνω στέρομαι τῶν φίλων*, quaero te *μέμφομαί σε*, queror tibi de illo *μέμφομαι αὐτῷ παρὰ σοί*, onero servum lignis *φορτίζω ξύλοις τὸν οἰκέτην*, dono praeceptorem auro *δωροῦμαι τὸν ἐπιστάτην χρυσῷ*, tempero me vino *ἀπέχομαι οἴνου*, glorior dignitate *αὐχῶ τῇ ἀξίᾳ ἤτοι δοξάζω*, fraudo creditorem pecuniis *ἀποστερῶ τὸν χρήστην τοῦ χρυσοῦ*, privo amicum deposito *ἀρνοῦμαι τῷ φίλῳ τὴν παραθήκην ἤτοι αὐτῆς ἀποστερῶ αὐτόν*, postulo ab imperatore et de imperatore *αἰτῶ παρὰ τοῦ βασιλέως*, in gratiam redeo cum illo *καταλλάττομαι τῷ δεῖνα*, luctor cum luctatore *παλαίω τῷ ἀθλητῇ*, abduco filium domo *ἐξωθῶ τὸν παῖδα τῆς οἰκίας*, *ἀρνοῦμαι τὴν οἴκησιν τῷ παιδί*, abdico me praetura *παραιτοῦμαι τὴν ἀρχήν*, *ἀπαγορεύω τῇ ἀρχῇ*, abutor hac re *ἀποκέχρημαι τῷ πράγματι*, dominor in te *δεσπόζω σου*, fortior illo sum *ἰσχυρότερος τοῦ δεῖνά εἰμι*: et omnia comparativa sic proferuntur [*καὶ γὰρ πάντα συγκριτικὰ οὕτω προφέρεται*]: satior cibo *πληροῦμαι τροφῆς*, *κορέννυμαι*, coeo cum uxore *συνέρχομαι τῇ γυναικί* et concumbo *συγκαθεύδω*, utor divitiis *χρῶμαι τοῖς χρήμασιν*, potior munere *ἀπολαύω τοῦ δώρου*, antepono te fide mea *προκρίνω σε τῆς ἐμῆς πίστεως*, iungo tecum amicitias *γίνομαί σου φίλος*, fruor amore *ἀπολαύω τοῦ ἔρωτος*, induo te armis *ὁπλίζω σε*, deficio alacritate *ὀλιγοψυχῶ τῇ προθυμίᾳ*, nitor pudicitia *ἐπερείδομαι τῇ αἰδοῖ*, *ἐρυθριῶ*, patior te *ἀνέχομαί σου*, communicor cum illo *κοινοῦμαι αὐτῷ*, alienus sum crimine *οὐκ ἥμαρτον*, gaudeo gloria *ἐναβρύνομαι τῇ δόξῃ*, adficio illum laetitia

1 AMAITION conor spernor aspernor te EПIXEIPW CE YПEPHфANW *P* 2 inquiesco te] inquieto illum *Charisius* 294, 28 inquieto liberum *Diomedes* 314, 19 OYKEПHCYXAZWICO *P* 6 intuior *P* 7 Vergilius] *Aen.* II 148 8 *λιπαρῶ*] AICWПW *P* 10 illum hanc rem et illi *P*: inpertior te hac re *Charisius* 295, 12 inpertio te opera *Diomedes* 316, 4 13 exercitu *P* 15 quaero te] *fortasse* queror de te 18 glorior dignitatem AYXW THIAN *P* Freudo *P* 19 depositum *P* 20 TH ПAPAΘHKH NHTOI *P* 22 cum luctore *P* 29 et concubo *P* 35 communico cum illo *Charisius* 295, 6 *Diomedes* 315, 24 KOYNOYMAI *P*

χαροποιῶ αὐτόν, congredior tecum *συμβάλλω σοι*, confligo tecum *συμπλέκομαί σοι*, *μάχομαί σοι*, abstineo me pulmento *ἀπέχομαι ὄψων*, fretus sum patrocinio tuo *θαρρῶ τῇ συνηγορίᾳ σου*, ardeo amore *φλέγομαι τῷ ἔρωτι*, accendo amicum pulchritudine *ἐρεθίζω ἐκκάω τῷ κάλλει τὸν φίλον*, uro illum superbia mea *κνίζω ἐρεθίζω τὸν δεῖνα τῇ ὑπερηφανίᾳ*, laetor spe mea *εὔελπίς εἰμι*, laetor festo die *ἀγάλλομαι ἐπὶ τῇ ἑορτῇ*, imbuo malum malis *ἐμποιῶ τὸν κακὸν κακοῖς*, egredior civitate *ἔξειμι τῆς πόλεως*, degredior monte *παραπορεύομαι τὸ ὄρος*, *κάτειμι τοῦ ὄρους*, pugno cum hostibus *συμπλέκομαι μάχομαι τοῖς πολεμίοις*, contentus sum uno nummo *ἀρκοῦμαι βραχέσι*, *ἱκανόν μοί ἐστιν ἓν ἀργύριον*, *εἷς ὀβολὸς ἀρκούντως ἔχει*, orbo uxorem dote *ἀποστερῶ τῆς φέρνης ἤτοι προικὸς τὴν γυναῖκα*, sermocinor tecum *κοινοῦμαί σοι*, *διαλέγομαί σοι*, *λαλῶ σοι*, *ὁμιλῶ σοι*, interdico ignominiosum foro *ἀπαγορεύω τῷ ἀτίμῳ τῆς ἀγορᾶς*, *κωλύω τὸν ἄδοξον συνηγορεῖν*, cado cogitatione *ἁμαρτάνω τῆς βουλῆς*, *ἐκπίπτω τῆς ἐνθυμήσεως*, cado animi conceptu *ἀλλοτριοῦμαι τοῦ ἐνθυμήματος ἤτοι τοῦ ἐνθυμίου*, exulto victoria *χαίρω σκιρτῶ ἐπὶ τῇ νίκῃ*, soporo te vino *κοιμίζω σε τῷ οἴνῳ*, *ὑπνοποιῶ σε οἴνῳ*, gaudeo felicitate *χαίρω τῇ ἀγαθῇ τύχῃ*, *ἄγαμαι τῇ εὐτυχίᾳ*, fruor industria *καρποῦμαι τὴν σπουδήν*, opus est mihi hac re *δέομαι χρῄζω τοῦ πράγματος*, vaco militia *εὐκαιρῶ σχολάζω τῇ στρατιᾷ*.

De genetivo et dativo casu. similis sum tibi forma *ἐμφερής εἰμί σοι κατὰ τὴν ὄψιν*, similis sum tui moribus *ἔοικά σοι τοῖς ἐμαυτοῦ τρόποις*; avello seni et senis caseum et casam *ἀφαιροῦμαι τὸν γέροντα τοῦ τυροῦ ἢ τῆς οἰκίας*, discrucior animi *κατὰ ψυχὴν* [*ἐρευνῶ*] *τρύχομαι* et animo obcrucior *τιμωροῦμαι τὴν ψυχήν*, vello iuvenis barbam *ἀνασπῶ τίλλω τοῦ νέου τὴν γένυν ἤτοι τὸν πώγωνα* et vello iuveni barbam *τίλλω τοῦ νέου τὸν πώγωνα*, frango servi caput *κατεάσσω τοῦ θεράποντος τὴν κεφαλήν* et frango servo caput *συνθλῶ συντρίβω τοῦ δούλου τὸ κρανίον*, * rumpo servo caput *ῥήσσω τοῦ μαστιγία τὴν κεφαλήν*, studio tibi feci *σπουδάζω σοι*, metuo tibi *δέδοικα σε δέδια περὶ σοῦ*, metuo tibi feci *δέδοικα περὶ σοῦ*, fidens sum animi et animo *θαρρῶ τῇ ψυχῇ μου*. et siqua inveniri possunt [*καὶ εἴ τινα εὑρίσκοιντο ἕτερα*], sic figurantur [*ὁμοίως ἢ οὕτως σχηματίζεται*].

Genitivi et ablativi casus [*γενικῆς καὶ δοτικῆς πτώσεως*]: impleo saccellum argenti et argento *πληρῶ γομῶ ἀργυρίου τὸ βαλλάντιον*,

1 confligor *P* confligo tecum *Charisius* 295, 23 *Diomedes* 316, 1 2 MAXωME *P* 6 AΓAΛΛIωMAI *P* 7 *ἐμποιῶ*] MOIω *P* 10 BPAXECEIKANON *P* 16 AΛΛOTPIOMAI *P* 17 sopor te *P* 19 KAΠOYMAI *P* 21 uacuo *P* 22 ENΦEPHC COI EIMI COI KAΘHNOΦIN COI similis sum suis moribus EOIKA TOIC *P* 24 casam] caseam *P* 25 discutior *P: cf. Diomed.* 318, 25 30 *lacunam, qua genetivi casus exemplum excidit, indicavi* 31 studio] *corrupta codicis scriptura sic videtur emendanda esse*, studiosus tui sum et tibi *σπουδάζω σοι*, metuens tui feci *δέδοικά σε*, metuens tibi feci *δέδοικα περὶ σοῦ δέδια περὶ σοῦ* 33 *μου*] MON *P* 35 Genitivi et datiui casus *P* 36 sacellum *P* sacculum *Charisius* 295, 34

impleo te victus et victu *κορέννυμί σε, χορτάζω σε, προσκορῆ σε τροφῆς ποιῶ*, potior fructus et fructu *ἀπολαύω τῶν καρπῶν*: Vergilius dixit 'egressi optata potiuntur Troes harena': maximi nominis et maximo nomine sum *μεγαλώνυμός εἰμι, μεγίστου ὀνόματός εἰμι*, plenus sum cibi et cibo *κεκόρεσμαι κεχόρτασμαι*, egeo victus et victu *πεινῶ, χρῄζω δέομαι τροφῆς*, impleor vini et vino *μεθύω, οἴνου πλῃρής εἰμι*.

Dativi et accusativi casus [*δοτικῆς καὶ αἰτιατικῆς πτώσεως*]: adulor pastorem et pastori *θωπεύω κολακεύω ποιμένα*, ministro imperanti *ὑπηρετοῦμαι κελεύοντι, ὑπουργῶ βασιλεῖ*, administro autem imperantem *διοικῶ βασιλέα*: consulo infanti *φροντίζω προνοῶ τοῦ νηπίου* * ; adsideo praetori et praetorem *παραιδρύω τῷ ἄρχοντι*, adtendo declamanti et declamantem *προσέχω τὸν δημηγόρον*: accedo te *πρόσειμί σοι*, accedo autem tibi, id est eadem tibi sentio, *τὰ αὐτά σοι συναινῶ*: quid futurum est *patri*, et veteres dixerunt quid patrem futurum est *τί ἔσται ὁ πατήρ*: obtrecto mulieri et mulierem *τὸ γύναιον ἀπατῶ, χλευάζω τὴν γυναῖκα, κακῶς αὐτὴν ποιῶ*, deludo et inludo vanum et vano *ἐμπαίζω τῷ ματαίῳ*: Virgilius 'vana spe lusit amantem' dixit: medicor amanti et amantem *ἰατρεύω θεραπεύω τὸν ἐρῶντα*, praestolor nutrici et nutricem *σέβω τὴν τροφόν, σέβω τὴν τίτθην*, * illum et illi *δαπανῶ χορηγῶ τῷ δεῖνα*, prospicio te *προβλέπω σε, προορῶ* * , provideo te *προβλέπω σε*, provideo tibi *προνοῶ σου*, decet *mihi et* me *πρέπει μοι*, decet patrem *ἀρέσκει τῷ πατρί*, succedo patri *ὑπεισέρχομαι τὸν πατέρα*, succedo murum *εἴσω τειχῶν γίνομαι, εἰσέρχομαι τὸ τεῖχος*, studeo Graecis litteris *et Graecas litteras φιλοπονῶ περὶ τοὺς Ἑλληνικοὺς λόγους, μανθάνω γράμματα Ἑλληνικά*, incanto tibi et excanto te *ἐπᾴδω σοι*, subrepo iudici *ὑπείσειμι ὑπεισέρχομαι τὸν δικαστήν*, subrepo murum *ὑπὸ τεῖχος ἕρπω*, repraesento tibi *et te ἀμείβομαί σε, ἀποκαθιστῶ σοι*, conduco tibi *ὠφελῶ σε, λυσιτελῶ σοι*, conduco te *μισθοῦμαί σε*, praesto inopi *διαφέρω τοῦ πτωχοῦ, παρέχω τῷ ἀπόρῳ*, praesto illum *ὑπερβάλλω ἐκεῖνον*, antecedo *illi et* illum *προηγοῦμαι αὐτοῦ*, tempero tibi *φείδομαί σου, ἀπέχομαί σου*, tempero te *κατάρχω σου*.

Dativi et ablativi casus: detraho *tibi et de* te *διασύρω σε*, derogo tibi ac de te *ἐλαττῶ σου*, vaco *militiae et* militia, loquor tibi et loquor tecum *λαλῶ σοι*, opto deo et a deo *εὔχομαι τῷ θεῷ*.

2 Vergilius] *Aen.* I 172 4 sum] sunt *P* 9 θωτευω *P* 10 ηποηπρω *P* 11 *lacunam, qua exemplum accusativi casus excidit, indicavi* adsedeo *P* 15 patri *om. P:* quid tibi et quid te futurum est *Charisius* 296, 2: *cf. Diom.* 320, 8 18 Virgilius] *Aen.* I 352 19 praestolor *Diomedes* 320, 7 praecolor *P* 20 *lacuna membranarum post τίτθην in P excidisse videtur verbum* praebeo *vel* inpendo 21 *lacunam, qua exemplum verbi* prospicio *cum dativo coniuncti excidit, indicavi* 22 mihi et *om. P:* decet mihi et me paenula *Charisius* 296, 4 25 et Graecas litteras *om. P: cf. Charis.* 296, 5 26 incanto tibi et te *Charisius* 296, 6: *cf. Diomed.* 320, 3 28 repraesento tibi αμυβομαι *P* 29 conducto *altero loco P* 31 illi et *om. P* 32 καταρχω coy detraho te διαcypω ce Datiui et accusatiui casus Derogo *P*: *cf. Charis.* 296, 8, *Diomed.* 319, 7 34 uacuo milito loquor *P* 35 opto deum et a deo *P*

Accusativi et ablativi casus: utor panem et pane *κέχρημαι ἄρτῳ*, utor misero et miserum *κέχρημαι τῷ ἐλεεινῷ*, induor tunica et tunicam, fungor officium et officio *λειτουργῶ τῇ τάξει* et defungor officium et officio *λειτουργῶ τῇ τάξει*, dominor in civitatem et civitate *δεσπόζω τῆς πόλεως*, nitor in hac re et hanc rem *ἐπερείδομαι τῷ πράγματι* [*ἢ ἐκλάμπω*], iuvo hanc rem et [adiuvo] hac re *ἀμύνω τῷ πράγματι*, *ἥδομαι ἐπὶ τῷ πράγματι*, oleo unguentum et unguento *ὄζω μύρου*, *πνέω μύρου*, puteo stercus et stercore *ὄζω κόπρου*, feteo vinum et vino *οἴνου πνέω*, *ὄζω οἴνου*, invideo condiscipulum libri et libro et librum *φθονῶ τῷ συμφοιτητῇ τοῦ βιβλίου*, precor deum et *a* deo *δέομαι τοῦ θεοῦ*.

DE VERBIS QVAE REGVNT VARIOS CASVS.

Activa verba semper accusativum regunt casum, ut amo fratrem; passiva ablativum, ut amor a fratre; communia et accusativum et ablativum, ut criminor illum activa significatione, criminor ab illo passivae significationis.

DE FIGVRA SERMONIS.

Figura sermonis per quattuor declinationes nominum ita componitur. in prima declinatione nominis feminini sic legimus, et per dativum ea verbis aptamus: dicimus enim curae mihi est pater *φροντίζω τοῦ πατρός*, infamiae mihi est luxuria *ὄνειδός μοί ἐστιν ἡ ἀσωτία*, gloriae mihi est eloquentia *δόξα μοί ἐστιν τῆς εὐγλωττίας*, miseriae mihi est vigilia *θλίβει με ἡ ἀγρυπνία*. in secunda declinatione neutra nomina figurata sic legimus et per dativum casum verbis aptamus: dicimus enim odio mihi est labor *μισῶ τὸν κάματον ἤτοι ταλαιπωρίαν*, taedio mihi est labor *σικχαίνομαι τὸν κόπον*, ludibrio mihi est adversarius vel hostis *καταπαίζω τοῦ διαδίκου*, *καταπτύω τοῦ πολεμίου*, damno mihi est luxuria *ζημιοῖ με ἡ ἀσωτία*, adiumento mihi est amicus *ὠφελεῖ με ὁ φίλος*, studio mihi est pudicitia *σπουδάζω τῇ αἰδοῖ*. in tertia declinatione et masculina et feminina et neutra nomina invenimus: masculina sic, honori mihi est eloquentia *δόξα ἤτοι τιμή ἐστίν μοι ἡ εὐγλωττία*.

5 nito *P* 7 et unguentu oczω moipoy πνεω moipoy puteor *P* 9 oczω oinoy *P* librum . . . . . φοιnth toy bibaioy *P* 10 deum et deo Δεομαι τον θεον explicit | Feliciter iuliano scolastico. sardiano. seruii grammatici maxi | mę et antiquę romę | Infestas iras uince fortunae deus | Faueq, nobis uince cunctaq, praua | Bonam fere quem prospera mite lucra mihi | bonę ferentis prospera lucra condona mihi (*fortasse* bonam ferentem mitte quae sit prospera, bonae ferentis lucra condona mihi) de uerbis *P* 16 de figura sermonis nominis feminini primae declinationis Figura *P* 22 de secunda declinatione In secunda declinatione *P* 24 labor cienomai cixxenom/ ton kopon *P* 27 zhmiomenacωtia *P* amicos ωφελεμεοφιλος *P* 28 de figura tertiae declinationis In tertia declinatione *P*

DE IDIOMATIBVS GENERVM.

Quae apud Latinos masculina, apud Graecos feminina sunt

hic adventus ἡ παρουσία
accentus ἡ προσῳδία ἄρσις
arcus ψαλίς ἀψίς
arbitratus μεσιτεία
amplexus περιπλοκή
ardor καῦσις [φλέξις]
actus πρᾶξις
affectus διάθεσις
aditus εἴσοδος ἔντευξις
angulus γωνία
alvus γαστήρ
alveus ἡ τοῦ ποταμοῦ κοίτη ἤτοι τὸ βάθος
auditus ἀκοή
arbutus κόμαρος
aspectus πρόσοψις
accessus ἐπίβασις
ascensus ἀνάβασις
acus ῥαφίς βελόνη
apex ἡ κεραία
hic clamor ἡ βοή ἡ κραυγή
conplexus περιπλοκή
casus πτῶσις
clipeus ἀσπίς
conspectus ἄποψις
coetus σύνοδος
coitus συνουσία
calx πτέρνα
carcer φυλακή ἀφετηρία [καὶ κιγκλίς]
conatus ἐπιχείρησις
census [ἡ οὐσία καὶ ἡ] ἀπογραφὴ [τῶν συντελειῶν]
cibus τροφή
canus πολιά
concursus συνδρομή
cantus ᾠδή
concentus [ἡ συμφωνία] συνῳδία
collis ἀκρώρεια [καὶ ὁ βουνός]
cultus τημέλεια
conventus σύνοδος
calix κύλιξ [ἤτοι τὸ ποτήριον ἤτοι κύπελλον]
comitatus συνοδία

1 *Excerpta de idiomatibus generum ex codice Neapolitano Borbon.* IV *A.* 8 (*N*) *edita sunt. nam in Parisino codice prima tantum idiomatum pars usque ad* 577, 44 haec misericordia ὁ ἔλεος καὶ ὁ οἶκτος *scripta est, ordine nominum in initio ita mutato,* Quae apud latinos quidem masculina sunt apud grecos uero feminina sunt tamen composita secundum ordinem elementorum latinorum et prius secundae declinationis deinde tertiae item quartae secuntur. Declinationis quartae quae ab a littera incipiunt hic aduentus η προcωδια arcus η ψαλις huius arcus arbitratus η μεcιτια amplexus η περιπλοκη hic actus η πραξις huius actus affectus η διαθεcις aditus η εicοδοc η εντευξις aditus η ακον huius auditus hic accessus η επιβαcις huius accessus ascensus η αναβαcις acus η ραφις η βελονη. Declinationis tertiae quae incipiunt ab a littera et in us et in or desinunt hic ardor η καυcις η φλεξις huius ardoris hic angulus η γωνια. Declinationis secundae quae ab a littera incipiunt et in us syllabam desinunt hic albus ηγαcτηρ huius albi hic alueus η τοy ποταμοy κοιτηντοι τοβαθοc huius aluei hic arbutus η κομαροc B litteram non habet hic clamor η βοη *etc. itaque integram scripturam codicis N exhibui, ex P ea quae vel rectius quam in N scripta erant vel propter ipsam discrepantiam memorabilia esse videbantur adscripsi. sed in interpretandis vocabulis cum multa exhibeat P, quae omissa sunt in N, haec quae unius P codicis auctoritate nituntur uncis adpositis notavi. praeterea articuli in P constanter et Graecis et Latinis nominibus additi sunt.*

14 hic alueus η τοy ποταμοy κοιτηντοι το βαθοc huius aluei *P* albeus βαθοc ποταμοy *N* 22 apex η καιρεα *N, om. P* 23 η κραιγε *corr.* -γη *N, om. P* 31 η φυλακη και αφετηρια *P* φυλακε (*corr.* -κη) αφετρια *N* 35 cyντελιω̄ *P* 45 κοιπελλοc *P*

calor *θέρμη*
calculus *ψῆφος*
culmus *ἡ καλάμη τοῦ σίτου*
consulatus *ὑπατεία*
carduus *κινάρα*
capex *πυρκαϊά*
cippus *στήλη* [*τῶν μνημάτων, ὥς φησι Πέρσιος*] *ἡ ἀπὸ ξύλου*
contextus *συναφία*
colus *ἠλακάτη*
commeatus *συνεκδημία* [*καὶ ἀνάλωμα στρατιωτικόν*]
cinis *τέφρα*
congressus *συμβολή* [*συμπλοκή*]
capillus *θρίξ*
candor *λαμπρότης*
contractus *συναλλαγή* [*ἤτοι τὸ συνάλλαγμα*]
cos *ἀκόνη*
hic defectus *ἡ ἀγωνία*
degressus *κατάβασις*
depressus *συνοχή*
digressus *διάβασις*
discensus *κατάβασις*
hic et haec dies *ἡμέρα*
ductus *χαραγμή*
hic eventus *ἡ ἀπόβασις*
error *πλάνη*
exitus *ἔκβασις ἔξοδος*
hic fons *ἡ πηγή*
favor *σπουδή*
focus *ἑστία*
furor *λύσσα μανία*
fascis *δέσμη*
forfex [*ἡ*] *ψαλὶς* [*τοῦ ῥαπτοῦ ἤτοι πυράγρα ἤτοι ὁ ξύλαβος, εἰ διὰ τοῦ π γραφῇ*]
fulgor *ἀστραπή*
favus [*ἡ μελικηρὶς ἤτοι*] *ξμηνίον*
filus *τολύπη μίτος*
forus *ἀγορά.*
hic grex *ἡ ἀγέλη*
gremius *ἀγκάλη*
globus *τολύπη* [*ἡ στροφίς ἡ*] *βῶλος* [*ἡ ἀκατίς ἤτοι κωβάριον*].
hic hortatus *ἡ προτροπή*
horror *φρίκη*
halitus *πνοή*
humus *γῆ χαμαί*
honor *τιμή.*
hic ictus *πληγή*
iactus *βολή*
impetus *ὁρμή*
introitus *εἴσοδος*
incessus *ἐπίβασις* [*εἴσδυσις*]
interitus *ἀπώλεια* [*ἡ ἀναίρεσις*]
iussus *ἡ κέλευσις*
ingressus *ἐπίβασις* [*ἡ εἴσοδος*]
ilex *πρῖνος* [*τὸ δένδρον*]
hic luxus et haec luxuria *ἡ ἀσωτία.*
languor *ἡ ἀσθενία νωθρότης*
lectus *κλίνη* [*ἤτοι σκίμπους ἢ κράβαττος*]
later *πλίνθος*
luscinius *ἀηδών* [*ὁ ὄρνις*]
lacus *λίμνη* [*ἡ κρήνη*]
ludi *Θεωρίαι*
hic ligo *ἡ ἄμμη δίκελλα ἤτοι λίστρον*
hic laurus *ἡ δάφνη* et haec laurus
hic livor *ἡ πελιδνότης καὶ ὁ φθόνος*
lusus *παιγνία*
lituus *σάλπιγξ*

2 η φηφις *P* 5 carduus *P* cardus *N* 6 η πυρκατα *P* 7 cipus *N*: *cf. Pers. sat.* I, 37 8 αποξιαω *P* 9 η συναφια *P* συνφια *N* 10 η ηλακατη *P* ηλεκατη *N* 15 τριξ *NP* 24 discensus — *ἀπόβασις om. P* 44 η στροφι η βωλος *P* 45 *fortasse ἡ ἀγαθίς* 53 hic inpetus η ορμη εφοδος hic incessus η επιβασις αδικις *P* 60 hic luxus η ασωτια et haec luxuria hic languor *P* hic luxus et haec η ασωτια langor *N* 61 *νωθρότης om. P* 65 hic lucinus η απδων *P* lascinius ονδον *N* 67 hic ludus η θεωρια η παιδια *P* 68 hic ligo η αμμοδικε δητοι δικχον hic laurus η δαφνη et laurus hic liuor η πελιδνοτης καιοφοονος *P*, *in lacuna membranarum om. N*

limes *ἀτραπός* [*ἤτοι ὁ ὅρος*].
hic magistratus *ἡ ἀρχή*
mergus *αἴθυια*
margo *κρηπίς*
motus *κίνησις*
mercatus *ἐμπορία πανήγυρις ἀτέλεια*
morbus *νόσος*
maeror *λύπη*
malleus *σφῦρα σιδηρᾶ*
marcitus *πικρότης*
mullus *τρῖγλα* [*ὁ ἰχθύς*]
munus *φιλοδοξία* [*ἡ λειτουργία*].
hic nidus *ἡ καλιά* [*ἤτοι νεοττός*]
nasus *ῥίν* [*καὶ ἡ ῥίς*]
nutus *νεῦσις* [*καὶ τὸ νεῦμα*]
nitor *αἴγλη* [*ἡ λαμπηδών*]
nuntius *ἀγγελία* [*καὶ ὁ ἄγγελος*].
hic occasus *ἡ δύσις*
obitus *τελευτή* [*ἡ θνῆσις*]
ortus *ἀνατολή* [*ἡ ἀνάβασις*]
odor *ὀσμή* [*ἡ ὄσφρησις*]
ordo *τάξις βουλή* [*ὁ στίχος*]
obiectus *προβολή ἀντίθεσις*
ornatus *ἡ κόσμησις*.
hic pons *ἡ γέφυρα*
pumex *κίσηρις*
provectus *προαγωγή προκοπή*
profectus *ἀποδημία ἔξοδος ὠφέλεια*
poples *ἀγκύλη ἰγνύα*
pelicatus *ξηλοτυπία*
pallor *ὠχρίασις*
pavor *πτόησις*
postis *φλιά παραστάς*
prospectus *ἄποψις*
pugillares *πινακίδες*
pollis *γῦρις* [*ἡ παιπάλη*]
pudor [*ἡ αἰδώ*] *ἐρυθρίασις*
processus *προκοπή* [*ἡ προέλευσις*]
populus *λεύκη* [*τὸ δένδρον*]
palumbus *φάσσα*.
hic quaestus *πρόσοδος* [*πόρος*]
